ANTONIANAE HISTORIAE COMPENDIUM

ANTONIA
NAE HISTORIAE COM
pendium ex uarijs ijsdemq; grauis
simis ecclesiasticis scriptoribus,
necnon rerum gestarum mo
numentis collectum, una
cum externis rebus
q̃plurimis scitu
memoratuq;
dignissi
mis.



EXCVDEBA[...]
PAYEN [...]
ANN[...]
M. D. XX[...]

Autorum nomencla-
tura e quorum monumentis hoc
Antoniane historie
Compendium
collectū
est.

Basilius.
Vincentius.
Hieronymus.
Cassianus.
Augustinus.
Gregorius Nazianzenus.
Athanasius.
Cassiodorus.
Chrysostomus.
Eusebius Cesariensis.
Bernardus Guido.

Antonius Sabellicus.
Jacobus Bergomensis.
Guaguinus.
Heraclides.
Paulus diaconus.
Platina.
Franciscus Picus Miran-
dulanus.
Antonius Florentinus
presul.

Que in hoc quadripartito

Antoniane historie compendio
pertractantur.

In Prima operis parte traditur de vita et gestis/necnon claritate beatissimi Antonii magni/ex quibus pie fidelium mentes non mediocrem deuotionis ardorem concipere/aduersusqȝ multifarias demonum infestationes opportune cautionis munimenta haud dubie perdiscere possunt.

In Secūda: de diuina reuelatione et inuentione / variisqȝ translationibus sancti corporis eiusdem/scilicet Alexandrina/Constātinopolitana/et Viennensi/ac pariter de exortu et origine piissime religionis sub ipsius diui patris nomine feliciter institute/additis memorabilibus rebus prouincie Viennensis/in qua dictum sanctum corpus honorifice requiescit.

In Tertia: de felici propagatione atqȝ dilatatione eiusdem sacre religionis/necnon de illius regimine sub magistris/seu dominis/vna cum rerum externarum statu per ea ipsa tempora vigente.

In Quarta: res et successus ipsi⁹ religionis/ab eo tempore quo abbates illi preesse ceperūt: externarumqȝ rerum per id temporis status continentur/vna cum declaratione certitudinis veritatisqȝ existentie reliquiarum dicti sancti corporis in suo monasterio Viennensi: Additis insuper eiusdem sacri monasterii illustrationibus/necnon plerisqȝ rebus aliis cognitu dignissimis.

Index: seu tabula capitum Prime Partis.

PRoemialis Epistola.

Capita Secunde Partis.

De dotibus

Index capitum Secūde partis.

Index capitū Tertie et Quarte part.

Index capitum Quarte partis.

Proemialis Epistola.

Frater Aymarus Falco humilis

preceptor domus sancti Antonij Barriducis reuerendo in Christo patri et domino/dño Antonio de Langiaco abbati inclyti monasterij sancti Antonij Viēnensis/necnō sacro conuentui eiusdem/ceterisq; Antoniane religionis professoribus plurimā felicitatē et salutē dicit.

SEpenumero queri solitus sum amplissimi religiosissimiq; patres / nulla primeue originis propagationisq; huius Antoniane religionis satis in apertam lucem prodita esse monumenta /nec nisi maxima vetustorũ documentorũ congerie perlustrata certam rei huius notionē haberi posse. Mirũ proculdubio videri debet/ex tot tantisq;/qui summa doctrine prestātia ea ipsa in religiōe claruerūt viris/neminē adhuc extitisse/ qui per literariũ ocium ad hāc scribendi curā animũ applicuerit. Enim vero humani generositas animi suapte natura rerum anteactarum cognitionem studiosissime perscrutari desiderat:eoq; magis de inquirendis suorum autorum primordijs vnusquisq; videtur esse debere solicitus / quo fere apud omnes de hisce rebus/ dum alij inter alios familiariter versantur / constat sermones frequentius exoriri/ passimq; ab omnib⁹ auidissime inquiri:et vix quisꝙ absq; pudore sue professionis originem fateri potest sibi esse incognitam. Id nanq; turpe et indecorum / propeq; ignominiosum etiam vulgo videri solet. Sed et si nonnullis forsan huius rei disquirende curam/vt pote ad sanctitatis profectum parum/vt asserunt / momenti afferentem/plusq; ostentationis ꝙ spiritualis vtilitatis habentem/videri possit ab ecclesiasticis viris fore negligendam/ iustioris tamen censure iudicio / anteponenda illorum sententia est /qui rerum antegestarum cognitionem nedum actiuam / verum etiam contemplatiuam ducentibus vitam/magno vsui fore crediderunt/earumq; ipsarum rerum lectioni vel auditioni ad accēdendam/ promouendamq; virtutis emulationem/maximum quoddam calcar inesse existimarunt: quandoquidē animus a natura bene institutus/auditis eorum qui antecesserunt laudibus/contemplatisq; illorum preclaris facinoribus/ non solum ad sese illis equandum studiose accenditur/verum etiam ad exuperandam/si quo modo possit/illorum prestātiā auiditate quadam singulari nititur/atq; contendit. Legimus equidem viros haud sane paucos/rerum gestarum prestantia maxime memorabiles/olim eo virtutis incitamento / veluti aculeo quodam vehementer fuisse ad maiora audendum permotos:preterea et alios pristina/qua detinebantur/segnitie atq; ignauia deposita/ad bene viuendum/preclarasq; res gerendum/animosius sese accinxisse. Quapropter quum eloquentie parens Marcus Tullius Cicero philosophum minime fore nuncupandum arbitretur eum/qui nulla officiorum precepta ad bene beateq; viuendum pertinentia conscripserit / iure merito qui res a maioribus gestas scripto prosequuntur/posterisq; tradūt perlegēdas / amplissima officiorũ precepta reliquisse/

reliquisse/ tradidisseq; existimandi sunt. Hoc ipsum certe scribendi genus lectorem delectando/exemplari ac speculari quadam admonitione vehementer afficere / ingentesq; ad concitãdos mortalium animos vires afferre dignoscitur. Proinde singulari laude digni/magnopereq; extollendi mihi videntur ecclesiasticarũ scriptores historiarum/in quibus Lucas Pauli doctoris gentium comes / necnon Egesippus/ac Eusebius Cesariensis primi habiti sunt/quos subinde plurimi sunt insequuti/quorum preclaris scriptis ecclesie surgentis primordia / que alioqui laterent in tenebris/perpetue luci/memorieq; sempiterne extitere commendata. Ceterũ maiores atq; autores nostros/huius scilicet religionis fundatores/ & propagatores/plus in agendo q̃ in scribendo opere posuisse constat. Qua de re tanq̃ melioribus/religioniq; ipsi fructuosioribus cogitationibus intenti/mihi vidẽtur boni illi patres merito excusandi/imo certe singulari laude & gloria/meo iudicio/prosequendi/ a quibus res non vtiq; literis mandatas/sed quod prestantius est/magnifica virtute partas/ab humilibusq; initijs in statum amplissimum auctas/prouectasq; habemus. Nec facile dixerim q̃tum illorum virtuti debeamus/qui sua laudabili conuersatione/immensisq; laboribus hunc ordinem vndequaq; nobilitarunt/vniuersoq; orbi/diuino fauore adiuti/ celebrem atq; commendabilem reddiderunt: quorum etiam celeberrima opera nobis ipsis / cunctisq; accuratius illa intuentibus / summam afferunt admiratioñe/virtutisq; eorundem imitande non segniter nos admonere videntur/simulq; etiam desidiam/cessationemq; nostram vehemẽter coarguere/cum nec scribenda faciamus ipsi/nec ab illis preclare gesta conscribamus/literisve commendare curemus. Igitur quum eos/qui bonis literis refertissimi pro sua summa virtute atq; eruditione/de seipsis hoc in ordine locupletissimam semper expectationẽ prebuerunt/animaduerterez huiusce muneris obeundi curam hactenus neglexisse / existimaui hoc ita a me sine arrogantie vel temeritatis nota suscipi posse/si prius instituti mei fore profiterer / testarerq; me non tam suis omnibus partibus absolutum opus tradere/q̃ rudem tantummodo ac informem materiam alteri cuiuis post hac exornandam subministrare voluisse. Non enim ita sum hebes/ iudiciũq; rectitudine destitutus/quin probe agnoscam me hoc tantum scire/q̃ nihil scio. Satisq; conscius sum ignorantie mee/que etsi profecto ab inerudita editione cuiuslibet quantuncunq; triuialis opusculi summopere me dehortari debuerit/ attamen vestrarum reuerendarum paternitatum singulari humanitate fretus/ veniamq; prefatus/ mihi ipsi non temperaui quin offerrem / & proferrem in medium quicquid hac in re scribendo assequi potui / vestra demum censura castigandum. Nec est/ meo iudicio/ cur maior a me facundia hoc loco expostulanda videatur/quandoquidem/vt inquit Seneca/que veritati operam dat oratio/incõposita esse debet/& simplex. Et/vt Augustin⁹ ait/veriores potiusq̃ disertiores sermones exquirendi sunt/quemadmodum quisq; prudentiores amicos optare debet potiusq̃ pulchriores. Preterea dubium non est/ plerosq; naturali sensu/ innataq; prudentia plusq̃ literis instructos/in monasterijs reperiri/quos minime elaboratũ dicẽdi genus appetere satis habeo persuasuz/ijsq; pro suo captu faciliori oratione inseruiendũ fuit/atq; illis mos gerendus hac in parte: qd ad pretexendũ inscitie nostre velamen consultius fuerit vsurpare/vt scilicet de industria potiusq̃ ignorãtia/rudi sermone vsi esse videamur: & ꝓpter simpliciores multũ in deiciendo sermone laborasse. Vestre igitur dignissime paternitates voluntatẽ potius q̃ operam ipsam pensantes / pro sua solita humanitate boni cõsulent/benigneq; excipere dignabũtur hoc ipsum Antoniane historie Compendium /tumultuario quidem/ sed ob immensam documentorum congeriem/frequentemq; explicandarum reruz

obscuritatem/tedioso supra modum labore collectum. In quo de beatissimi patris nostri Antonii magni vita/claritate/et gestis/deqꝫ huius ordinis piissimeqꝫ religionis origine/atqꝫ felici propagatione/ insuper etiam de illius ad hanc vsqꝫ diem regimine et gubernatione pleraqꝫ/scitu non indigna/et a multis hactenus ignorata/breuiter potius ꝙ diserte/vel vt pro rerum ipsarum amplitudine decuerat/apte compositeqꝫ digessimus. Nec ambigo ea indigna tractatione/tum de rebus/tum etiam de personis ipsis/de quibus sum dicturus/me perꝙ male meritum iudicari posse/verū honesta aggredienti ingenuus ipse conatus ꝙuis res ex proposito nō succederent/plerunqꝫ visus est gratiam peperisse. Eoqꝫ magis ab aliis omnibus neglecta tentanti merito est ignoscendum/quo fere grauior esse culpa videtur non negligenda neglexisse/ꝙ bene tentata minus industrie explicuisse. Quod si eedem dignationes vestre huius/tametsi non leuis/culpe veniam mihi impartientes/scabriciem/ne dicam barbariem/styli nostri censura benigniore castigatam/ beniuolo animo susceperint/humaniterqꝫ amplexe fuerint/rem proculdubio sue solite benignitati congruam/et excitandis aliorum ingeniis ad maiora melioraqꝫ audenter tentandum/summopere accommodatam fecisse videbuntur. Cupio tandē eisdem reuerendis paternitatibus vestris/totiqꝫ ordini feliciores ad summum bonum processus a Christo bonorum omnium largitore concedi.

De primitiua Christiane fidei propagatione in Egypti partibus.

Caput primum.

Post adimpleta consummataqꝫ nostre redemptionis mysteria/quum ad enunciâdum cunctis gentibus proposite salutis beneficium apostolica sese per vniuersum orbem tuba diffunderet / Egyptus nobilissima olim prouincia beato Marco in sortem predicationis obtigit. Is siquidem mari Alexandriam diuina dispositione delatus/quum e naui qua vectus fuerat incontinentem descendisset/statim ruptum scissumqꝫ est illius calciamentum:quo presago euentu/mirum dictu/vir dei intellexit iter suum esse completum / sibiqꝫ in ea regione fore euangelizandum/existimans hac ipsa calciamentorum scissura ꝛ dissolutione / a domino sibi significari se non amplius pedibus iter facturum/aut longius quoquam profecturum. Constauter igitur aggressus dispensande fidei opus/ fructuoso semine Alexandriam Egyptumqꝫ excoluit: breuiqꝫ effecit prouinciam ipsam diuinis institutis fecundiorem. Immensa nanqꝫ populi multitudo Christi fidê amplexa/ lauachrum sancte regenerationis excepit. Deniqꝫ ea ipsa in regione fides catholica tanta subinde incrementa consequuta est / vt virorum sanctitate prestantium Egyptus nulli prouinciarum videretur esse secunda. Itaqꝫ fideles mutua conuersatione gaudentes / ad Hierosolimitane ecclesie instar sanctissimos cetus efficiebant/ christianoqꝫ federe iuncti /communem inter se vitam agebant:eorumqꝫ habitationes / vt Philo disertissimus Judeorum scripsit/monasteria dicebantur.

De vite solitarie atqꝫ Eremitice primordijs in Egypto ac Thebaide.

Caput secundum.

Inter multos sepe tractatum est/vt inquit Hieronymus/aquo potissimum eremus habitari cepta sit:quidam enim altius repetentes/ab Helia propheta ꝛ Joanne Baptista sumpsere principium. Quorum ꝛ Helias plus fuisse videtur ꝙ monachus/ꝛ Joannes ante prophetare cepisse ꝙ esset natus:ad quam opinionem vulgus omne consentit. Alij fuisse asserunt Antonium huius propositi caput/quod ex parte verum est. Non enim tam ipse ante alios fuit/ꝙ ab eo omnium inuitata sunt studia. Ipse nâqꝫ viam ere

mi antea nō plane cognitam/aut vsitatā patefecit/⁊ ostendit. Amatus vero ⁊ Macharius Antonij discipuli/quorum superior corpus magistri sepeliuit/affirmarūt ante Antonium in eremo fuisse Paulum quendam Thebensem/sed eum ipsum mortalibus incognitum/soliqꝫ Antonio reuelatum. Is siquidem Paulus/quum impia tyrannorum crudelitas ad extinguendam Christiane fidei pietatem vndiqꝫ furijs agitata perstreperet/grauisqꝫ persecutionis detonaret procella/⁊ multas apud Egyptum ⁊ Thebaidem ecclesias tempestas seua depopulata esset/in remotissimā atqꝫ abditissimam eremum secessit/non quidem mortis pauore concussus/verum diaboli perhorrescens insidias/qui animas diuersis laqueis iugulare cupiebat/non corpora. Mori enim cupientibus vis adhibebatur viuendi:⁊/vt ipse Hieronymus ait/diuersarum illecebrarum commenta ad perdendas animas exquirebātur/ipsa morte formidabiliora. Latuit autem ipse Paulus nulli mortalium cognitus/donec reuelante domino/Antonius ad eum obitu illius instante profectus est. Ipse vero Antonius tanqꝫ sidus inter nebulas effulgens/ita solitudinis aggressus est propositum/vt ad sui imitationem innumeros alexerit sectatores/vastissimasqꝫ Thebaidis solitudines ipsa Thebe famosissima ciuitate/que olim centum portas habuisse memoratur/ haud dubie reddiderit clariores. Cassiodorus ex scriptis Philonis Judei autumat hoc vite genus post Christum passum apud Egyptios sumpsisse originem. Sic enim ait: Cōcio ex illo apud Egyptios sane Philosophiam habuisse principia:alij vero dicunt huic causam fuisse conuersationi persecutiones/que religionis causa per tempora prouenerunt:⁊ quoniaꝫ fugientes in montibus/⁊ vallibus/desertisqꝫ morabantur/ad hūc vite modum se assueuerunt. Hec ille.

De Egypti fecunditate in viris sanctis/eremiticamqꝫ vitam agentibus.

Caput Tertium.

Non abs re diuus Hieronymus Egyptum fertilem monachorum anachoritarumqꝫ esse dicit:Nulla siquidem prouincia tot/tantaqꝫ agmina virorum sanctorum protulisse legitur. Quis enim existimarit etiam decem milia monachorum ibi sub vno patre fuisse/⁊ plurimos cetus mille quingentorum visos esse/⁊ tabernacula etiam in montibus tam crebra/ vt exercitus speciē prese ferre viderentur. Hec ⁊ alia non parum miranda de viris sanctis/qui in Thebaide ⁊ Egypto floruerunt/ Hieronymus ipse/necnon Heraclides/ Sulpiciusqꝫ Gallus/⁊ Petronius Bononiensis locupletissimi testes/autoresqꝫ fidedigni retulerunt:sed eorundem aliorumqꝫ omnium consensu/Antonius cunctis Egypti patribus prelatus est.Cuius celebre nomen/vt ipse Hieronymus inquit/omnes Egypti prouincias illustrauit/ac per totum orbem dilatatum est.

De situ Egypti ⁊ Thebaidis:necnō de eremo ⁊ solitudinibus/in quibus sancti viri versabātur ⁊ degebant.

Caput

De situ Egypti et Thebaidis: necnon de eremo ⁊ solitudinibus/in quibus sancti viri versabantur ⁊ degebant.

Caput quartum.

Q Voniam de Egypti ac Thebai-
dis partibus sepius sumus facturi mentionē/non absurdū fuerit
pauca de locis ipsis ad vberiorē recensendoruz atq; infra cōmemo
randorum notionē in medium afferre. Egyptus nobilis prouincia
in extrema Africe parte orientē versus sita est: vel/vt Plinio vide
tur/nō Africe pars est/sed regio proxima Africe: Eaq; bifariā diuidit. Nā altera
illius pars inferior dicitur/in qua Alexandria Regia ciuitas est sita: Altera ve-
ro superior pars est/in qua Thebe memoratissima ciuitas olim fuisse memoratur/
a qua/regio ipsa tota Thebais extitit nuncupata. Ibiq; nūc Cayrus/ Regia Sol
danoruz ciuitas/sita perhibetur. Superior ipsa pars/ que Thebais appellatur
ad meridianam celi plagam tendit/estq; propinqua et contermina Ethiopie/
magnis tamen desertorum solitudinibus/viginti scilicet dierum intermedijs. Nā
Egyptus nulli prouincie adeo contigua est/ quin omni ex parte aut mare / aut
vaste arenarum solitudines / locaq; deserta intercedant : verum longe maiora ab
Ethiopie regione/videlicet inter Thebaidem ⁊ ipsam Ethiopiam existunt: qua in
parte maximus estus viget/solumq; arenosum ac sabulosum est/quibusdam mō-
tium iugis/vallibusq; interpositis. In quibus Pyspirus est / qui dicitur mons
Antonij/eo q̄ ibidem Antonius ipse moram diutius traxisse perhibeatur. Qua-
propter admonendi sumus plerosq; locorum ignorantia decipi / existimantes
viros sanctos in locis amenioribus arborum omnis generis/tū ad fructuz/tū etiā
ad fruitionem grate adumbrationis acommodatorum ⁊ copiam habuisse/ locaq;
temperata incoluisse: quod a vero plurimum abest. Nam paucis exceptis Nilo
flumini adiacentibus/aut saltem ab eodem non multum remotis locis/omnia tor
rida/squalentia/⁊ ipso intuitu horrēda existunt. Et/vt inquit Hieronymus/estus
ibi adeo magnus est/vt quis in fornace Babylonis esse videatur. Verisimile ta
men est beatos illos patres in ijs locis resedisse/que fonticulorum ⁊ arborum sola
tio nequaq̄ penitus essent destituta. Legimus tamen nonnullos ex proposito cellu
las suas procul ab aqua posuisse/vt fatigatio corporis ad aquam ipsam petendam
eisdem maioris meriti causa esset: pariterq; ne erga corpus vltra moduz indulgen
tiores esse viderentur/si assiduo lympide aque vsu copiaq; / veluti quadam volu-
luptate fruerentur. Hinc cum aliquando ad Macharium estiuo tempore venis-
set Euagrius valde sitiens/ aquamq; petijsset / respondit Macharius / sufficiat
tibi vmbra/multi enim sunt estuantes/qui nec vmbram/nec aquaz habent: duplici
autem simul frui gratia ⁊ voluptate/monacho probrosum esse videtur.

Compendij Antoniane historie

De claritate eiusdem prouincie Egypti.

Caput quintum.

Cum Antonius in Egypto claruisse memoretur/aliquibus eiusdem prouincie claritatem ignorantib⁹ laus tanti patris forsan videri posset ipsa veritate inferior. Tāto nanq; prestantior habenda est hominis virtus ⁊ fama/quanto inter personas illustriores/in locisq; clarioribus elucescere cernitur. Quapropter non abs re existimaui fore si de claritate prouincie Egypti hoc loco summatim breuiterq; nonnihil referam. Plinius secundus excellentis viri ingenij/varieq; eruditionis/refert olim in Egypto viginti milia vrbium frequentioribus incolis habitatarum fuisse. Ibi olim Babylon maxima atq; nominatissima ciuitas fuit. Ibi etiam Thebe ciuitas nobilis portarum/vt fertur/centum. Ibi quoq; Alexandria magna/ab Alexandro magno condita. Nunc quoq; ibidem Cayrus/Soldanorum Regia/incredibilis magnitudinis/necnon alie q̄plures nominatissime vrbes esse feruntur. Hec est prouincia toties in sacris literis commemorata/in qua Joseph patriarcha sublimatus est/et in qua Israeliticus populus Pharaonum imperio multis annis aduena fuit/necnon in qua deus per Moysem ⁊ Aaron seruos suos magnalia operatus est/prout in sacris codicibus legimus. De ipsius vero prouincie antiquitate et disciplina ibidem vigente/innumerabilia pene ab autoribus commemorantur. Illuc secularibus disciplinis et literis clari Melāpus/Pytagoras/Homerus/Solon/Museus/Plato/Democritus/Apollonius Tyaneus/compluresq; alij eruditionis gratia profecti/dogmata singularia in suam quisq; patriam retulere. De ipsa etiam prouincia/et populis/regibusq; eiusdem/in historicis libris frequens mentio habetur. Illuc etiam puerulus Jesus saluator/vna cum parentibus a facie Herodis profugit. Insuper eadem ipsa prouincia viris in Christiana doctrina prestantissimis maxime legitur claruisse/in quibus/quos diuus Hieronymus nominat/illustres fuerunt Marcus euangelista/Philo/Panthenon/Clemens/Origenes Sammonius/Dionysius Alexandrinus/Anatholius/Curius/Serapion/amicus charissimus beati Antonij/Didymus/Phileas/Athanasius/Ambrosius Alexandrinus/Maximus/Pachomius/Theodorus Oresiesis/Macharius/Isaac/alter Macharius/Teophilus/Cyrillus/Cyrus: qui omnes inter insignes ecclesiasticos scriptores commemorantur. Quapropter hanc ipsam prouinciam doctissimorum hominum litrarumq; omnium/necnon martyrum/atq; anachoritarum parentem/domiciliumq;/probatissimi autores appellauere. Nam quantum ad martyres attinet/Eusebio teste/constat ibi vno solo mense/decem et septem Christianorum milia trucidata: de anachoritarum vero et eremi cultorum copioso numero superius satis abunde fecimus mentionem.

De tribus

De tribus generibus monachorum/qui apud Egyptios floruerunt.

¶ Caput sextum.

TRia fuerunt: vt diuus Hieronymus refert/monachorum genera in Egypto. Primum scilicet cenobitarum/quod illi gentili lingua/Anses vocant: apud nos vero dicuntur fratres in communi viuentes. Horum prima erat conditio obedire maioribus/et quicquid iussissent facere: diuisi autem erant per centurias/et decurias/ita videlicet/vt nouem fratribus preesset ac preficeretur vnus decanus/et rursum supra decem decanos/et decem fratrum decurias/et vnus erat prepositus centesimus/seu centurio. Manebant autem separati / in cellulis seiunctis/vsq; ad horam nonam/nec vnus ad alium pergebat/ exceptis decanis/quos diximus. Hi nanq; suorũ nouẽ fratrũ cellulas visitabant/ vt siquis eorum cogitationibus fluctuaret/illum salutaribus alloquiis consolarentur/atq; roborarent. Post horam vero nonam conueniebant in commune pro psalmis orationibus decantandis/sacrisq; scripturis audiendis: quibus expletis/supremus pater exhortatorium ad vniuersos habebat sermonem / cunctis maximo cum silentio audientibus. Post hec vnaqueque decuria cum suo decano pergebat ad mensam inter ipsos decem fratres communẽ/et vnus ex decem per singulas hebdomadas vicissim aliis seruiebat/et ministrabat. Viuebant autem pane/leguminibus/et oleribus/seu herbis/que solo sale condiebantur. Vinum duntaxat accipiebant hi qui senio/aut corporis imbecillitate grauabantur. Sumpto autem cibo/et hymno dicto/vsq; ad vesperum inter se de rebus spiritualibus colloquebantur. Operabantur autem eo tunc manibus suis / opusq; suum vnusquisq; decano tradebat: Ipseq; decanus post modum ad economum deferebat. Secundum genus erat eorum qui bini vel terni/nec multo plures/simul habitabant/suo arbitrio ac ditione de eo quod suo labore lucrabantur viuentes. De quo quidem lucro certam quãdam partem in commune conferebant/ vt inde haberent alimenta communia. Habitabant autem vt plurium in vrbibus/castellis/et vicis. Hoc genus ipse Hieronymus existimat deterrimum esse/atq; neglectum. Tertium genus erat anachoritarum/qui soli in desertis habitabant/et ab eo q; procul ab hominibus recesserant/ tali nomine nuncupabantur. Huius vite autor fuit Paulus primus eremita / illustrator Antonius/ princeps autem Joannes Baptista. Talem vero virum Hieremias propheta describit dicens/bonum est viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua/sedebit solitarius/et tacebit/quia sustulit super se iugum/non in sempiternum abiiciet dominus horum laborem/et conuersationem in carne/non carnis.

Compendij Antoniane historie.

Relatio Philonis Judei

de anachoritarum ⁊ monachorum instituto in primitiua ecclesia.

¶ Caput septimum.

Therapeute: seu cultores: ac monachi primum renuntiant omnibus facultatibus suis/et ĩ qui ad huiusmodi philosophicam vitam se dedunt/bonis suis ad aliorum vtilitatem cedunt/omnes vite solicitudines procul abijcientes. Extra vrbes in cõsitis locis/aut agellis vitam ducunt/aliorumqꝫ dissimilem ab eis vitam agentium consortia deuitant/existimantes ipsam esse impedimento volentibus aggredi arduum virtutis iter. Et in multis orbis regionibus id genus hominuꝫ reperitur. Nam ⁊ oportebat huius perfecti boni participem fieri omnem Greciam/Barbariamqꝫ omnem. In Egypto tamen per singula queqꝫ territoria maior copia increbescit/maiorqꝫ numerus/⁊ maxime circa Alexandriam/quibus singulis in locis consecrata est orationis domus/que Semnion ⁊ honestorũ cõuentus vocatur. In quã prorsus nihil eorum que ad cibum potũqꝫ pertinent/⁊ reliqua humani corporis officia/inferunt/sed tantum legis codices/et prophetarum volumina/hymnosqꝫ in deum/et id genus similia. In quibus sese exercentes/ad perfectam vitam indefessa cura assurgunt. Ab ortu autem solis ad occasum vsqꝫ/totum/id temporis in suorum studiorũ exercitationibus consumunt/quibus ad diuinaꝫ philosophiã per sacras literas profundius imbuuntur. Patrum leges ad allegoricam quandam intelligentiam deducunt/formas quasdam/seu figuras/et imagines esse dicentes ea que in lege scripta sunt/in hisqꝫ latere introrsus arcana profundi atqꝫ diuini mysterij. Et hi quidem ipsam legem corporeo animali similem esse asserunt: et sicuti anima in corpore latet/sic in litera/tanꝙ in corpore spiritualẽ quendam et inuisibilem sensum occultum in esse predicant/que est anima ipsius litere: eundẽqꝫ spiritalem sensum ipsi a suis autoribus edocti/sublimius atqꝫ generosius veluti per speculum inspicientes/contemplantur. Habent enim determinationes quasdam/⁊ interpretationes priscorum/qui sue secte autores extitere/⁊ quos hãc ipsam figuratiue intelligentie normam eis tradidisse ꝙ plurimis scriptorum monumẽtis constat. Itaqꝫ non modo subtilius intelligunt hymnos veterum/verum etiam ipsi nouos in deum componunt/omnibus cum metris ⁊ sonis honesta admodum et suaui cõpage modulantes: continentiam vero veluti fundamentum quoddam iaciunt in animã/⁊ ita demum reliquas super hanc pergũt extruere virtutes. Nullus inter ipsos cibum potumqꝫ ante solis occasum sumit/asserentes tempus lucis philosophie studijs/et lectionibus/necnon cultui anime esse tribuẽdum/curã vero corporis post lucem nocturno tempore exercendam. Et eorum nonnulli vix post triduum in communionẽ cibi veniunt/vtpote quos auiditas contẽplationum vehementius detinet. Hi nanqꝫ inter eos qui sapientie eruditione ⁊ profundiore sacrorum voluminũ intelligentia sunt prediti/tanꝙ spiritualiter famescentes nequeunt satiari sacris lectionibus/sed magis ac magis earum auiditate inflammantur/

adeo etiam

adeo etiam vt neqꝫ quarto/neqꝫ quinto/sed sexto demum die/non quidem desideratum/sed pernecessarium cibum corpori indulgeant. Preter viros autem supra memoratos/sunt ꝛ femine quedam/quarum complures iam grandeue virgines sunt/integritatem sui corporis non necessitate aliqua/verum pura tantum deuotione seruantes/dum sapientie studijs gestiunt semetipsas non animo solum/sed etiam corpore consecrare. Indignum enim putant illud vas libidini mancipare/quod ad recipiendam sapientiam et diuinum spiritum est preparatum:longeqꝫ excellentius ac dignius putant spiritalem/ꝛ immortalem/incorruptibilemqꝫ partum edere per sacrosanctum et purum diuini verbi contactum/ꝙ ex impuro viri semine/terrenum/ꝛ mortalem/corruptibilemqꝫ fetum procreare. Et viri seorsum habitant/itidem ꝛ mulieres seorsum a viris. Uinum quidem omnino nec gustu attingunt/nec carnem quamlibet. Tantum aqua illis poculum/et panis cum sale/vel olusculis/cibus est. Ministros sacerdotes ꝛ pontifices habent/mysteria illis rite exhibentes. Hec Philo Iudeus.

Qua ratione sancti patres eremiticam seu solitariam vitam experti fuerint/ꝛ de eiusdem beatitudine.

Caput octauum.

Basilius. ¶ Plurimum prodest ad conseruandam recordationem diuine maiestatis secretius et remotius habitare/et cum his qui negligentius viuunt nequaquam conuersari. Accidit enim vt anima respiciens multitudinem eorum qui nequiter viuunt/primo quidem impediatur ne errores suos proprios agnoscat/ꝛ ne possit intendere ad purgandum per penitentiam ea in quibus deliquit/vel causas culpe suorum vitiorum emēdatione rescindere:deinde impeditur conturbationibus et occupationibus secularibus/quas communis vita hominum habere solet.

Uincentius. ¶ Narrauit quidam ꝙ tres studentes socij proposito melioris vite ducti/sese religioni ꝛ pietati dedicare voluerunt:quorum primus elegit ꝛ proposuit litigantes ad pacem reducere/secundus infirmos visitare/tertius vitam solitariam ducere. Primus ergo valde laborans propter varias hominum lites/non poterat suum intētum perficere/ꝛ victus seu tedio affectus/venit ad secundum/ipsumqꝫ inuenit pariter animo deficiētem/eo quia non valebat propositum suum ꝛ optatum adimplere:quapropter concordātes ij duo venerunt ad tertium/narrantesqꝫ suas tribulationes/rogauerūt eum vt diceret quid ipse in suo instituto profecisset. Qui paululum tacitus misit aquam in vas quoddam magnum/et ait: Attendite in aquam. Et illi videbant ꝙ turbulenta erat aqua/nihilqꝫ poterant videre in ea propter turbulentiam. Postmodum vero cum quieuisset aqua / fuissetqꝫ clarificata / dixit illis : attendite qualiter aqua pausata et quieta effecta est lympida:et si diligenter intenderetis/videbitis tanꝙ in speculo vultus vestros. Sic est de illo qui in medio hominum consistit/

⁊ in turbinibus ſeculi verſatur/quia talis non videt peccata ſua:cum autem quie-uerit/⁊ maxime in ſolitudine fuerit/tunc animus illius clarus ⁊ lympidus erit/ſuoſqꝫ errores conſpiciet/nec conturbabitur.

Hieronymus. ¶ Sanctus Dauid vidēdo/capitur. Dyna vt vi-deret egreſſa/corrumpitur. Infinita ſunt exempla/omnes prope modum ſacre ſyllabe clamant/ꝙ victoria non ſperatur in hoc certa-mine niſi ex fuga/⁊ ꝙ niſi quis fugiat/ſuccumbet.

Idem. ¶ Seruis dei frequentiam populi omnes ſancti patres ſumme eſſe nociuam predicant:credite/credite ſeni penitus omnia exper-to/non poſſunt claudi ſenſus veſtri extrinſeci in tumultibus hominum.

Idem. ¶ Nemo propheta in patria ſua honorem habet. Sed dices forte/non quero honorem: Reſpōdeo/vbi non eſt honor/ibi contemptus eſt:vbi autem contemptus/ibi frequenter fit iniuria:vbi autem iniuria/ibi indi-gnatio:vbi indignatio/ibi nulla eſt quies:vbi quies non eſt/ibi mens a propoſi-to ſepe deuiat.

Idem. ¶ In alto mari periculoſius nauigatur/⁊ licet nauis pleno ven-torum flatu per mare delata lucroſius ⁊ maiori cum vtilitate quan-doqꝫ ad optata perueniat/tamen magis ſecure ſunt aque tranquille. Helias vixit in eremo/Heliſeum prophetarum ſequutus eſt chorus. Precurſor domini Ioan-nes nutritus in deſerto ⁊ ſolitudine/ad hoc tantum deſcendit ad Iordanis ripas vt populos argueret/⁊ generationes vipereas demonſtraret. De his etiam erant filij prophetarum/qui habitabant in agris/⁊ ſolitudine/faciebantqꝫ ſibi taberna-cula prope fluenta Iordanis. De his etiam erant filij Rechab/qui vinum et cice-ram non bibebant/⁊ morabantur in tentorijs/qui dei vice per Hieremiam laudan-tur/⁊ promittitur eis ꝙ non deficiat de ſtirpe eorum vir ſtans coram domino.

Idem. ¶ Uidi in ipſis eremi locis/velut in celis/angelos aſſiſtentes/⁊ fre-quentantes/ita vt ipſas eremos humane nature tam deteſtabiles/⁊ ingratas/in paradiſos putarem eſſe conuerſas.

Idem. ¶ Plato vbiqꝫ ſapientiam perquirens/in orbe vniuerſo illam re-perire non potuit/quam ſancti ruſtici mundum fugientes inuene-runt in eremo latitantem/vnuſquiſqꝫ ſuo ſenſu. Dicitur mihi oppidum carcer eſt/⁊ eremus/ſeu ſolitudo paradiſus.

Idem. ¶ His igitur rationibus moti multi philoſophorum reliquerunt frequentias vrbium/⁊ hortulos ſuburbanos/ ne per luxum/et per abundantiam copiarum anime fortitudo molleſceret/eiuſqꝫ pudicitia vitiare-tur. Nam quos ſeculi carcer includit/nunc ira/nunc auaritia/nunc aliorum incen-tiua vitiorum pertrahunt ad ruinam. Ideoqꝫ obterende ſunt animi voluptates/relinquendaqꝫ delectationum ſtudia/quoniam hec eſt circuncisionis veritas/non figura/in natura corporis naturam corpoream nō habere. Non igitur temere nos offeramus periculis/ſed quantum in nobis eſt inſidias deuitemus. Illud mirum eſt in Ioanne domini precurſore/ꝙ eremum elegit ⁊ deſertum/vbi domini predi-caret aduentum. Multitudinem predicaturus horreſcebat. Opus eſt vtiqꝫ mul-titudo doctori. Et que eſt in eremo multitudo: ſine dubio nulla. Elegit ergo Ioan-nes/ni fallor/locum ad quem populos nature conuerſatione in ſeculo corruptos/reducat. Locus itaqꝫ forma doctrine eſt/⁊ ipſa predicatio ſolitudo eſt/⁊ predicatio operatur effectum/dum vrbium frequentiā ſollicitus relinquit auditor/et a con-

tagione

ragione mundi/velut a theatro voluptatum auulsus/eremum ingreditur.

Autor. ¶ A viris doctis summopere laudata est solitudo. Nã/vt inquit Menander Grecus poeta/Et virtutis/⁊ vite libere magistro optimus est ager/id est/vita ruralis ⁊ solitaria. Idem quoq; ait: Quam dulcis est solitudo agri ei qui improbos odit/⁊ abhominatur sceleratos. Plutarchus vero sic ait: Solitudo enim philosophie vacans/non vt in ciuitate consistẽtes faciunt multis se implicat/sed alte volat in contemplatione/quapropter maiores nostri templa in locis remotis ⁊ desertis dedicarunt.

Hieronymus cõtra Iouinianum.

¶ Multi philosophorum relinquunt non modo vrbes/sed agros ingentes/et amenos fontes/vocalesq; auium nidos/ne per abundantiam/anime fortitudo languescat. Pythagorei in solitudine ⁊ locis desertis habitauere/Platonici quandoq; in templo/et locis sacris versabantur/vt angustiore habitaculi sanctitate/nihil aliud q̃ de virtute cogitarent. Inuenti quoq; sunt qui oculis se sponte priuarent.

Cassianus de anima.

¶ Turba vitiorum proculdubio sine certamine vincitur ab eo/cui solitudo gratiam suffragatur.

Autor. ¶ Multum interest inter solitudinem ⁊ solitudinẽ. Multi enim/vt de seipso Scipio Africanus aiebat/nunq̃ minus sunt soli q̃ cum in solitudine seu loco remotiore versantur. Unde Gregorius in moralib⁹ ait: Quid prodest solitudo corporis/si solitudo deficit mentis? qui enim corpore remotus est/⁊ tumultibus humane cupiditatis angitur/in solitudine non est. At contra/siquis in turba sit/nec vllos curarum seculi tumultus mente patiatur/in vrbe non erit. Loth in media ciuitate iustus fuit/⁊ in monte ac secessu peccauit. Ex quo datur intelligi aliquem in media ciuitate esse posse solitarium/et quietum: alium vero in eremi solitudine esse posse mũdanum/⁊ animo inquietum. Propterea solitudo non ad refugiendos labores/atq; sudores/sed ad malorum occasiones/vitiorumq;/⁊ mundi huius illecebras deuitandas expetẽda est/quo liberius mens terrenis cogitationibus vacua/in dei amore exerceatur. Unde Cassiodorus sic scribit: hec monarchica philosophia conuersatione miranda/naturali simpliciq; prudẽtia docet omnino que nequitiã perimant/⁊ operẽtur vtilia: nõ enim predicat virtutem/sed magis exercet/nihilipendens humanam gloriam/viriliterq; resistens passionibus anime/⁊ neque nature necessitatibus se subdit/nec corporis infirmitati succumbit/diuine mentis virtutem habens semper cõtemplatur omnium creatorem: ⁊ eũm nocte dieq; cogitans/orationibus et letanijs placat indubitanter/et quantum nature humane possibile est deo esse vicinum/velut in trãsitu vtens presentibus/neque possessione rerum occupata constringitur/neque vltra q̃ opus est in presenti prouidere forsan vrgetur: semper autem simplicitatem ⁊ exercitium huius instructionis laudans/beatitudinem contemplatur eternam/ad felicemq; terminum omni viuacitate festinat/⁊ ad verum bonum diligentiam suam semper intendit.

Augustinus libro nono de ciuitate dei.

¶ Ex tribus illis generibus vite/scilicet ocioso/actuoso/⁊ ex vtroq; composito/seu mixto/q̃uis salua fide quisq; possit in quolibet eorum vitam ducere/et ad sem-

piterna premia peruenire. Interest tamen quid quisq amore teneat veritatis/ z quid officio charitatis impendat. Nec sic quisquam debet esse ociosus/vt in eodem ocio vtilitatem nō cogitet proximi: nec sic actuosus/vt contemplationem non requirat dei. In ocio quippe non iners vacatio delectare debet/sed aut inquisitio/ aut inuētio veritatis/vt in ea quisq proficiat/z quod inuenerit teneat/z alteri non inuideat/id est/libenter in medium afferat.

Gregorius Nazianzenus.

¶ Misceri turbis/z sece derein secretū/vtrūq agere oportet cum mensura/vt in altero hominibus/in altero deo coniungamur/communem vitam sine communibus vitijs agentes: z secretam non absq cōmuni fraternitatis affectu ducentes.

Ex Vincētio.

¶ Multi in eremo positi/ea que sunt popularia agētes/perierunt. Melius est enim cum multis esse/z vitam solitariam agere animo z voluntate/q̄ solum esse corpore/proposito vero mentis z cogitatione cum multitudine versari.

Autor.

¶ Adeo totius humani generis consensus in vitia conspirauit/vt vere dici possit nusquam tuta fides/aut probitas est. Et quantum terra patet/tantum late fera regnat erynnis. Ergo/vt inquit Seneca/fugiendum est/z a contagione procul recedendum. Nec satis est a multitudine secedere/quinimo/z a seipso recedendum est/si quis in vera tranquillaq solitudine esse cupiat. Ea enim hominis pars que terrenis sensum implicat/mentemq terrenorum affectuum pondere deprimit/veluti fex quedam a puro liquore secernēda est/vt mens sursum sese liberius possit attollere/z ad ea que terrenam inquinationem minime sapiunt/puriore speculatione contēdere. Tunc siquidem id quo excellimus a ceteris animātibus/z in quo dei similitudinem referimus/ipsa disgregatione clarius agnoscitur/ac enitescit. At vero quum terrenis affectibus cogitationibusq implicitati sumus/naturam quam cum beluis participem habemus/haud dubie gerimus/digni profecto qui z hac ipsa in vita/z post eam/cum brutis partem accipiamus/non cum angelis. Quam magnificum igitur est contempta illa feculēta parte qua brutis assimulamur/ad eam nos erigere/qua eterni dei similitudinem retinemus/z dij ipsi sumus/ac filij excelsi omnes. O q̄ contemptibilis res est homo/nisi supra humana se erexerit virtus. Ista quam affectamus/vt idem Seneca inquit/magnifica est/quia animum preparat ad cognitionem celestium/dignumq efficit/ qui in consortium dei veniat. Tunc consummatū habet plerunq bonum sortis humane/quum calcato omni malo petit altum/z in interiorem nature sinum venit. Et hoc habet homo argumentum diuinitatis sue/q̄ illum diuina delectāt/ nec vt alienis interest/sed vt suis. Hūc itaq a terrenis caducisq rebus secessum/ velut sequestrationem quandam/cum eleuatione mentis ad superna/ quisquis frequentauerit/non solum mortem non timebit/quinimo tanquam ingratis alligatus vinculis dissolui cupiet/exultabitq velut ab exilio erumnosaq peregrinatione in patriam rediturus/aut a periculosissima nauigatione optatum portum subiturus. E diuerso vero hi qui tum animo tum corpore terrenis rebus incubantes vite cursum peregerunt/ab adamatis rebus non nisi egre admodum diuelli possunt/vitamq vt plurimum cum indignatione relinquunt infelices/qui ob paucorum dierum voluptatem / eamq assiduis fluctuationibus interturbatam/perpetue beatitudinis gaudia contempserunt.

Qui probati

Qui probati autores de Antonij vita scripserint.

¶ Caput nonum.

Beatissimi Antonij vitam ac gesta plures tam Greco ꝙ Romano stylo diligentissime conscripserunt. Athanasius in primis Alexandrine vrbis episcopus ipsius diui patris historiam insigni volumine/ Hieronymo testāte/ prosequutus est. Quam subinde Euagrius vir eruditissimus ex Greco in Latinum trāstulit eloquium. Ipse quoqꝫ Hieronymus ecclesie sancte lumen de eodem elegātissime cōscripsisse reperitur. Nec inter apocryphas/ verum inter canonicas approbatasqꝫ scripturas eiusdem beatissimi Antonij vita/ Pelagio pontifice referente/ annumeratur. Sed ne quispiam errore deceptus incerta pro certis admittat/ lectorem hoc loco monendum arbitror/ nonnulla de beato Antonio scripta reperiri/ que vt nequaꝙ certum probatumqꝫ autorē/ ita nec probabilem fidei substantiā habere facile iudicantur. Qualis scriptura illa est/ que refert Antonium apud Patras cuiusdam cenobij abbatem fuisse/ et in ordine sacerdotali a domino vocatum/ aliaqꝫ permulta/ que ab Athanasij Hieronymiqꝫ ⁊ Cassiodori scriptis dissident plurimum. Siquidem Patre nō Egypti/ vel Thebaidis/ sed Achaie ciuitas est/ in qua beatus Andreas agonē consummauit/ que profecto regiones valde adinuicem sunt remote/ totoqꝫ mediterraneo mari/ magnisqꝫ terrarum intercapedinibus separate. Preterea quāꝙ Antonius abbas maximus extitisse memoretur/ idest/ monachorū seu anachoritarum pater ⁊ institutor/ id tamen non in communi aliquo cenobio/ vel monasterio/ aut in ciuitate aliqua/ verum in vastis solitudinibus/ ⁊ eremo/ cellulis/ atqꝫ tugurijs leui materia per singulos sparsim compositis/ fuisse certissimum est. Nec vnꝙ in vrbano frequentive cenobio versatus est/ sed vitam solitariam a prima etate est sectatus/ locaqꝫ deserta incoluit. Amplissimi mōtis ambitus sibi suisqꝫ pro claustro erat. Cellule non vno quidem consepto loco simul collecte/ sed per totū montem/ remotis adinuicem longeqꝫ separatis sedibus disiuncte sparseqꝫ/ eiusdem Antonij discipulis fratribusqꝫ prebebant habitacula: que tamen ⁊ ipse singule casule/ Athanasio autore/ monasteria dicebantur/ quasi monachorum seu solitariam vitam agentium receptacula. Ordinem vero sacerdotalem/ Joanne Blesensi probante/ Antonius nunꝙ attigit. Alphonsus insuper Hispanus permulta de Antonio scripta prodidit/ testatus illa se in Arabicis quibusdā legisse codicibus/ cui nec fidei autoritatem tribuere/ nec vice versa ab eodem scripta penitus audeo respuere. In his certe que ab Athanasij ⁊ Hieronymi scriptis nequaꝙ discrepātia videntur/ multū me mouet id quod Athanasius ipse in historia sancti viri protestatus est/ se scilicet minima tantum referre de maximis/ talia subiungens verba: Omnia/ inquit/ que de Antonio referētiū sermo iactauit/ credite/ ⁊ minima vos existimate audire de maximis/ qꝛ nō ambigo nec eos omnia potuisse cognoscere. Post habitis igitur apocryphis/ minusqꝫ fidedignis scripturis/ ea q̄ ab Athanasio/ Hieronymo/ ⁊ Cassiodoro/ necnō alijs haud cōtēnendis autoribꝰ ꝑdita sunt/ existimamꝰ ꝓbāda/ amplectēdaqꝫ: ex q̄bus nōnulla sparsim cōfuseqꝫ narrata/ hoc loco/ tediosa narratiōe deuitata/ sub ꝓprijs titulis redegimꝰ/ breuiterqꝫ subijciēda putauimus.

Cōpendij Antoniane historie
Summa Historie & Vite
sanctissimi patris Antonij magni.

¶ Caput decimum.

Beatissimus Antonius nobilibus atqꝫ pijs parentibus insigniqꝫ genere in Egypto oriundus fuit / patre / vt ferunt / Beabex / matre vero Gurta: quam nonnulli in Ligurum finibus ortam tradunt. Quidam autem scripserunt ipsum Antonium circa annos domini ducentos quadraginta quinqꝫ Valerio imperante fuisse natū / quod nequaqꝫ verum esse deprehenditur. Cum enim diuus Hieronimus in chronicis alijqꝫ non contemnende autoritatis scriptores testentur Antonium ipsum anno imperij Constantij decimo nono decessisse / qui / secundum Eusebij supputationē / dominice incarnationis trecentesimus quinquagesimus nonus erat / idemqꝫ Antonius / vt ipsi scribunt / centum & quinqꝫ annos in humanis peregerit / consentaneum est vt dicatur natus circa annos domini ducentos quinquaginta quatuor / quo tempore Decius imperabat / qui etiam eodem anno decessit / cui Gallus & Volusianus successerunt: nec circa ea tempora aliquis imperium assecutus fuisse legitur / qui Valerius nuncuparetur. Verum circa annum ducentesimum quinquagesimum sextum / Eusebio & Vincentio referentibus / quidam non Valerius / sed Valerianus nuncupatus imperium est adeptus. Magis itaqꝫ veritati accedit quod Turonensis annalium scriptor tradit / ipsum scilicet Antonium temporibus Decij Imperatoris in Egypto superiore / id est Thebaide regione natum. Ipse igitur Antonius felicibus natalibus atqꝫ religiosis parentibus ortus / diuina sibi aspirante gratia / ab ipso fere matris vtero Christiane fidei & catholice traditionis amator zelatorqꝫ feruentissimus / humanarum literarum studia / inanesqꝫ fabulas / ac puerorum perditos mores contempsit / & exhorruit. Eo siquidem tempore / tametsi multi Christianismum profiterentur / maior tamen hominum pars infidelitatis cecitate laborabat. Nec ante Constantini Imperatoris tēpora / baptismiqꝫ gratiam ab eodem susceptam / tutum erat se publice fateri Christianum esse: nec pariter in aperto ecclesie visebantur / sed in domibus reconditisqꝫ locis Christianorum collecte & adunationes fiebant. Quapropter Antonius Paganorum & infidelium conuersationem / ac veneficam secularium doctrinam refugiens / despectis literarum studijs / domi innocenter ac sapienter sese continebat / ecclesiamqꝫ cū parentibus frequentabat / euangelicam doctrinam auidissime audiens / diligentissimeqꝫ obseruans. Post mortem autem parētum / annorū circiter duodeuiginti cū sorore paruula derelictus / Christum pauperem sequi cupiens / paruis ob sororē reseruatis / reliqua omnia distraxit / aut vicinis possessoribus charitatiue largitus est: precia vero distractorum egenis contulit / non satis esse existimans seipsum spoliare pecunijs / atqꝫ diuitias propter Christum contemnere / sed oportere illas vtiliter dispensare. Postmodum vero secularibus curis liberatus / arduum atqꝫ asperum arripuit institutum / vaste solitudinis / horrendeqꝫ eremi incola factus / vbi nō minas solum & insidias / verumetiam atrocissima verbera & impugnationes malignorum spirituum sepissime est expertus. Inuicto deniqꝫ animo in arrepto proposito perseuerans

seuerans/vereqꝫ fidei armis instructus/omnem sathane prostrauit exercitum. Et quod vix credibile est/in ea vite austeritate annos circiter octoginta/ pane durissimo/ꝛ aqua madida victitans/angelicamqꝫ vitam ducẽs transegit. Floruit autem Syluestro Romani pontificatus sedem obtinente/ꝛ Constantino magno/filijsqꝫ eiusdem imperantibus/vt autoꝛ est Hieronymus.

De magnitudinis titulo/ꝛ elogio eidem attributo.

¶ Caput xi.

Excellentia meritoꝛum: et vite prestãtia/necnon miraculoꝛum claritas effecerunt/vt beatus Antonius/quod paucis admodum contigit/magnitudinis titulum assequeretur/ꝛ magnus Antonius appellaretur/quemadmoduz varij autoꝛes testantur. Ipse quoqꝫ Athanasius Alexandrine vrbis episcopus refert beatum Antonium etiam a paganis ipsis ꝛ infidelibus appellari solitum virum dei/pꝛout ꝛ de Helia propheta scriptum legimus. Pagani nanqꝫ ꝛ infideles cateruatim ad Antonium visendum confluebant/dicentes/precamur vt hominem dei videamus. Hoc enim erat nomen Antonio apud cunctos/ꝛ ab omnibus homo dei vocabatur. Pꝛopꝛium vero nomen Antonij satis verisimile est ab Italis profectum/qua de re pleriqꝫ arbitrantur beati Antonij parentes ab ijs traxisse oꝛiginem/qui olim in Egypto cum Antonio triumuiro Romano militauerant/ꝛ ab eodem pꝛefecturas dignitatesqꝫ in ea regione obtinuerant. Ille siquidem Antonius Romanus/vt histoꝛici tradunt/vnus ex ijs fuit/qui post Julium Cesarez oꝛbis imperium inter se diuiserunt/relictaqꝫ Cesari Augusto Italia/ipse in oꝛientis partibus adeptus est pꝛincipatum: vbi captus amoꝛe Cleopatre Egypti regine/apud Alexandriam Egyptumqꝫ aliquandiu moꝛam traxit/vbi tanqꝫ regni moderatoꝛ pꝛefecturas dignitatesqꝫ suis contulit. Apud quos cum ipsius Antonij pꝛincipis nomen clarum haberetur/plerunqꝫ filios eo nomine nuncupabant. Sed hec ipsa vtcunqꝫ se habeant/constat beati Antonij magni parentes nobiles ac pietate insignes fuisse. Constans quoqꝫ fama ad hãc vsqꝫ diem in Ligurium finibus pertinacissime manet/ipsius beati Antonij matrẽ Guitam nomine/Uintimiliensis comitis fuisse filiam/pꝛefecto Egyptiace classis (duz ad sacellum quoddã circa littus maris certis comitata puellis pꝛofisceretur ante nubiles annos) raptaz/in Egyptumqꝫ traductam: cuius rei certum nequaqꝫ habeo autoꝛem. Sed nec id mihi probandum videtur quod nonnulli tradunt/ipsum scilicet beatum Antonium Pagozayde/seu oppido Zaytime oꝛtum/quum Cassiodoꝛꝰ scribat illũ ex vico in loco Heraclie oꝛiginẽ habuisse. Ceterũ qualiscũqꝫ fuerit locus oꝛiginis/certũ est eundẽ beatissimũ patrem hanc inter moꝛtales gloꝛiã assequutũ/vt potius illi delata fuerit magnitudinis nũcupatio qꝫ supꝛadicto Antonio triũuiro Romano/qui in maxima ꝛ floꝛẽtissima oꝛbis terrarũ pte regnauit. Nec ab re tã celebre nomẽ assequutus est/quãdoquidẽ/teste Athanasio/illi a dño dictũ est/ecce ego tecũ sum/ꝛ faciã te in toto oꝛbe nominari. Unde nominis eiusdẽ claritas ꝛ magnitudo ab effectu diuine pꝛomissionis credẽda est processisse/miras illi virtutes Chꝛisto largiente/ꝛ vsqꝫ in hodiernum diem/per illius intercessionem/infinita propemodum stupendaqꝫ miracula operante.

De statura: et vultu:

necnon habitudine corporis eiusdē.

¶ Caput. xij.

Sanctissimus hic pater: q̄ntum ex dimēsione ossium corporis eiusdē colligere licet/ mediocris stature/ seu medie inter breues ꝛ maiusculā habitudinis fuit. Cōstat autem illum sereno vultu/ hilaritatē prese ferenteq̧/ extitisse/ Athanasio hoc ipsum his verbis testante.

Athanasius. ¶ Habebat autem in vultu magnam gratiā/ ꝛ admirabile a saluatore munus acceperat. Si quis enim ignarus eius inter multitudinē fratrū eum videre cupiebat/ nullo demonstrāte/ alijs pretermissis/ Antonium agnoscēs ad ipsum currebat/ ꝛ anime puritatē agnoscebat ex vultu/ ꝛ per speculum corporis gratiam sancte mentis intuebatur. Nā semper hilarem faciem gerens liquido ostēdebat se de celestibus cogitare/ semper eandē faciē inter prospera et aduersa tenens/ nec secundis extollebatur/ nec frangebatur aduersis.

Idem. ¶ Obstupuerunt vniuersi oris eius gratiā/ ꝛ corporis dignitatē/ q̄ nec per quietē intumuerat/ nec ieiunijs demonūq̧ infestatione faciē pallor obsederat: sed econtrario/ quasi nihil laboris habuisset/ antiquus membrorum decor in eo perseuerabat.

Idem. ¶ Oculorū quoq̧ aciē in fine vite/ ꝛ numerū dentium/ licet parū ob etatem longeuā viderentur attriti/ necnō ꝛ pedum incessum/ totius etiam corporis firmitatem/ ita cōtra nature vires meritorum gratia custodiuit/ vt corporibus eorū qui balneis atq̧ delicijs cōfouentur/ hilarior eius caro videretur.

De humanitate

et affabilitate eiusdē singulari.

¶ Caput. xiij.

Athanasius. ¶ Neq̧ enim vt in solitudine et mōtibus cōuersatus agrestis ꝛ rusticus erat/ sed iucundus ꝛ affabilis diuinum sermonem sale conditum proferebat/ ita vt inuidia careret/ ꝛ amore omnium potiretur.

Idem. ¶ Magna etenim in eo affabilitas omnium in se studia conuertebat.

Cassiodorus. ¶ Fuit autem Antonius precipue clementissimus/ castus/ fortis/ gratus colloquētib9/ sine vlla tristitia.

Idem. ¶ Obedientē vero se/ gratūq̧ cōspicientibus exhibebat. Studebat nāq̧ vt neq̧ haberet tumētē supbāq̧ naturā/ nec putaret hmōi.

Autor. ¶ Plerīq̧ arbitrātur in Antonio formidabilē quādā fuisse seueritatē/ atq̧ tetricā frontē/ facile ad iracundiā prouocabilē/ quibus/

meo iudicio

meo iudicio/id ea ratione persuasum est/ꝙ quotidianis testantibus miraculis/ si quis nephario ausu eidē barbato seni illudere/aut iniuriam inferre presumpsisset/ diuino miraculo protinus videbatur dira vltio subsequi/igne sacro/quod mirabile dictu est/ipsum temeratorē statim corripiente. Quod quoties acciderit/testis est vniuersus fere orbis/nec possunt cuiꝙ hominū ea cōmentitia videri/que toties publice cōspecta/atqꝫ vniuerso populo spectante cōprobata sunt/ingens certe diuine potentie/ꝛ sanctis eius prestite glorie argumentum. Huiusmodi austeritatis fuisse crediderim Heliam Tesbitē/quem in vlciscendis protinus iniuriis terrificū fuisse legimus. Principes nāqꝫ quinquagenarios ad eū profectos igne celesti exussit. Heliseus quoqꝫ illate sibi iniurie vltor repētinus extitit/dū apud Bethel pueros quadraginta duos sibi illudētes vrsis tradidit deuorādos. Ceterūqꝫ q̄tum ad Antonium pertinet/ego longe aliter ꝙ vulgus sentiat existimo. Nā ꝙ statim post offensam corporalis pena subsequatur/nō seueritatis/aut mortifere vindicte/sed potius humanioris castigatiōis est iudiciū/quum lōge infeliciores cōprobētur mali impuniti/ꝙ in hac vita supplicia luentes. Multo siquidē melius est hominē hic pro cōmissis affligi/ꝙ eternis cruciatibus reseruari. Nā quum lento gradu ad vindictā procedat ira dei/tarditatē sui grauitate cōpensans supplicij/iure igitur dixerim celerem atqꝫ repentinā animaduersionē/ que sepius ante hac in sacrilegos / diuineqꝫ gratie beato Antonio prestite temeratores visa est processisse/nō tā ab austeritate ꝙ a benignitate proficisci/ipso diuo patre pro illis orante / vt diuine iustitie seueritas que perpetuis esset reseruanda suppliciis/corporis mēbrorumqꝫ exustione compensetur: quod et subinde ad cōpescendā aliorū temeritatē/nephariosqꝫ sceleratorū hominū ausus reprimēdos/ceteris mortalibus prodesse possit exēplo. Unde regius propheta cecinit: Letabitur iustus cū viderit vindictā/manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Non solū igitur amandus est deus/sed etiā metuēdus/ac tam in seipso/ꝙ in suis sanctis ꝛ electis colēdus/sūmopereqꝫ venerādus. Nā si quis diuine potestatis / que in beatorū gloria elucet/contēptor aut nepharius temerator extiterit/non solū in die mala se omni patrocinio destitutū sentiet/ verūetiam diuine indignationis luctuosam tandem animaduersionem experietur.

De cibo: potu: stratu:

necnon ieiuniis ꝛ orationum instantia eiusdem.

Caput.xiij.

Athanasius. Inedie ꝛ vigiliarū i tātū patiēs erat beatus Antonius/vt plus faceret ꝙ ab vllo vnꝙ posse fieri crederetur. Sepissime pernoctabat i oratiōe/ edebat semel in die post solis occasum/ nūnunꝙ biduo triduoqꝫ sic permanēs/in quarta die reficiebatur. Sumebat autē panem/ꝛ salē/ꝛ potū aque paruulū/quieti autē mēbra cōcedens/iunco atqꝫ cilicio vtebatur /aliquoties etiā super nudam humum iacebat.

Idem. Edebat autem vtpote homo sepe solus/sepe etiam cū fratribus eremitis. Quū vero cibū siue somnū indulgere corpusculo/aut alias corporis necessitates cogeret humana conditio/miro afficiebatur pudore/ ꝙ tantā anime libertatem modice carnis termini coercerent. Nā frequenter cum fratribus

sedēs a cibo qui fuerat appositus substrahebatur recordatiõe esce spiritualis. Dicebat tamē corpus ieiunijs nõ esse penitus eneruandū/ne operatio creatoris dissolueretur:sed omne studiū cõferēdū/ne anima vitijs superata ad inferni tenebras detruderetur. Quinimmo curādum vt anima ipsa indultū sibi in carne imperiū vendicans/domicilium suū/vt apostolus Paulus ad tertiū vsq̧ celum subleuaret.

Ex Hieronymo. ¶ Panem angelorū manducauit Antonius quum ad tuguriū Pauli primi eremite lupam sequens diuertisset. Coruus enim nutu dei panem tulit integrum/quem per annos sexaginta tulerat dimidium.

Athanasius. ¶ Orabat frequenter/quippe qui didicerat ꝙ oporteret dominum sine intermissione orare.

Cassiodorus. ¶ Antonius modos adinueniebat abstinentie potioris/probans bonā vitam suauē fieri ipsa cõsuetudine/licet fuerit primo difficilis/⁊ quotidie exercitatione crescebat/⁊ tanq̄ semp incipiēs aliquid innouabat/afflictionibus corporis puniendo libidinē/sacre vero sapientie voluntate passionibus anime repugnādo. Erat enim eius esca solus panis/et sal/potus aqua/prandij tēpus solus occasus:frequēter etiā duos ⁊ amplius dies sine cibo manebat. Vigilabat semper quidē iugi nocte/⁊ orationibus cõtingebat quidem diem. Si vero somnus incumberet/stando/paululum dormiebat/plerūq̧ in pauimento iacens/solamq̧ terram stratum refectionis habens.

De habitu illius.

¶ Caput. xv.

PArum admodum cure fuit primitiue ecclesie fundatoribus/quo amictu quave forma indumentorum mortale hoc corpus tegeretur/modo interius sanctitas abūdaret. Non enim in pallijs/sed in probis moribus Christiane pietatis summā constituebant. Non omnes sane apostoli Christi eodem vsi sunt habitu/nec vnā et eandē in vestimētis formā obseruarūt. Simile tamen veri est/illos eo habitu vsos fuisse/qui sancte religionis proposito conueniret. Nam ⁊ ipsi Ethnici philosophi pallio amicti/peraq̧ instructi/⁊ prolixa barba vtebantur. Beatissimus sane Areopagita Dionysius ecclesiastice Hierarchie traditiones describens/asserit in illa primitiua ecclesia monachalē vitam profitentes a sacerdote exui omni veste/⁊ aliā induere solitos. Quequidē vestimentorū mutatio/vt idē inquit/migrationē a media vita ad perfectiorē significat:sicut in diuina regeneratione/idest baptismo/vestis candida que traditur/immutationē prioris vite ad contemplantem illuminātemq̧ habitum indicat. Gregorius etiam Nazianzenus id idem a viris religiosis obseruatum tradit/inquiens:ipse quoq̧ habitus prese fert virtutis insignia/hirsutum caput/incomptis ⁊ horrentibus comis/⁊ q̄tū sufficit attonsis/pedes nudi/et apostolicis similes/indumenti vilitas/arrogantiā superbiamq̧ condemnans.

Diuus quoq̧ Hieronymus refert Hilarionem adhuc secularem quum ad Antoniū in eremo degentem venisset/habitum

pristinum

pristinū mutasse. Frequētius autē viri sancti/vereqꝫ ac celestis philosophie professores/ pallio vsi fuisse perhibētur/voluntate tū propria/nō aliqua coactione impulsi. Hinc in Grangensi concilio ita definitum est: si quis virorū putauerit sancto proposito cōuenire vt pallio vtatur/tanq̄ ex eo iustitiā habiturus/ꝛ reprehēdat alios qui cū reuerentia birro vtuntur/ꝛ alia veste cōmuni que in vsu est/anathema sit.

Augustin⁹ vero in de ciuitate libro nono

sic ait: Nil sane ad istā pertinet ciuitatem quo habitu vel more viuendi/ si non est contra diuina precepta. Istam fidem qua peruenitur ad deum quisqꝫ sectetur. Unde ipsos quoqꝫ philosophos/quando Christiani fiunt/nō habitum/vel consuetudinem victus/ que nihil impedit religionem/sed falsa tantum dogmata mutare compellit. Constat autē Antoniū cilicio/et de caprarum pellibus confecto melote/necnon ependite ꝛ pallio vsum fuisse: diebus quoqꝫ solennibus tunicam Pauli primi eremite de palmarū folijs in sportarū modū cōtextā deferre cōsueuerat. Nobilitatis aūt morē imitat⁹ /ꝛ liberalitatis semp retinens honestatē/multis ad eū venientibus/aut ab eo recedentibus viris sanctis/vestes donasse legitur. Refert etiā Athanasius illū aliquādo apud Alexandriā zelo martyrij ductū/vt conspicuus ante iudices et magistratus esset / cultiori seu candidiori veste vsum. De calciamentorū vero vsu cū nihil proditū cōpererim/ certā nequeo proferre sentētiā/ mihi quidē satis verisimile videret illū nudis pedibus incessisse/nisi locorū natura forsam repugnaret/quādoquidē illis in partibus estuātes arene intolerādis ardoribus hominū plantas nō minus q̄ accēsi carbones seu prune exurere perhibētur. Habebat autē moriens duplex palliū. Sancti nanqꝫ illi patres anachorite seu eremi cultores/q̄uis omnia relinquerēt/vt a secularibus curis liberi dn̄o fruerētur/ nō tamē voti alicuius vinculo abdicabāt a se rerū proprietatē: vnde plures tunicas possidere/ac de illis testari/libereqꝫ disponere minime impediebantur/ nec pariter ad certi cuiusq̄ habitus formā deferendā sese astringebant/sed liberū cuiqꝫ erat eo vti habitu qui sibi videretur expedire. In cenobitis tamē seu in communi viuētibus secus fuisse arbitror: quandoquidē inter eos disparitatē habitus satis verisimile est semper fuisse deuitatā. Quāuis etenim habitus ipse monachū non faciat/ sed professio regularis/admonet tamē hominē sue dignitatis/suiqꝫ ordinis/facitqꝫ vt ipse ab alijs cognoscatur. Proinde in ciuitatib⁹ q̄plurimis viri patritij certo habitus genere a populo/ꝛ ciues a plebecula discernunt. Itaqꝫ ad decorē domus dei pertinet/vt qui eiusdem sunt ordinis/simili quoqꝫ habitu inuicem vtantur.

De habitatione eiusdem.

Caput.xvi.



Iuuat insuper ac delectat scire quale sanctissimi huius patris fuerit habitaculum. Ab initio quidem/vt refert Athanasius/deserti vastitatē nequaq̄ est ingressus/ sed in locis paululū ab illa remotioribus māsit. Ex inde autē secū reputans oportere dei famulum ex instituto Helie prophete exemplum capere/ꝛ ex eius vita suam quoqꝫ debere componere/ad sepulchra longe a

villa constituta secessit / vni ex suis cognatis mandans / vt statutis diebus sibi alimenta deferret: sicqꝫ clausus et solus ibidē aliquandiu moratus est. Postmodū vero cum prompte voluntati affatim merita religiosa succrescerēt/solus conscendit ad montē/ꝛ adhuc ignote eremi viaꝫ ceteris conatus est pandere. Dehinc flumine trāsuadato inuenit castellū desertū venenatis animalibus plenū/in quo se cōstituēs nouus hospes habitauit/statimqꝫ ad eius aduētū ingēs turba serpentiū/quasi persequutorem passa/exinde profugit. At ille obstructo lapidibus introitu / panem secum sex mensium cū aqua modica recondidit / solitariusqꝫ ita perdurabat/nūꝗ̃ inde procedens/Sicqꝫ annis viginti solitarie iam transactis/cum multa ad eū turba cōflueret/exteriorem mōtem petijt/multis eius propositum imitantibus. Erant itaqꝫ in mōte monasteria tanꝗ̃ tabernacula plena diuinis choris legentiū/psallentium/ꝛ orantium/qui infinitam regionē quandam/et oppidum a mūdana cōuersatione seiunctū pietatis ꝛ iustitie/videbantur incolere. Quum autē multitudo ad eum venientium eidē desideratā auferret solitudinē/ad superiorē Thebaidem pergere cogitauit/vbi eum nullus agnosceret/angelicaqꝫ voce monitus/ cōfecto triuꝫ dierum ac mōtiū itinere/inuenit mōtē valde excelsum/ad cuius radices fons aque dulcis labebatur/ꝛ campus haud magnus totū ambiebat mōtem /qui perpaucis palmulis/hisqꝫ neglectis/consitus erat. Hūc ipsum locū Antonius/quasi sibi a deo offerretur/amplexus est/solusqꝫ ibidem mansit. Erat autem idem locus dierum tredecim itinere a Nitria remotus. Hūc vero locum ꝛ habitaculuꝫ sancti viri diuus Hieronymus ī vita Hilariōis sic describere videtur. Saxeus ꝛ sublimis mons erat/per mille circiter passus/ad cuius radices aque diuersis scaturiebant locis/quarum aliquas arene sorbebant/alie vero ad inferiora prolabētes riuulum efficiebant/super quem ex vtraqꝫ parte ꝗ̃plures erant palmarum arbores/que loco illi multum amenitatis et commodi tribuebant. Cellula auteꝫ beati viri ibi erat/ nō plus mensure ꝛ spacij continens ꝙ̃ homo dormiens extendi poterat. Preterea in sublimi montis vertice/quasi per cochleā ascendentibus ꝛ valde ardue visebātur due cellule/eiusdem mensure. In quibus ipse Antonius venientiū frequentiam/ꝛ discipulorū suorum contubernium fugiens/aliquando morabatur. Veruꝫ he ipse due cellule in viuo saxo excise erāt/nec quisꝗ̃ preter hostiū illis erat aditꝰ. Hic aūt mons distabat ab oppido Aphrodito trium dieruꝫ itinere/trāseundaqꝫ erat vasta atqꝫ horribilis eremi solitudo/omni aque subsidio destituta. Veruꝫ in ipso Aphrodito oppido diaconus quidam erat Bexsans nomine/ qui locatis camelis ꝛ dromedarijs / consueuerat cum aqua/necnon ꝛ alijs ad victum necessarijs euntes ad Antonium deducere.

De vite eiusdem instituto/ꝛ viuendi regula.

Caput.xvij.

Pleriqꝫ audiētes Antonium fuisse monachorum patrem / falso arbitrātur illum ac ceteros Egypti patres ex eo monachorum genere atqꝫ ordine fuisse/ qui nunc monachi ordinis sancti Benedicti dicunt /quod a vero plurimū abest. Constat nanqꝫ Antonium longe ante benedictum ac eius ordinis

ordinis monachorū institutionē floruisse. Sed tā ipse ꝙ alij vitā a seculi turbinibus segregatam ducentes/ea ratiōe monachi appellati sunt/ꝙ solitarij viuerent / et lugubrem quodammodo vitam agerent. Monachus namqȝ propria significatione virum solitarium et mestum signat. Quapropter Antonius monachus ideo fuisse dicitur/quia solitarius. Pariqȝ ratione Helias / et Joannes domini precursor/ eremi cultores/ monachi fuisse existimādi sunt. Unde diuus Chrysostomus de ipso Joāne sic ait: Joānes fuit princeps monachorum/ipse monachus statim vt natus est/in eremum iuit/in eremo nutritur/Christum expectat in solitudine. Ceterū Antonius ipse nunꝙ voti emissione alicui regule preterꝙ euāgelice sese astrinxit/ nondum siquidem illis temporibus varietas regularum/vel specialium ordinum/seu religionum diuersitas adinuenta seu instituta fuerat / sed apud fideles euangelica atqȝ apostolica viuendi forma clarebat. In qua tamen non omnes eodem modo incedebant/sed vnusquisqȝ pro virili gradum in profectione sublimiorem/conscēdere satagebat/ et ad perfectionem ipsam assequendam secundum proprie virtutis et facultatis modulum quilibet properabat / et in lege dei vnus quidem sic alius vero sic ibat. Libertas euāgelica omnibus proposita erat/qua nō in peccati occasionē/ sed ad liberiorem salutis progressum/accōmodatioremqȝ beatitudinis cursuȝ peragendum vterentur. Postmodum vero specialium ordinum et particularium regularum institutiones in ecclesia dei sunt exorte/laudabili certe/valdeqȝ cōmendabili pietatis traditione/modo in statuendis alligandisqȝ oneribus caueatur excessus. Unde in sacrorum patrum decretis sic legimus. Quāuis multa sint que obseruari iubeat canonice sublimitatis autoritas/defectus tamen nostri temporis/ quibus non solum merita/sed etiam corpora ipsa defecerunt / distractionis illius non patiuntur manere censuram. Hinc etiam Augustinus ad Januariū scribens minime probare videtur humanas constitutiones/que licet contra fidem non sint/ ipsam tamen religionem Christianaȝ/quam in paucissimis atqȝ manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia dei voluit esse liberam / adeo seruili iugo premunt/vt tolerabilior esse videatur conditio Judeorum: qui etiaȝ si tempus euāgelice libertatis non cognouerunt / legalibus tamen sacramentis/non humanis presumptionibus et adinuentionibus subijciuntur. Legimus sane Pachomiū virum sanctissimum in Egypto multorū monachorum patrē / regulam ab angelo dictatam in ereis tabulis accepisse / qua cauebatur neminem fratrum ad ieiunandum / nec pariter ad manducandum / et alia huiusmodi faciendum cogi debere: quum expediret pro singulorum dispositione ea remitti vel intendi/ liberum cuiqȝ de sua facultate iudicium pretermittendo. Uincentio quoqȝ testante/ cum a quodā viro sancto quereretur quid faciendū suaderet/ Respōdit id qđ videris animam tuam secundum deum velle/hoc facias. Nā Abrahā hospitalis fuit/ et deus hunc dilexit. Helias quietē et solitudinē diligebat/ et deus cū eo. Dauid humilis / et deus cū eo. Alter vero senex interrogatus a fratre quonāmodo deū inueniret/vtrū videlicet in ieiunijs/vel laboribus/aut vigilijs/aut in misericordia: respōdit/in omnibus sane illis cū discretiōe. Multi enī discretionē egressi vacui abierūt. Igitur anachoritarum atqȝ sanctorū eremi cultorū ea viuendi ratio fuit/vt pro suo quisqȝ arbitrio viā perfectionis et sanctimonie ingrederetur/ et scđm euangelicā traditionē perageret/nulla sibi alia prestituta regula speciali/quādoquidem seorsum et separatim degebant ac instituebantur. Uerum fratribus in commune viuentibus communis aliqua regula et specialis obseruantia fuit necessaria / vt vnico ritu viuerent qui socialem inter se vitam ducere instituebant. Ut igitur ad Antonium redeamus non voti emissione / sed spontanea voluntate humilitatem/

continentiam/⁊ paupertatem ſeruaſſe legitur: ita tamen vt quãuis pauper eſſet/ nihilominus aliquid proprietatis moriens habuerit/ de quo vltime voluntatis iudicio teſtatus eſt. Uitam autem ſuam ad euangelicam doctrinam inſtituit: ⁊/ vt Athanaſius refert/ ſi quem vigilantem in hoc ſtudio compererat/ procedens querebat velut apis prudentiſſima. Nec ad habitaculum ſuum ante remeabat/ niſi cuius cupiebat frueretur aſpectu/ et ſic tanquam munere mellis aſſumpto/ abibat. Et omnibus ad quos pergebat obediẽs/ proprias ſingulorũ gratias hauriebat/ huius continentiã/ illius iucunditatẽ. Sectabatur iſtius lenitatẽ/ illius vigilias: alterius legendi emulabatur induſtriam: iſtum ſtantem/ illum humi quieſcentem mirabatur. Alterius patientiã/ alterius manſuetudinẽ/ predicabat. Omniumqꝫ vicariam erga ſe retinens charitatẽ/ vniuerſis virtutum partibus irrigatus ad propriam ſedem regrediebatur. Et hec fuit eiuſdem beatiſſimi Antonij vite forma/ inſtitutioqꝫ regularis/ quam ab initio eſt ſequutus.

Qualiter mixtam: id eſt

actiuam ⁊ contemplatiuam duxerit vitam.

¶ Caput. xviij.

AUtor. ¶ Dominus vt omnem perfectionis ſtatum in collegio ſuorum diſcipulorũ oſtẽderet/ apoſtolos ſuos ad vitam mixtã/ id eſt ad contemplatiuã ⁊ actiuã predicãdo ⁊ admonendo dedicauit. Hanc inſecutus Antonius ita ſe contẽplationi dedidit/ ⁊ vitam ſolitariã ſectatus eſt/ vt tamẽ nihilominus in actiua maxime excelluiſſe cõprobetur. Nam cum dicat Cyprianus: in ſeruis Chriſti quãdo martyrium mente cõcipitur/ animus ad bonum deditus deo iudice coronatur: cõſtat/ Athanaſio teſte/ Antonium tanto martyrij ſuſcipiẽdi feruore fuiſſe incenſum/ vt ea de cauſa Alexandriam fit profectus/ ſeſeqꝫ ante conſpectum iudicum ſiſtere ⁊ oſtentare non dubitarit: inſuperqꝫ mirum in modũ fit contriſtatus ꝙ illi corona ⁊ locus martyrij non daretur. Preterea contra hereticorum perfidiam publico apud Alexandrinum populum habito ſermone/ fidei ſynceritatem predicauit/ dubios firmauit/ plurimos paganorum ad Chriſtum conuertit. Itaqꝫ etiam in eremi ſolitudine degens/ multis perſuaſit vt/ contempto ſeculo/ ſeſe dei obſequijs manciparent. Docebatqꝫ indoctos/ mitigabat iracundos/ ſuadens omnibus vt amori Jeſu Chriſti nihil anteponerẽt. Inſuper pauperes fouit/ oppreſſos ſua ope ſubleuauit/ proqꝫ miſerabilium perſonarum cauſis apud iudices inſtitit. Et ſi Alphonſo credimus/ regem ⁊ populum Barcinone miraculoſe illo trãſlatus/ in fide Chriſti ſolidauit. Egenis diſtracti ſui patrimonij pretium largitus eſt. Et nec minus ſubinde manuum operibus dabat operam/ ne ſuorum quem grauaret/ ⁊ egenos ſuſtẽtaret. Innumeram inſuper diſcipulorum multitudinem erudiuit/ illiſqꝫ clariſſima ſalutis monita dedit/ ad eum venientes mira cum modeſtia hoſpitio excepit/ ⁊ maxima charitate tractauit/ ſummã quoqꝫ vite contẽplatiue ſtudioſis prebuit lucez/ vaſtaſqꝫ eremi ſolitudines antea ſolis feris acceſſas/ diuinis choris repleuit. Uiris etiã prudentie ſecularis doctiſſimis ad eũ veniẽtibus/ rationẽqꝫ Chriſtiane fidei regrẽtibꝰ/ magnifica ⁊ ſalutaria reſpõſa dedit. Futuro deniqꝫ

ſeculo

seculo sanctissima scripta reliqt/postremo signis ac miraculis prope innumeris incredulos cõfutauit/ et fideles mirũ in modũ animauit. Nec solũ ex vite merito ecclesiã dei illustrauit/sed etiã illam subuertere moliẽtibus strẽnue fructuoseqȝ restitit.

Qualiter manualibus operibus insistebat.

Caput.xix.

Athanasius. Operabatur aũt Antonius manib⁹ suis/sciens scriptũ esse: Qui non operatur non manducet. Mercedem sane operis sui/precio panis excepto/egentibus largiebatur.

Idem. Dum semel in eremo Antonius ex multitudine cogitationũ tedio affectus post orationẽ extitisset/vidit quendam sedentem/et operantem/deinde surgentem/et orantem/erat autẽ angelus domini/qui ait ad eum: sic fac/et saluaberis.

Idem. Antonius nolẽs ob suũ refrigeriũ multis esse onerosus/rogauit quendã vt sibi sarculũ/et semẽ seu frumentũ afferret/quib⁹ allatis/agellũ proprijs manib⁹ coluit/proprioqȝ labore/deriuata ex superiorib⁹ aqua/irriguũ reddidit/atqȝ exinde annuũ sibi panẽ parãs/gaudebat ꝙ sine cuiusꝙ molestia proprijs manib⁹ viueret in deserto. Coluit etiã ibidẽ hortulũ/et oleribus cõseuit/vt hospites/seu ad ipsum veniẽtes/post asperum iter aliquali solatio reficeret.

Idem. Quũ venientes aliqd ei muneris afferrẽt/ipse semper pro his que sibi detulerant/aliquod munusculũ rependere satagebat. Itaqȝ ad hunc effectum sportellas suis manibus texebat/quas illis largiretur.

Cassiodorus. Uacare autem nec se patiebatur Antonius/et bene victurum semper operari precipiebat.

Qualiter miro feruore ad martyrij palmam anhelabat.

Caput.xx.

Ex Athanasio. Tẽpore quo maximiani furor vastabat ecclesiam/multis martyribus Alexãdriã ad suppliciũ ꝑductis/Antonius cupidissimus sui pro Christi noĩe fundẽdi sanguinis/relicto monasterio secut⁹ est eos/dicẽs: pergamus ad gloriosos fratrũ triũphos. Et amore quidẽ iam martyr erat/sed cũ tradere se vltro irrationabile iudicaret/nõ cessabat ministrare in metallis/et in carceribus cõstitutis/sed et libere cũ eis ingrediẽs ad iudices/hortabat Christi cõfessores ne terrore impiorum dñm abnegarẽt: lataqȝ in eos sentẽtia/quasi ipse vicisset/vsqȝ ad locũ felicis sanguinis martyres ꝓsequebatur. Et ꝙuis ceteri fratres abscõderent/ipse tñ impauidus candenti veste/et in loco eminẽti stãs/iudicẽ suo ꝓuocabat aspectu/flagrãs ardore martyrij/cõtristabaturqȝ/q² volẽti pati pro noĩe Christi martyrij locus non dabatur: sed dñs qui gregi suo parabat magistrũ/seruauit Antoniũ. Nunꝙ tamẽ a cõfessorũ vestigijs separat⁹ est/quin imo angxia circa eos cura et charitate colligat⁹/magis carcerẽ pati videbat exclusus.

Compendij Antoniane historie De varijs demonum infestationibus/malignorũq₃ spirituũ impugnationibus/⁊ tẽtationibus quas pertulit/ necnon de victorijs eiusdem.

¶ Caput.xxi.

Athanasius. ¶ Inimicus humani generis non ferens tantas in Antonio virtutes/veternis cum agressus est fraudibus. Et primo quidẽ tẽtãs si quomodo posset eũ ab arrepto instituto retrahere/immittebat ei memoriã possessionũ/sororis defensionẽ/generis nobilitatẽ/amorẽ rerũ/fluxã seculi gloriam/esceuariã dlectationẽ/⁊ reliquavite remissioris blãdimẽta: postremo virtutis arduũ finẽ/et maximũ perueniẽdi laborem/necnon corporis fragilitatẽ/etatisq₃ spacia prolixa: et prorsus maximã ei cogitationũ caliginẽ suggerebat. Sed Antoni⁹ cogitationibus ad deũ erectis/⁊ orõnibus/per passionis Christi fidẽ hmõi suggestiones elidebat. Inde diabolus cõsueta aduersus adolescẽtes arma corripiẽs/nocturnis eũ inquietabat illecebris/ac per noctes se in pulchre mulieris vertebat ornatũ/nulla pretermittens figmenta lasciuie. Per diem vero tã apertis in eũ telis irruebat/vt nullus ambigeret quin Antonius contra diabolum dimicaret.

Idem. ¶ Metuens ergo diabolus ne accessu tẽporis Antonius eremum quoq₃ habitari faceret/ita eũ aggregatis satellitibus suis varia cede lacerauit/vt doloris magnitudo ei motũ auferet/⁊ vocẽ. Nã ipe postea referebat vulnera fuisse tam grauia/vt omnia humana tormẽta superare viderentur: sed dei prouidentia/que nunq̃ in se sperantes deserit/illi adfuit.

Idem. ¶ Diabolus admiratus ꝙ post tot verbera ipsum adhuc Antonius prouocaret/cõgregatis canibus suis/⁊ ꝓprio furore se laniãs/omnia/inquit/arma corripite/acrius a nobis impugnãdus est/sentiat quos ꝓuocat. Dixit/⁊ ad vocẽ hortãtis sonitus repẽtinus increpuit/ita vt loco fũdit⁹ agitato/ et parietib⁹ patefactis/multifaria demonũ exinde turba se fũderet. Nã ⁊ bestiarũ ⁊ serpẽtũ formas induẽtes/oẽm protinus locũ repleuere fãtasiis leonũ/taurorũ/luporũ/aspidũ/serpẽtũ/necnõ pdorũ/atq₃ vrsorũ. Et hec singula scõm suã fremebãt naturã/truces omniũ aspectus/⁊ voces horrẽde erant. Antonius ab his flagellatus/atq₃ confossus/asperrimos quidẽ sentiebat dolores/sed mẽte durabat peruigili. Et licet metu₃ vulnera carnis exprimerẽt/sensu tñ idẽ pmanens/quasi de ipsis hostib⁹ luderet/sic loquebatur. Si viriũ aliquid haberetis/sufficeret vnus ad prelium.

Idem. ¶ Sed nec tũc cessauit infatigabilis aduersarius. Nã impedire volens illius ꝓpositũ/argẽteũ discũ in itinere proiecit: quo viso/Antonius callidi hostis agnouit isidias/dicẽs: hoc artificiũ diabolicũ est. Deh sic Antonius ipse ingẽtẽ auri massa₃ in itinere cõspexit/quã rapido cursu fugiẽs cõtẽpsit.

Idem. ¶ Pernoctãtibus multis ante hostiũ sanctiviri/audiebãtur intus voces dicẽtũ: quid te nostris igeris habitaculis? quid tibi in deserto? recede a finib⁹ nostris/nõ poteris nostras insidias sustinere. Hi vero qui pernoctabant ad hostiũ/perterriti auxiliũ Antonij implorabant. Quibus ille dicebat/signate vos/⁊ abite securi.

Idem.

Idē. ¶ Proh ꝙtas in deserto interiori expert⁹ est demonū luctas. Vere scdm qđ scriptū est/nō illi aduersus carnē et sanguinē colluctatio erat/sed aduersus potestates/et principes tenebrarū harum. Audiuimus profecto ab iis qui ad eū perrexerāt/illic tumultus ⁊ voces horrendas audiri solitas. Ideoqꝫ referebāt prorsus plenū mōtē demonū se vidisse/ipsum etiā Antoniū quasi cōtra inimicos vidisse palā resistentem/⁊ fortiter reluctantem. Admiratione plane dignū/in tam immani solitudine vnum hominem nec demonum quotidianas expauisse congressiones/nec bestiaruꝫ quadrupedum scilicet et reptiliuꝫ diuerse cessisse feritati.

Autor. ¶ De variis tentationibus quibus beatissimū hunc patrē intensissimi demones impugnarunt/mira refert Alphonsus supra memoratus. Veruꝫ quia aliquibus forsan nō satis idoneus autor videretur/libēs ea pretereo/suspēso in vtrāqꝫ partē de iis iudicio. Vnū tñ cognitu nō indignū subiiciā. Refert siquidē ipse Alphōsus beatum Antoniū aliquādo per desertū ambulantē/sub venatoris specie diabolū reperisse retia texentē/quē cū rogasset vt sibi rete aliquod/ aut laqueos ad feras capiēdas/que olera sua ⁊ messem depascebātur/cōtexeret / ille respondit se eidē proculdubio casses ⁊ retia contexturū/atqꝫ laqueos nexurū/qđ et subdolus hostis fecit. Nam cū inde vir dei paululū processisset/reperit ad ripā fluminis reginā puellis speciosissimis stipatā /que se flumine abluebāt/simulanteqꝫ regina se illuc nutu diuino ad eū venisse/vt eius conspectu ad cōmunē salutem frueretur/multifarie vir dei ab eadē tētatus est. Quuꝫ variis argumētis/productis etiā sacre scripture testimoniis ⁊ exēplis/illa Antonii animū vehemēter oppugnaret/ostendēs vitā actiuam / cōiugalemqꝫ fecūditatē multo prestantiorem laudabilioremqꝫ: ⁊ insuper deo acceptiorē/ꝙ ociosam ⁊ simpliciter contemplatiuam/parum admodū abfuit quin his laqueis Antonius caperetur. Sed tandē cum se pretermodū vrgeri cerneret/signo crucis facto/illusiones ⁊ fantasmata fumo similia disparuerūt. Subinde cum ad solitum Antonius rediret habitaculū/ intellexit quisnaꝫ ille texendorū laqueorum artifex extitisset/qui illi obuius in itinere fuerat. ac casses ⁊ retia illi paraturū spopōderat. Nec pretermittendū videtur ꝙ quū Antonius regine que illi apparuerat diceret vt seipsam velaret/ne eidē occasionē scandali/seu cōcupiscētie incentiuū preberet/illa argute respōdit/hominē quuꝫ ex limo ⁊ terra tanꝙ materia immediata sit formatus/debere oculos humi defixos tenere/et nō in mulierem intendere/feminam vero quandoquidem ex viri carne sumpta et formata fuerit/debere semper virum/a quo se nouit sumptam/intueri ⁊ aspicere.

De diuina consolatione.

et promissione illi a domino facta.

¶ Caput.xxii.

Athanasius. ¶ Non oblitus Iesus colluctationis serui sui/eidēꝫ protector est factus. Deniqꝫ post dira illi inflicta a demonibus verbera / dum ipse Antonius oculos eleuasset./ vidit desuper culmen domus aperiri/et deductis tenebris radium lucis influere: post cuius splendoris aduentum/nec demonum aliquis apparuit / ⁊ corporis dolor extemplo est deletus: edificium quoqꝫ quod pauloante destructum fuerat / instauratum est. Illico ipse presentiam domini intellexit / et ex intimo corde

longa tollens suspiria ad visionem/que eidem apparebat/ sic loquutus est: vbi eras Jesu bone: vbi eras: quare a principio nō affuisti vt sanares vulnera mea? Et vox ad eum facta est. Antoni hic eram/sed expectabam certamen tuum. Nūc autem quia dimicando viriliter non cessisti/semp auxilia bor tibi/et faciam te in toto orbe nominari. His aūt auditis/Antonius exurgēs in tantum roboratus est/vt intelligeret se plus recepisse viriū q̄ ante perdiderat. Erat aūt tunc annorū triginta sex.

Autor. ¶ Quis nō miretur Christi promissionem seruo suo Antonio factā/q̄ euz in toto orbe nominari faceret? Quis deniqꝫ huiusce spōsionis ꝛ promissionis testatissimū effectum/atqꝫ apertissimam comprobationē non agnoscat/et ex eo non in hanc vocem exultationis prorūpat: vere mirabilis est deus in sanctis suis. Siquidem claritas atqꝫ illustratio huius sanctissimi viri tot tantisqꝫ miraculis per vniuersum orbē dilatata est/atqꝫ diffusa/vt nullo q̄q̄ immenso dicendi vel scribendi labore possint explicari/ꝛ vix credibilia esse videantur. Sed si cui dubitationis scrupulus aliquis subrepat/necesse est attente recogitet mirabilia hec a domino per serui sui intercessionē fieri/vt iuxta verbum sue promissionis illum in toto orbe nominari faciat/ad eiusdem sui sancti exaltationem/que tamen gloria est ipsius saluatoris.

De claritate miraculorū: que Christus per seruum suum Antonium operabatur.

¶ Caput. xxiij.

Autor. ¶ Operosum atqꝫ supra modum difficile esset miracula omnia/que per sanctum suum dominus operatus est/explicare: aut ea breui cōpendio claudere/que iustū pene volumen per se exigere viderentur. Sed ne iure culpemur si omnia silentio preterierimus/nōnulla perfunctorie duximus sub iungēda.

Athanasius. ¶ Plurimos igitur ab immundis spiritibus per beatum Antoniū Christus liberauit/sed ꝛ a varijs infirmitatibus laborantes curauit.

Idem. ¶ Quodā autē tempore quum Martinianus militū prepositus/cuius filia immūdi spiritus infestationibus vexabatur/ad Antonij habitaculū venisset/pulsans hostiū/obsecrabat vt eius filie subueniret. Antonius vero aperire minime voluit/sed prospiciens desuper ait: homo quid meum poscis auxilium? mortalis ego sum. Si autem credis in Christo/cui deseruio/vade/ꝛ secundum fidem tuam ora deum/ꝛ sanabitur filia tua. Confestim ille credens abijt/et inuocato Jesu filiā reduxit incolumen.

Idem. ¶ Multa ꝛ alia miracula per illū dominus operat᷒ est. Et merito/qui enim promisit petite ꝛ accipietis/inuento qui meretur accipere suam potentiam/non negabit. Plures quoqꝫ vexatorū ante eius monasterij clauso introitu dormientes/fidelibus per eum ad Christum precibus purgabantur.

Idem. ¶ Tantarū victoriarū homo fratrum precibus vincitur/vt ad eorū monasteria venire dignaretur. Erat autē plurium dierum iter/per deserta in quibus ariditas erat maxima/ꝛ aque penuria. Quum secū sumpsissent aquā/ꝛ panes/ipsaqꝫ aqua in medio itinere defecisset/ꝛ ardor nimius estusqꝫ intolerabilis mortē cūctis/qui cū eo erant minaretur/ꝛ nihil prorsus remedij appareret/

camelus

camelus quē secum ducebāt/quasi ꝛ ipse periturus dimittitur/ꝛ sitis desperatione acrius efferatur. Mouit beatum Antoniū fratrum secū cōmune discrimen/ꝛ vehemētissime cōtristat⁹ ingemuit. Deinde ad solita precū remedia cōfugiens/paululum ab eis secessit/ibiq; genibus flexis/supplices manus tetēdit ad dominū. Nec mora/ad primas orantis lachrymas/in eo quo orabat loco fons ebuliens erupit.

Idem. ¶ Antonio in remotissima eremo degēte/vexati a demonibus malo necessitatis coacti/ausi sunt etiam deserta penetrare.

Idem. ¶ Frōto quidā ex palatinis/qui infestissimo demonio vexabatur/nam ꝛ linguā eius laniabat dentib⁹/ꝛ oculorū nitebatur lumen extinguere/perrexit ad montē/rogauitq; beatū senem vt pro se dominū rogaret. Orauit Antonius/ꝛ dixit ad eum: vade/ꝛ curaberis. Illo autē incredulo/ꝛ cōtra preceptū ibidem remorāte/eadem geminabat Antonius: hic curari nō potes/egredere/ꝛ calcata Egypto statim misericordia dei subsequetur. Tandē credidit/ꝛ profectus est: visaq; Egypto/secundū promissionē beati senis/infestatio cessauit inimici.

Idem. ¶ Uirgo quedā apud Byden Tripolitane regionis ciuitatē erat/que inauditis morbis laborabat. Etenim nariū purgamēta/oculorum lachryme/auriū putridus humor in terrā cadens statim in vermes vertebat. Augebat calamitatē corpus paralysi dissolutū/oculos quoq; contra naturam habens. Hanc parētes monachis qui ad Antoniū pergebāt tradiderūt secum adducendā. Illis renitētibus Antonij eam offerre cōspectibus/in cellula beati Paphūcij/qui effosso pro Christo oculo sub Maximiano persecutore/de tali corporis iactura gloriabatur/eam reliquerūt. Peruenerūt igitur monachi ad Antoniū/qui quū ei de puelle morbo referre disponerēt/relationem eorum sermo beati senis preuenit/ꝛ omnē puelle debilitatē/ꝛ itineris causam/quasi ipse interfuisset/exposuit. Rogātibus autem monachis vt parētibus cum filia permitteretur ingressus/non cōsentit/sed ait: ite ꝛ inuenietis puellam/si non est mortua/curatam. Illi exeuntes filiam sospitem/ꝛ parentes letos inuenerunt.

Idem. ¶ Archelaus comes rogauit Antoniū vt oraret p Policratia Christo dedita virgine/q̄ a Laodicia erat. Patiebat̄ eñ pessimos lateris dolores/ꝛ erat toto penitus debilis corpore. Orauit Antonius/ꝛ diē quo facta fuerat oratio adnotauit Archelaus/reditq; Laodiciā/ꝛ inuenit incolumē virginem. Percūctatus diem sanitatis/reperit tēpus medele cum die orationis cōuenire.

Idem. ¶ Quodā tēpore cum Antonius exisset ad exteriora monasteria/ꝛ rogatus a fratrib⁹ vt in naui quadā ascēderet/sensit odorem teterrimum/aliis nihil sentiētibus/asserebāt cuncti putridorū piscium hunc esse putorē. At ille alterius rei fetorē sensisse se affirmabat. Adhuc illo loquēte/adolescēs quidam obsessus a demone (qui procidēs ante carinā nauis se abscōderat) exclamauit. Quo statim per Antoniū in Christi nomine curato/intellexerūt vniuersi illum fuisse diaboli putorem.

Idem. ¶ Alius quoq; inter suos nobilis/ad eū perductus est/tanta oppressus insania/vt corporis sui superflua comederet. Quāobrem rogatus scētis senex/vt pro illo dñm exoraret/in tantū illius miserie cōdoluit/vt tota nocte cū eo peruigilās aduersus patiētis insaniā laboraret. Sed cū iam lassesceret/ꝛ obsessus adolescēs impetu in senē facto vehemēter impulisset/irasci ceperūt q iuuenē adduxerāt/eo q2 beato seni fecisset iniuriā. Quibus Antonius ait: nolite alienā culpā misero iuueni imputare/furor iste maligni spūs est obsidētis/nō obsessi. Idcirco autem in hanc hostis prorupit audaciā/q2 dominus iussit illum abire in aridam regionem. Nec mora/post hec verba adolescens recepto sensu/ꝛ gratias deo

agens/Antoniumqꝫ amplexans deosculatus est.

Idem. ¶ Innumera ⁊ alia signa/monachorū cōcordi relatione/cognouimus ab Antonio patrata.

Idem. ¶ Quū Antonius Alexandriā venisset/⁊ cōtra hereticos fidei veritatē cōprobasset/populoqꝫ pdicasset/incredibile est quot tūc diabolica obsidione/⁊ a varijs infirmitatibꝰ sunt ab eo liberati/quot simulachris erepta spolia/quot deniqꝫ ab errore gentilium retracti nostro iuncti sunt gregi.

Idem. ¶ Accidit etiā vt quū eū redeuntē circa portā sequeremur/atergo quedā mulier proclamaret/dicēs:expecta homo dei/expecta/qꝛ filia mea atrocissimo demonio vexatur. Expecta obsecro/expecta/ne et ego etiam intercam. Hoc audito/admirabilis senex a nobis admonitus/volēs tamen et ipse/paululum substitit. Quumqꝫ propinquante muliere puella iaceret expansa/orauit tacitus Jesum/⁊ statim ad Christi nomen spiritus impurus egressus est puella incolumi. Populus totus in dei laudibus/mater in gaudio fuit.

Idem. ¶ Philosophis quibusdā cū eo disputātibus/aderāt ibidē quidā a demonijs vexati/quos cū Antonius in mediū produxisset/philosophos intuēs ait:hos vestris argumētis ⁊ collectionibus curate/sin autem nō potestis/ad Christi trophea cōfugite. Dixit/⁊ inuocato noīe Jesu/demonibus expulsis/vana philosophorum sapientia confutata est. Expaueruntqꝫ ipsi/cum vidissent hominem cui post tantum ingenium/afflueret signorum diuina largitio.

Idem. ¶ Miracula nō sua virtute/vel suo imperio agebat Antoniꝰ. Nā qd sue possibilitatis arbitrabat̄ esse qd fecerat:orationibꝰ nō preceptis demones morbiqꝫ cesserūt/⁊ ad Christi dei nostri nominationē vniuersa pfecta sunt. Antonius tantum orabat/vite eius meritis cuncta dominus largiebatur.

Cassiodorus. ¶ Confirmabat autē dominus Antonij testimoniū/⁊ operibus ostendebat virum esse gloriosum/ipsoqꝫ se ductore diabolo superiorem/atqꝫ ad affligendos ⁊ expellēdos demones superiorē.

Qualiter etiam bruta illi obtemperabant.

¶ Caput.xxiiij.

Ex Athanasio. ¶ Antonius locū remotū querēs/inuenit desertum/vetustateqꝫ collapsum castellum venenatis animalibus plenum. Statimqꝫ ad eius aduentum ingens turba serpentum profugit/ac locum deseruit.

Ex eodem. ¶ Admiratione plane dignū est in tā immani solitudine vnum hominē nec demonum quotidianas expauisse congressiones/nec tantarum bestiarum quadrupedū siue reptilium diuerse cessisse feritati. Immobilē siquidem ac tranquillam retinēs animi firmitatem/⁊ demones fugabat/⁊ feras secum pacificabat.

Ex eodem. ¶ Quadā nocte cū Antonius peruigil oraret/malignus hostis tantos in eius monasterio seu habitaculo ferarū greges coaceruauit/vt oēs eremi belue ibidem adunate viderentur. Ad quas Antonius ita inqt:Si a dn̄o in me vobis est attributa licentia/deuorate:si aūt demonū huc venistis impulsu/abite q̄ citissime/qꝛ Christi famulus sum. Tunc ad iubētis vocē ingens hec bestiarū multitudo/quasi maiestatis verbere cederetur/aufugit.

Ex eodem/

Ex eodē: ⁊ ex Hieronymo. ¶ Cū in valle quadā ab hominū cōsortijs remotissima/ Antonius agellū coluisset/ ibidēq; olera cōseuisset, bestie messem ⁊ olera illius depasce sunt: ex quibꝰ btūs senex vnā que maior erat stare iubēs/ illāq; apprehēdens/ dixit omnibꝰ: cur me leditis/ mihiq; damnū infertis/ quū ego vos nō leserim? Quare comeditis que nō seminastis? Abite/ ⁊ amplius talia facere nolite. Sicq; illis facta ꝓhibitione/ mirū dictu/ q̃uis postea ad aquā ibi iuxta solitū quotidie venirēt/ nunq̃ tamē posthac sunt ause aliquid ex fructibꝰ tāgere/ aut damnū aliqđ inferre.

Ex eodem. ¶ Semel cū fratres vellet visere/ ⁊ riuū Nili fluminis/ qui crocodilis ⁊ multis alijs seuis beluis plenꝰ erat/ trāsuadare esset necesse/ ipse cū suis comitibꝰ transiuit/ ⁊ inde rediūt incolumis ⁊ illesus/ bestijs ipsum aut suos ledere pertimescentibꝰ/ q̃uis crocodili soliti sint hoies deuorare.

De terrificis ⁊ portentosis visionibus eiusdem.

¶ Caput. xxv.

Athanasius. ¶ Draco teterrimꝰ quū videret se Antoniū non posse subuertere/ stridens dentibus/ ⁊ vlulans/ diro vultu eidem apparebat.

Ex eodem. ¶ Aliquādo malignꝰ spūs eidē apparuit tanq̃ puer horridꝰ atq; niger/ ad eiꝰ genua se prouoluēs/ humanaq; voce deflebat, dicēs: multos seduxi, plurimos decepi/ nūc aūt tuo sum labore superatꝰ. Quē cū interrogaret Antoniꝰ qs nā esset qui talia loqueret/ ait: ego sum fornicationis amicus/ ego multimoda turpidinis aduersus adolescētes arma suscepi/ spūsq; fornicationis vocor. Ego sum qui te ipsum sepe tentaui. Quū hec Christi miles audisset/ grās egit deo/ ⁊ maiore aduersus inimicū cōfortatus audacia ait: multū ergo despicabilis es/ multūq; cōtēptibilis: nā ⁊ obscuritas tua/ ⁊ etas/ infirmarū sunt signa rerum. Nulla mihi de te cura est/ dominus mihi auxiliator est. Et statim fantasma/ qđ videbatur/ euanuit.

Ex eodem. ¶ Aliquādo demones sub specie variarū ferarū ⁊ serpētiū eidē apparuerūt/ variasq; bestiarū formas induētes/ omnē protinꝰ locū repleuere fantasijs leonū/ pardorū/ taurorū/ luporū/ aspidū/ serpentū: ⁊ singula scđm suā fremebāt naturā/ truces oīm vultꝰ/ ⁊ voces horride/ durꝰ auditꝰ.

Ex eodem. ¶ Ipse etiam Antonius diabolico fantasmate cōfictū aliquando vidit discū argēteū magnū in eremo: quo viso/ doli autorem obiurgauit in fantasmate inquiens: hoc artificium tuum diabole est.

Ex eodem. ¶ Nōnunq̃ per noctes Antoniꝰ vidit diabolū/ qui in pulcherrime mulieris vertebat ornatū/ nulla omittēs figmenta lasciuie. Crebro deniq; Antoniꝰ dūo volēte talē a se visum diabolū asserebat. Oculi eiꝰ ac species luciferi/ ex ore eius ꝓcedebāt lāpādes accēse flāmā euomētes/ cornibꝰ quoq; incēdia spargebant/ ex naribꝰ eius alter fumus/ quasi fornacis estuātis/ prodibat. Plerūq; etiā sub specie monache diabolū vidit frauduleter ieiunia ⁊ orōnes fieri suggerentē/ vt affinitate virtutū facilꝰ nocēs virus interfereret/ id est/ vt dū nimis onerosa iponeret/ vel ex desperatiōe tediū/ vel ex tedio maniā ⁊ isipiētiā gñaret.

Idem. ¶ Quodā tpe demones ad Antoniū cū ingēti luce venerūt/ dicentes: venimus/ Antoni/ nostrū tibi ꝓbere fulgorē. At ille claudebat

oculos/q⁊ lucē diaboli dedignabat̃ aſpicere:oꝛāteq; illo/lumē impioꝛū extinguebat̃.

Ex eodem. ¶ Aliquando apparuerūt ei maligni ſpūs in foꝛma viroꝝ ſctōꝝ/⁊ coꝛā ipſo pſallebāt/⁊ de ſcripturis ſanctis inuicē ſermocinabant̃/Antoniꝰ aūt tanq̄ ſurdus audire nolebat. Uidit etiā Antoniꝰ qn̄q; diabolū celſum coꝛpoꝛe/qui ſe dei virtutē ⁊ pꝛudentiā audebat dicere:ipſiq; Antonio dicebat:quid vis vt a me tibi donetur Antoni? at ille ſputa in eū cōgeminabat/ſigno crucis ſe muniens/⁊ ſtatim ille velut fumus euaneſcebat.

Idem. ¶ Pulſauit aliquādo demon ad hoſtiū habitaculi ſancti viri/qui egrediēs vidit ipſum humani generis hoſtem quaſi hominē enoꝛmi ſublimitate poꝛrectū. Cūq; ab eo quereret Antoniꝰ quiſnā eſſet/ille ait:ego ſum ſathanas. Ad quē Antonius:qd igitur hic queris? reſpōdit/cur mihi imputāt monachi/cur mihi omnes Chriſtiani maledicūt? quia/inquit Antonius/tuis frequēter moleſtātur inſidijs. At ille ait:nō ego hoc facio/ſed illi ſe inuicē conturbant.

Ex eodem. ¶ Quadā die operante Antonio ac ſpoꝛtellam ſuis manibus texente/demon volens opus illius interturbare traxit triciā/ſeu funiculū ſpoꝛtelle/ad cuius motū exurgens Antonius vidit beſtiam pubetenus humanā foꝛmam pꝛe ſe ferentē/que ex inde reliqua parte coꝛpoꝛis in aſine ſpeciem finiebatur:poſt cuius aſpectū Antonius ſignum crucis in fronte ſua pingens ait:Chriſti ſeruus ſum/ſi ad me miſſa es non fugio. Et ſtatim defoꝛme prodigium ocius fugit/⁊ in medio curſu ruens extinctum eſt.

Ex Hieronymo in vita Pauli. ¶ Dū ad Paulū primū eremitā diuinitꝰ ſibi reuelatū pꝛoficiſceret̃ Antonius/media eremi vaſtitate pꝛocedēs conſpexit hominē equo mixtū/id eſt qui ſuperioꝛi parte hominis ſpeciē/alia vero parte equū pꝛe ſe ferebat/quo viſo/ſalutaris ſigni impꝛeſſiōe armauit frontē. Et heus tu/inquit/quanā in parte habitat ſeruus dei? At ille neſcio quid frendēs inter dētes/⁊ frangēs potius verba q̄ pꝛoloquēs/inter hoꝛrentia oꝛa blandū ſenis queſiuit eloquium/⁊ pꝛotēſione dextere manus beato ſeni deſideratū oſtendit iter. Et ſic celeritate incredibili per patētes campos fuga arrepta/ex occulis mirātis euanuit. Uerū hec vtrum diabolus ad terrendum eum ſimulauerit/an vero eremus monſtruoſoꝛum animaliū ferax iſtam quoq; gignat beſtiam/incertū eſt. Stupens itaq; Antonius/⁊ id quod viderat ſecum reuoluens/iter ceptum pꝛoſecutus eſt.

Ex eodem. ¶ Inter ſaxoſam cōuallē in eodē itinere Antoniꝰ reperit nō grandē homūculū/aduncis naribꝰ/coꝛnua in frōte gerētē/cuius extrema pars coꝛpoꝛis in capꝛarū pedes deſinebat. quo viſo ſpectaculo Antonius ſcutū fidei/⁊ loꝛicā bone ſpei arripuit. Nihilominus memoꝛatū animal nequaquā territū eidē beato ſeni palmarū fructus ad viaticū quaſi pꝛo pacis demonſtratione offerebat:quo cognito/Antoniꝰ greſſum pꝛeſſit/⁊ quiſnā eſſet interrogās/ab eo tale reſpōſum accepit. Moꝛtalis ego ſum/⁊ vnus ex accolis eremi/quos vario deluſa erroꝛe gētilitas faunos ſatyroſq; vocat/⁊ quaſi ſyluarū deos colit. Legatione fungoꝛ gregis mei/pcamur vt pꝛo nobis oꝛare digneris cōmunē deū/quē pꝛo ſalute mūdi olim veniſſe cognouimꝰ/⁊ in vniuerſam terrā exiuit ſonus eius. Talia eo loquēte/beatiſſimꝰ ſenex hec audiēs pꝛe gaudio ⁊ letitia vbertim faciē rigabat lachrymis. Gaudebat quippe de Chriſti gloꝛia/ſimulq; q̄ eius poſſet intelligere ſermonē/⁊ baculo humū percutiēs/aiebat:ve tibi Alexādria ciuitas meretrix/qd dictura es? beſtie Chriſtū agnoſcūt ac loquunt̃/⁊ tu poꝛtēta veneraris. Necdū verba cōpleuerat/⁊ citiſſimo curſu petulcū animal aufugit. Hoc ne cui q̄ ob incredulitatē ſcrupulū moueat/ſub Conſtātino rege/vniuerſo mūdo teſte/defendit̃. Nā tale animal viuum

mal viuū Alexādriā ꝑductū/magnū populo spectaculū ꝑbuit/⁊ postea cadauer exanime/ne putresceret sale cōditū/vt ab imperatore videret/Anthiochiā allatū est.

De diuinis eiusdem visionibus ⁊ reuelationibus/propheticoq; spiritu.

¶ Caput.xxvj.

Ex Athanasio. ¶ Cū aliquādo Antonius a demonio flagellatus atq; cōfossus iaceret pene examinis/apertis ac eleuatis oculis vidit desuper culmē domus aperiri/⁊ deductis pulsisq; tenebris radiū immēse claritatis influere/illicoq; dei presentiam intellexit in lumine/aquo curatus atq; confortatus est/magnisq; exinde aduersus demones viribus roboratum se esse cognouit.

Ex eodem. ¶ Quadā die Antonius ne miraculorū copiosa congestio/aut suum animū extolleret/aut alios plus de se q̄ opus erat estimare cogeret/proposuit remotius habitare/⁊ ad superiorē Thebaidē pergere/vbi eū nullus agnosceret. Stāsq; supra ripā fluminis/transitū nauis expectās/audiuit vocē de sursum ad eū loquentē: Antoni/quo pergis ⁊ quare? at ille intrepidꝰ quasi consuetā loquentis vocē agnoscēs/respōdit: quoniā me non finunt quiescere populi/⁊ exigunt a me que virtutē mee possibilitatis excedūt. Et vox ad illum ait: si ad Thebaidē vadis/duplicē sustinebis laborem: si autem vere quiescere cupis/vade nūc ad interius desertum. Demōstrauitq; illi itineris duces sarracenos quosdā mercatores/quos subsecutus reperit locum sibi a domino preparatum.

Ex eodem. ¶ Semel duobꝰ fratribꝰ ad Antoniū pergētibus/cū aqua in itinere defecisset/⁊ vno siti mortuo alter iaceret mortē expectās/Antoniꝰ in suo monasterio seu cellula sua q̄ vnius diei itinere distabat existēs/vocauit duos fratres qui cū eo tūc forte aderāt/ꝑcepitq; illis vt festinato cursu lagenā aque assumētes succurrerēt fratri morienti: dixitq; eis ⁊ reuelauit q̄ ex duobꝰ vnꝰ iam vitā finierat. Hoc eñ sibi a dño fuerat reuelatū. Illi autē iuxta ꝑceptū festinātes/corpus extincti fratris sepelierūt/⁊ alterū potu aque refocillatū secum adduxerūt. Fortassis quereret aliqs/cur nō anteq̄ alter moreretur Antonius hoc predixerit. Sed hoc nō Antonij sed dei fuit iudiciū. Hoc tamen in Antonio mirabile est/q̄ in monte remotissimo existens/ea que longe fiebant dño reuellante cognosceret.

Ex eodem. ¶ Alio rursum tēpore cū sederet in monte/⁊ oculos subito tetēdisset in celū/vidit quādā alam angelis in occursum letātibus in celū deferri: cuius spectaculi nouitate stupefactus/orauit vt sibi huius rei agnitio pāderet/⁊ statim ad eum vox facta est dicēs: ista est Amos monachi ala/qui apud Nitriā morabat. Videntes aūt ⁊ admirātes fratres beatū Antoniū magnā vultꝰ hilaritatē ostēdētē/interrogarūt eū de causa letitie: quibꝰ ille dixit: Amos modo in pace quieuit. Postq̄ autē rei veritas cognita est/illa scilicet hora Amon obiisse/mirati sunt in Antonio puritatem mentis/quomodo rei tam longe ad eum statim fuisset perlata cognitio.

Ex eodem. ¶ Sepe etiā Antonius ad se veniētiū dies/mēses/causas/⁊ tēpora ante predixit.

Idem. ¶ Quadā vice cū Antonius añ cibū orare cepisset/raptū se sensit in spū/⁊ ab angelis in sublime ferri/demonibꝰ eiꝰ ascēsum ꝓhibēti

bus/quibꝰ angeli cõtradicentibꝰ resistebãt/⁊ petebãt que esset causa impediẽdi ascẽsum: demones vero ab exordio natiuitatis replicare nitebanẗ pctã/verũ angeli calũniosa demonũ ora claudebãt/dicẽtes non debere delicta opponi que Christi essent bonitate sopita/atqꝫ deleta: ⁊ tamen post multã cõtrouersiam liber patuit illi conscensus/statimqꝫ rediens in se/noctem gemitu ac lamẽtatione transegit/secum reputans ꝙ laboriosum iter esset ad celum.

Ex eodem. ¶ Deniqꝫ cũ a fratribꝰ haberet tractatus/vt ab eo quererẽt qualiter post depositã corporis sarcinã anima gereret/q̄ve eidẽ locus post exitũ cõcederetur: proxima nocte vox desuper nomẽ eiꝰ inclamãs ait: Antoni exi/⁊ vide. Qui egressus vidit velut hoiem quẽdã longũ atqꝫ terribilẽ/qui caput ad nubes vsqꝫ tollebat. Vidit etiã pẽnatos quosdã ad celũ euolare cupiẽtes/sed ille magnus ac terribilis manibꝰ extẽsis prohibebat trãsgressum/ex quibus alios apprehẽsos allidebat in terrã/alios frustra retinere conabaẗ/q⁊ expedite celũ petebãt. Illeqꝫ dolebat illos supra se ad celestia trãsuolare: eratqꝫ maximũ gaudiũ merore mixtũ/cũ ij qui eo inuito ad celũ euolarẽt/quasi victores magnopere exultarent: alij vero ab eo depressi/⁊ in terrã elisi/horrẽdos emitterẽt eiulatus. Tũc cepit Antonius illuminato corde intelligere animarũ esse cõscẽsum/⁊ diabolũ prohibẽtem/qui sibi obnoxios retinebat/de alijsqꝫ dolebat. Et beate anime postꝙ euaserãt/mira exultatione gaudebãt: alie vero incredibili merore luctuqꝫ afficiebantur.

Ex eodem. ¶ Sepe Antoniꝰ in eremo cũ aliquibꝰ deambulãs ac residẽs stupebat/⁊ iteriectis horarũ spacijs ꝯsequẽtia rñdebat. Intelligebãtqꝫ assistẽtes illũ aliqua reuelatiõis secreta vidisse. Nã aliqñ i mõte positꝰ/ea q̄ i Egypto lõge lateqꝫ gerebãẗ ꝑuidẽs/epo Serapioni ibi ꝯstituto narrauit.

Ex eodẽ. ¶ Lamẽtabilis quoqꝫ visio eidẽ demõstrata est. Nã die quadã cũ fratribꝰ cõstitutus defixit occulos in celũ gemẽs ac suspirãs/nimioqꝫ dolore cõtremuit/⁊ statim in terrã ꝓuolutus orauit vt dei clemẽtia futurũ scelus auerteret. Supplicãtibꝰ vero fratribꝰ vt quid rei esset eis dignareẗ reuelare/cũ lachrymis ⁊ suspirijs ait: magno fides catholica turbine quatieẗ/⁊ hoies iumentis similes Christi sctã diripiẽt. Vidi enim altare dñi multitudine mulorũ circũdatũ/qui crebris calciũ ictibꝰ oia dissipabãt. Et facta est vox domini dicẽs: abhominabitur altare meũ. Nec multo post visionẽ secutus est effectus. Nam post duos annos seua Arrianorum erupit insania/tunc ecclesiarũ rapine/diuinorum sacrorũqꝫ mysteriorum pollutio/⁊ alia innumera secuta sunt mala.

Ex eodem. ¶ Antonius sciebat cernebatqꝫ quo quisqꝫ laboraret incõmodo/⁊ ex vite meritis discretionem spirituum agnoscens/adhibebat verborum/prout erant vulnera/sanitatem.

Ex eodem. ¶ Preterea cũ Balatiꝰ q̄ sub Nestorio ꝑfecto dux Egypti fuit/hõ Arriane iniqtatis studiosissimꝰ ita ecclesiã Christi ꝑsequereẗ/vt virgines ⁊ monachos nudatos in publico verberaret/ad eũ Antoniꝰ literas misit/quarũ ista fuit snĩa. Video irã dei super te veniẽtẽ/desine ꝑsequi Christianos/ne sup te veniat ira dei/q̄ iam ꝓximũ tibi minaẗ exitiũ. Legit infelix eplam/⁊ irrisit/atqꝫ in ea autorẽ execrãs proiecit in terrã/tabellariosqꝫ iniurijs ⁊ ꝯtumelijs affecit/iubẽs Antonio nũciari ꝙ etiã in eũ rigorẽ suũ exerceret. Sꝫ ꝯfestim ipꝫ Ballatiũ vltio diuina cõpescuit. Nã post qnqꝫ dies ab equo alioq̄ mãsuetissimo morsu repẽtino apprehẽsus/in terramqꝫ decussus/corrosis femoribus laceratus/post diẽ tertium misera morte absumptus est: omnibus agnoscẽtibus hunc esse effectũ minarum ab Antonio illi prenunciatarum.

Ex Hieronymo. ¶ Antonius quadã die in spũ raptus vidit totum mundum

tum mūdū laqueis innumeris implexū ac inuolutū/ꝛ exclamans ait: O qs poterit euadere laqueos istos? ꝛ audiuit vocem respondentē ac dicentē: sola humilitas.

Ex eodem. ¶ Antonius ad Paulū primū eremitā regredi cupiēs itineris parte cōfecta/vidit inter angelorū choros/inter pphetarum ꝛ apostolorū populos Pauli animā niueo cādore fulgentē in sublime ferri: ꝛ statim in faciē suam procidēs/plorans qꝫ/et eiulans dicebat: Cur me Paule dimittis? cur abis insalutatus? tam tarde notus? ꝙ cito recedis?

Ex Athanasio. ¶ Ipse quoqꝫ Antonius dn̄o reuelāte agnouit tēpus sue resolutiōis/illudqꝫ discipulis ante pdixit.

Chrysostomus. ¶ Quisqs eū legerit librū qui vite Antonij texit historiā/etiā in eo prophetiā lucentē videbit. De his enim quos pestis inuasit manifestissime pphetauit/ꝙtaqꝫ ecclesie labes immineret edocuit/deo hec vtiqꝫ illi reuelāte/ꝛ cūcta ante oculos eius pingēte. Qđ certe pcipuū catholice fidei documētū est/nullū videlicet hereticorū talē posse mōstrari.

De imperatoris Constantini magni/ꝛ filiorū eius literis ad Antonium transmissis.

¶ Caput.xxvij.

Ex Athanasio. ¶ Mirabile est vt hoīem in extremo limite orbis cōstitutū imperialis fauor ꝛ aula regalis coleret. Nā Cōstātinus imperator ꝛ eius filij Cōstans ꝛ Constātius/crebro ad eū tanꝙ ad patrē eplas rescripserūt. Per literasqꝫ se illi cōmēdarūt/obsecrātes vt reciprocis literis eos dignaret cōsolari. Mirificeqꝫ/ab eodē receptis epistolis/ipsi letabant. Sic naqꝫ apud cūctos Antonij fragrabat opinio/vt se ei⁹ filios cuperēt nominari. Ipse itaqꝫ a fratrib⁹ rogat⁹ vt Christianos reges suis lr̄is exhilarare dignaretur/ad susceptas eplas cōuenientia rescripsit. Laudauit primū ꝙ Christū colerēt/deinde vti catholicos salutauit. Et suasit ne magnā supra modū putarēt regiā potestatē/ꝛ ne momētaneo carnis imperio tumētes/sese hoīes ac mortales esse obliuiscerētur/a Christo quādoqꝫ iudicādos. Ad postremū clemētie erga subditos/ꝛ iusticie/inopumqꝫ/ꝛ miserabiliū personarū cure admonuit: atqꝫ in fine vnum esse regem sempiternū omnium seculorum Jesum Christū epistolis testatus est.

Cassiodorus. ¶ Antoniū in Egypti desertis morantē propter gloriam virtutis eius imperator Constātinus sibi amicū fecerat/illumqꝫ literis honorabat/ꝛ vt pro quibus vellet ei rescriberet expetebat.

Autor. ¶ Nonnulli etiā historici tradunt Helenā Constātini matrem/feminā vtiqꝫ religiosissimā ad eūdem beatissimū Antonium literas sepius destinasse/quibus se ꝛ filium obnixe eidem commendabat.

Qualiter Paulum primum eremitā sibi diuinitus reuelatū visitauit/ꝛ sepeliuit.

¶ Caput.xxviij.

Ex Hieronymo. ¶ Cū centū tredecim annos beatus Paulus vitā celestē ageret in

terris/ꝛ nonagenariꝰ in alia solitudine Antonius moraret̃/vt ipse asserere solebat/ hec in mentē eius cogitatio incidit/nullū vltra se perfectū monachū in eremo cōsedisse:at illi ꝑ quietē reuelatū est esse aliū vlteriꝰ se multo meliorē/ad quē visendū deberet ꝓficisci. Vn̄ illico appropinquāte luce venerabilis senex cepit ire velle ad illū sibi reuelatū/sed locū nesciebat vbi esset. Pergebat tn̄ dicēs:credo in deum meū/ꝙ seruū suū/quē mihi dixit/ostēdet. Et statim vidit terribile ac mōstruosum animal/ cui Cētauro nomē:qui illi dextera protēsa iter ostēdit. Postea reperit satyrū/ac inde lupam/quam secutus oculis reperit Pauli speluncā. Et postꝙ magna instātia sibi aperiri postulasset/tādē patefacto ingressu/licet prius nō se nouissent/tn̄ diuino monitu ꝓprijs se salutauere noibus. Et sedentes/gratis se inuicē sermonibus cōsolati sunt. Ipse aūt Paulus iam in ea eremi vastitate annos circiter nonaginta permāserat a nullo hoim visus/sed nec ipse vllū viderat. Quapropter Antonium percunctatus est/quō se haberet humanū genus/quove mūdus imperio regeret̃/ꝛ an alij qui amplius essent qui demonū erroribꝰ tenerētur. Inter has aūt sermocinationes coruus attulit eis panē integrū/quē ꝑ annos sexaginta tulerat dimidiū:ꝛ ad Antonij aduētū duplicata est annona. Post hec Paulus Antonio indicauit instare diē obitus sui/rogauitqꝫ vt retrocedēs cōtegēdi sui corporis gratia palliū qđ ipse Antonius ab Athanasio acceperat afferret. Hoc aūt ideo faciebat/vt a se recedēti mortis sue merorē leuaret̃. Stupefactꝰ ergo Antonius eo ꝙ de pallio illo/et Athanasio fieri mētionē audiret/spiritū ꝓpheticū ac diuinū in Paulo miratꝰ est. Et ad Pauli mandatū suā habitationē repetijt. Deinde ad Paulū cū pallio qđ expetierat regrediēs/inuenit Paulū iam spm̄ dn̄o reddidisse/quē lachrymis ꝓsecutꝰ/cadauer illiꝰ obuolutū sepelire volēs mestus ꝛ solicitus erat/ꝙ sarculū quo terrā foderet non haberet. Cūqꝫ respexisset/ecce duo leones deposita feritate venerūt/adulātibusqꝫ caudis circa pedes defuncti accubuere ingēti fremitu rugiētes/vt intelligerent̃ ipm defunctū plāgere quō poterāt. Deīde ibi ꝓpe ceperūt pedibꝰ humū excauare/locūqꝫ capacē vnius hois seu cadaueris eiusdē foderūt/ac statim velut mercedē pro labore postulātes/tanꝙ supplices ad Antoniū perrexerūt/manus eius et pedes lingētes. At ille intellexit benedictionē ab eis peti/laudāsqꝫ deū ꝙ etiā bruta deū esse sentirēt/ait:dn̄e Iesu Christe sine cuius nutu nec foliū in terrā cadit/da eis sicut tu scis/ ꝛ manu annuēs/vt abirēt imperauit. Ipse aūt Pauli corpus cū hymnis sepeliuit/ ac tumulū desuper ex more cōposuit. Tunicāqꝫ ipsius Pauli/que de palmarū folijs in modū sportarū cōtexta erat/hereditario iure sibi vēdicauit:diebusqꝫ solennibus/pasche scilicet ꝛ pētecostes/semper postea eadē Pauli tunica vestitus est. Huius Pauli primi eremite corpus postea diuina dispositiōe repertū/ac/vt Raphael Volaterranus scribit/in Pannoniā seu Hungariā trāslatum/prope ꝛ extra muros Bude celeberrime ciuitatis/in templo eidem dicato requiescit:in quo religiosi spiritualis eiusdem ordinis habitum deferentes/domino iugiter famulantur.

De discipulis eiusdem.

¶Caput.xxix.

Ex Athanasio. ¶Beatissimus etiā Antonius plurimos atqꝫ ꝓbatissimos habuit sectatores:quorū alij in Egypto/alij in Libya/alij in Palestina/ꝛ Arabia/ ac Syria claruerunt.

Ex eodē. ¶Antonij discipli i mōte cellas extruxerūt/ꝛ erāt i

monte monasteria/id est anachoritarum habitacula/tanq̃ tabernacula plena diuinis choris psallentium/legentium/orantium: ꝛ cunctorum mentes Antonij sermo accendebat/vt future spei auiditate ad charitatē mutuā/ꝛ misericordias indigētib⁹ erogādas iugi studio laboraret. Quiquidē Antonij discipuli infinitā quādā regionē/ꝛ oppidū a mūdana cōuersatione seiunctū/plenū pietatis atqꝫ iustitie videbātur incolere. Quis tantū anachoritarū agmen aspiciēs/quis virilem illum concordie cetum cernens/in quo nullus dolus/nulla detractio/sed multitudo abstinentium/et certamen officiorum erat/non in hanc statim erumperet in vocem: Quam bone domus tue Jacob/tabernacula tua Israel.

Autor. ¶ Multos atqꝫ clarissimos fuisse Antonij discipulos Rufin⁹ tradit. Ex quib⁹ Macharius/Paulus Simplex/Pābo/Serapion. Item alter Macharius/ꝛ etiā alter Paulus/Hilarion/Pyon/Isidorus/Moses/Beniamin/Sybrion/Helias/ꝛ itē alter Helias/Pemen/Joseph/Isaac/Interpres eiusdē beati Antonij/cum ignote lingue homines ad eum venirent. Amathias/seu Amathus/Plausianus/ꝛ aliū nō pauci sctitate miraculisqꝫ noīatissimi.

Ex Hieronymo.

¶ Hilariō Palestin⁹ audiēs celebre nomē Antonij qđ per oēs Egypti populos ferebat/incensus vidēdi eius desiderio perrexit ad eremū/ꝛ statim vt eū vidit/mutato pristino habitu/duob⁹ fere mēsibus apud eū māsit/contēplans ordinē vite eius/morūqꝫ grauitatē/q̃ creber in oratione/q̃ humilis in suscipiēdis fratrib⁹/seuerus in corripiendis/alacer in exhortādis esset/ꝛ vt cōtinētiā/cibiqꝫ asperitatē nulla vnq̃ infirmitas frāgeret. Porro frequentiā eorum qui ad eundem Antoniū ob varias passiones/aut impetus demonū concurrebāt/vltra non ferens ipse Hilarion/nec cōgruū esse dicēs pati in eremo populos ciuitatū/sicqꝫ existimās fore sibi incipiēdū prout alias Antoni⁹ incepisset/ꝛ qꝛ idē Antonius quasi veteran⁹ miles arma victorie iā accepisset/ipse vero Hilarion necdum militare plene inceperat/donatus ab Antonio pelliceo empedite reuersus est ad patriam/ꝛ ad exemplum Antonij omnia sua distraxit/ꝛ dedit pauperibus/sicqꝫ vastam solitudinem ingressus est/in qua catenus profecit/vt per eum Christus infinita miracula fuerit operatus.

Ex tripartita historia: ꝛ ex vitis patrum.

¶ Paul⁹ simplex ex Antonij discipulis vnus fuit/q cū rusticus esset/vxorē fertur habuisse/qua in adulterio deprehēsa tacite subrisit/inquiēs: per deū/q vos videt/nō amplius hic manebo. Et repēte eremū petijt/ꝛ ad Antoniū venit. Huic ipe Antonius ad patientiā ꝛ tolerātiā eius cōprobandā multa imperabat/q̃ cōtra rōnem videbant/sicut aquā a puteo extrahere ꝛ in terrā effundere/vestimentū suū suere et postea dissuere: sed talia Paulus mira cū letitia perficiebat. Hic fuit tāte simplicitatis ꝛ gratie/vt ad eū Antonius multos curādos trāsmitteret. Et die quadā cum ipse Paulus oraret pro sanitate alicuius/nec orationē suā aliquis sequeretur effectus/quasi indignatus ait ad dominū/vere nō comedā hodie/nisi curaueris eum/ꝛ statim quasi delicato domestico satisfactū est/patiensqꝫ est curatus.

Ex quibus supra.

¶ Fuerunt etiam duo Macharij Antonij discipuli/quorum vni conuersionis occasio fuit homicidium ab eo perpetratū. Nam dum puer esset/ludens quendā coetaneū suum casu peremit/ꝛ metu ad eremum confugit. Pluresqꝫ eum audierunt gratias referentē illi homicidio propter qđ cōuersus fuerat: ꝛ illud vocabat salutare homicidiū. Nā id casuale nō voluntariū fuerat/nec in occiso videbatur anime periculū/qui nondū esset doli capax/ꝛ ipsi qui fecerat melioris vite sectāde prestitisse videba

tur occasionẽ. Hic Macharius seuerus erat/⁊ maxime austeritatis. Ad hũc cum aliqñ venisset Euagrius/q vitã beati Antonij ex Greco in Latinũ trãstulit/essetq; in ipso feruore meridiano/idẽ Euagri⁹ valde sitiẽs petijt aquã vt biberet/cui Machari⁹ ait: sufficiat tibi vmbra/nã multi sunt in itinere ⁊ nauigatiõe/qui vmbrã nõ habẽt: duplici vero simul frui voluptate nõ expedit. Alter vero Machari⁹ hilarior minorisq; seueritatis fuit: ambo aũt sctitate et miraculis clarissimi extitisse legunt.

Uincentius. ¶ Fuit etiã Antonij discipul⁹ Pyor eremita/quẽ ipse beatus Antonius adolescẽtẽ in sctõ ꝓposito instruxit. Triginta ⁊ amplius annis nunq̃ a parentibus suis visus. Soror autẽ eius cũ esset vidua duos habẽs filios iuuenes/misit eos in eremũ ad requirendũ eum/⁊ rogãdũ vt dignaretur visitare sororẽ suam/sed ille noluit acquiescere petitioni eorũ. Quapropter iuuenes illi ad sanctũ Antoniũ perrexerũt/indicãtes ei pro qua causa venissent. Misit ergo Antonius ⁊ vocauit Pyorẽ/dixitq; ei: vade vt videat te soror tua. Tunc Pyor assumpsit secum alium fratrẽ/⁊ perrexit ad domum sororis sue/et stans foris ante ianuã clausis oculis ostendit se sorori sue/dicens: Antonius iussit venire vt me videres/nunc ergo vide me q̃tum volueris. Et statim reuersus est ad eremum. Hic multis claruit miraculis.

Ex Hieronymo in de viris illustribus.

¶ Serapion Thenanseus/qui ob elegãtiam ingenij cognomẽ scholastici meruit/ char⁹ Antonij fuit/⁊ sub Cõstãtino principe etiã in fidei cõfessione inclytus extitit.

De scriptis eiusdem

sanctissimis atq; probatissimis.

¶ Caput. xxx.

EX Hieronymo de viris illustribus. ¶ Antonius/cuius vitã Athanasius/Alexandrine vrbis episcopus insigni volumine prosecutus est/misit Egyptiace ad diuersa monasteria apostolici sermonis sensusq; epistolas septẽ/que in Grecam linguam translate sunt.

Autor. ¶ Easdem autẽ subinde epistolas Nicolaus Serasinus vir plane doctissimus/ad religiosorum quorumcunq; sanctam eruditionem ex Greco latinas fecit.

De docta eius ignorantia:

necnon de scientia/⁊ nescientia illius.

¶ Caput. xxxj.

Autor. ¶ Apud plerosq; versatur/in dubiumq; reuocatur: An Antonius ignarus fuerit literarũ. Plane constat/Athanasio plerisq; in locis testãte/illum a teneris annis nequaq̃ fuisse literis imbutum. Ipse quoq; Antonius ad sophistas loquens/nobis/inquit/imperitis et ignaris literarum vestrarum ad dei cognitionem sola eius verba sufficiunt. Preterea id quod

ea id quod protulit Augustinus:surgũt indocti/ꝛ rapiunt celos ꝛc.non pauci exi-
stimãt de Antonio dictũ.Sed non mediocriter dubitationẽ augent/eruditionẽq̃
non mediocrẽ testãtur epistole profundissimi sensus ab eodẽ cõscripte/necnõ theo-
logica illius respõsa/hereticorũ quoq̃ publica cõfutatio/pariterq̃ etiã ad vniuer-
sum populũ Alexandrinũ de fidei veritate/sancteq̃ trinitatis vna ꝛ indiuidua sub-
stãtia/celebris cõcio/ꝛ insuper discipulorũ syncerissima perspicuaq̃ instructio/que
citra cõtrouersiã nõ vulgariter eruditi hoĩs esse videnť opera.Quapropter cũ hec
inter se pugnare videanť/occurrit pro huius ambiguitatis solutione/id qđ Atha-
nasius scribit/inquiẽs:habebat aũt istius modi donũ Antonius/si cui⁹ rei sedẽs
in mõte ignar⁹ fuisset/ꝛ huius secũ ingreret notionẽ/orãti ei a domino reuelabať/
ꝛ erat secundũ qđ scriptũ est/a deo doctus.Et iterũ alibi:erat aũt valde sapiens/et
hoc in se mirabile habebat/ꝙ cũ literas nequaq̃ didicisset/ingeniosissimus ꝛ pru-
dẽtissimus erat.Insuper Augustin⁹ de eodẽ sic ait:magnus Antonius sctũs ꝛ per-
fectus/vir Egyptius/sine vlla literarũ sciẽtia/scripturas diuinas ꝛ memoriter au-
diẽdo tenuisse/ꝛ prudẽter cogitãdo intellexisse fertur.Fuit igitur Antonius in euã-
gelica doctrina instructissim⁹/ac peritissimus/q̃ sola est ab omni falsitate aliena/et
que sola ad bene beateq̃ viuendũ sufficit.Unde diuus Hieronymus secularium do-
ctrinarũ scientiã sine sacrarũ literarũ cognitione/nesciẽtie scientiã arbitratur nũcu-
pari debere.Proinde nesciẽtia/qualis erat in Antonio/docta ignorãtia merito di-
ci põt.Nõ vsquequaq̃ tñ existimo Antoniũ adeo prima elemẽta ignorasse/vt pror-
sus expers esset literarũ.Cũ enim Athanasius referat illũ ab initio aliorũ legẽdi in-
dustriã emulari solitũ/probabile est idipsum sine aliquãtula saltẽ literarũ cognitio-
ne minime fieri potuisse.Idẽ tamẽ Athanasius alibi asserit illũ auditioni scriptu-
rarũ ita studiũ adhibuisse/vt nihil ex eius animo laberet/quodq̃ memoriã pro li-
bris habebat.Eodẽ quoq̃ Athanasio teste/cũ ad ipsum Antoniũ aliquando quidã sophiste venissent/magna literarũ suarũ ostẽtatione tumẽtes/ipsumq̃ Antoniũ
vti nesciũ literarũ spernẽtes/beatus senex diuino spũ causam eorũ aduẽtus preno-
scẽs/ita eos aggressus est:dicite/inqt/mihi viri literatissimi/qs prior est/sensus an
litere:ꝛ an sensus ex literis/vel litere ex prõptuario sensus pdierint:qb⁹ respõdẽtib⁹
sensum fuisse priorẽ/ꝛ lr̃as a sensu fuisse pductas atq̃ inuẽtas/Antoni⁹ ait:melior
est ergo sensus sine lr̃is/ꝙ litere sine sensu.Quo audito/illi rubore perfusi abierũt.

Quod nulla ab eo scripta est
regula specialis/seu tradita vite regularis institutio.

Caput.xxxij.

Autor. Qui arduũ illud atq̃ asperũ solitarie vite institu-
tũ aggrediũtur/nullã specialẽ regulã sibi proponũt
obseruandã/sed solo Christo duce/euãgelice pfectionis studiosi/
ad diuine cõtẽplationis excellentiã prout possunt pficiẽdo pgre-
diũtur/vno quoq̃ eorũ secũdũ propriã virtutẽ ꝛ gratiã seipsum re-
gulãte.Nã nec ipse Antonius semper ab initio eandẽ viuẽdi for-
mã obseruauit/nec discipuli ab eodẽ instituti vniformiter seu vno ꝛ eodẽ vite teno-
re/eodẽq̃ modo sese in hac professione habuerũt.Hoc enim habet Anachoritarũ
institutũ/vt separatim quiq̃ degẽtes/propriũ sibi in dei gratia proficiẽdi morẽ de-
sumãt.Cum autem Antonius huius propositi caput seu illustrator extiterit/nullã
sequacibus suis regulã specialẽ proscripsit necessario obseruandã/nõ tamẽ idcirco

existimādus est inter magnas sanctasq; illas discipulorum catervas ignauiter ac ociose sine vlla preceptorū ad bene beateq; viuendum conducibiliū traditione tot annorum curricula transegisse. Nam vt testis est Athanasius/sepius illis institutoria largitus est mandata/salutaribusq; monitis creberrime illos instruxit. Que licet patenter vite perfectionis semitam ostendant/normamq; ⁊ regulam sancte conuersationis pretendant/quia tamen communem inter fratres in cenobio degentes viuendi ritum ⁊ morem minime concernunt/sed potius virtutis assequende formulam docent/⁊ ad declinandos aut superandos demonum cōflictus/necnon calcandas seculi illecebras nos instruūt/eapropter nulla dicitur ab eodē regula fuisse prestituta. Ab initio siquidem monachi/⁊ anachorite/viriq; mundi contemptum profitentes/incerto inequaliq; modo/quanq̄ durissimo/viuebant. Unde legimus Macharium ad monasterium Pachomij aliquando venisse/in quo mille trecenti monachi erant. Ibiq; vidisse fratres vario more viuentes/aliquibus refectionem suam vespertinis horis/alijs vero post biduum/alijs etiam post dies quinq; sumentibus. Preterea ibi erant qui tota nocte stabant/⁊ per diem laborantes sedebant/⁊ alij qui alio modo agebāt/quos omnes ipse asperitate vite superauit. Heraclides quoq; sic ait: ad montem Nitrie veni/in quo degebant vt arbitror quinq; milia virorum diuersum tenentes prout vellent ⁊ possent institutum propositi sui ⁊c. Hec ille. Postmodū vero ad certam ⁊ equalem inter omnes fratres/mitioremq; viuendi formulam seu regulam per Basilium primo/tum deinde per alios/religiosorum virorum institutio redacta est/⁊ tribus votis confirmata/que prius non fuerant.

Qualiter ob magnam eius apud cunctos autoritatem accersitus est ab episcopo ⁊ clero Alexandrino/fidei veritatem contra Arrianorum heresim approbaturus.

¶ Caput. xxxiij.

EX Athanasio. ¶ Tante autem apud omnes autoritatis beatissimus Antonius habitus est/vt Arriana heresi vehementer ecclesiam dei concutiente/episcospus clerusq; Alexandrinus illum censuerint accersendum / vt sua presentia et autoritate catholice fidei veritatem confirmaret/atq; comprobaret. Cumq; ipse Antonius Alexandriam peruenisset/publico sermone ad populum habito/Arrianos cōdemnauit. Et hec tanti viri predicatio/q̄tum ad fidem populos roborauerit/exprimi non potest. Gratulabantur quippe omnes inimicam Christo sectam heresimq; a magna ecclesie columna/scilicet beato Antonio anathematisari. Tantus autem fuit populorum concursus/vt nulla tunc etas/nullus sexus domi remanserit/omnes ad spectaculum sancti viri/⁊ ad eius predicationem a minimo vsq; ad maximum confluxerunt/nec Christiani solum/verum etiam pagani/et sacerdotes idolorum ad ipsum visendum ⁊ audiendum conuolabant/dicentes: precamur vt hominem dei videamus. Ambiebant omnes ⁊ contendebant illi appropinquare/vt saltem possent fimbriam vestimenti eius contingere/multum sibi prodesse existimātes tactum

huius

huius sanctissimi senis. Cum autẽ ad tangendũ illũ omnes sese turmatim glomerarent/et alij alios impellerent/atq3 ij qui beatũ virũ comitabãtur ꝛ deducebant magno conatu multitudinẽ repellerent / ne ipse a turba premeret / tranquillo animo dicebat / sinite eos. Nunquid hic virorum cetus maior est demonum turbis/qui nos in deserto impugnare soliti sunt: an hec obsequentium et in nos beneuolorum hominum multitudo cateruis hostilium demonum est onerosior: sinite eos. Vix credibile est quot tunc per illum a malignis spiritibus liberati: quotq3 a varijs languoribus curati / quotq3 tunc idolis ꝛ similachris erepta spolia/quanti ab errore gentilium retracti Christiano gregi inuncti sunt. Tanti certe/vt totum per annum credentium vinceret turba. Nec pretereundm est/ꝙ ante Antonij aduentum Alexandriam Arriani non ignorantes ꝙ̃te apud omnes claritatis ꝛ autoritatis ipse beatissimus senex esset/publice disseminarãt ipsum Antonium ita credere/illiusq3 secte ꝛ opinionis esse cuius ipsi erant. Qua de re vehementer permotus Antonius dolensq3/diris serpentibus eosdem esse deteriores ostendit atq3 declarauit.

Qualiter ob nominis

eius celebritatem/fameq3 claritatẽ/ ingens multitudo de varijs regionibus ad illũ cõfluebat.

Caput.xxiiij.

Athanasius. Quid plura: totius orbis homines ad eum confluebant/ꝛ bellicosum cõtra demones virum conspicere gestiebant. Nullus frustra ad eum venisse conquestus est/omnibus iucundum ac delectabile fuit laboris commercium / fatigationem itineris emolumentum viatici compensabat.

Ex Hieronymo. Celebre nomẽ Antonij quod tũc per omnes Egypti populos ferebat/ Hilarionẽ animauit/ vt derelicto seculo ad eum pergeret in eremo constitutum.

Ex Athanasio. Per omnes prouincias rumor ꝛ fama eius ferebatur/ ꝛ per omniũ ora eius nomẽ volitabat.

Excellentie atq3

claritatis eiusdem testimonia.

Caput.xxv.

Athanasius. Perfecta est siquidem ad virtutẽ via scire quis ꝛ qualis Antonius fuerit.

Idem. Omnia que de eo referentium sermo iactauit credite/ꝛ minima vos estimate audire ꝺ maximis/ quia nõ ambigo nec eos omnia potuisse cognoscere/cum ꝛ ego nõ equalia sim eius meritis narraturus.

Chrysostom⁹. ¶ Quisquis regiõis celi gnar⁹ est/ ista recognoscit: si vero nondũ habitacula illa nouit / cõsideret virũ vsqʒ hodie per cunctorum ora volitantem / quem apostolis simillimum Egyptus protulit/beatum dico ꝛ magnum illum de quo sepe audistis Antonium: et attendat ꝙ hic quoqʒ illius fuerit regionis cuius ꝛ Pharao/sed inde nihil fuit vitiatus. Nam ꝛ visione dei dignus est habitus/ꝛ talem prorsus egit vitam/ qualem habere student Christi sectatores. Hoc autem facile cognouerit quisquis illum legerit librum/qui vite eius texit historiam.

Cassiodorus. ¶ Siue Egyptij/siue alij quidam huic ab initio philosophie seu vite contemplatiue prefuerunt/illud tamen apud omnes constat/quia ad summam vsqʒ perfectionẽ/moribus exercitationeqʒ ducentibus/Antonius maximus monachorum perduxit: quem tunc in desertis Egypti morantem propter gloriaʒ virtutis eius/imperator Constantinus sibi amicum facere expetierat.

Hieronymus. ¶ Anachoritice vite autor fuit Paulus/sed illustrator Antonius.

Eusebius Cesariensis. ¶ De virtutibus Antonij / atqʒ institutis/ꝛ sobrietate mẽtis/ vt in solitudine vitam ducens vsus solummodo fuerit consortio ferarum/et de demonibus crebros agens triumphos placuerit deo supra cunctos mortales/vtqʒ institutionis sue preclara vsqʒ in hodiernum diem exempla reliquerit / volentem me aliqua scribere/libellus ille exclusit qui ab Athanasio scriptus/et iam latino sermone editus est.

Augustinus. ¶ Ortus est sermo de Antonio Egyptio/cuius nomẽ excellenter clarebat/stupebamus autem audientes taʒ recenti memoria/ꝛ prope nostris temporibus stupenda eius mirabilia.

Bernardus Guido. ¶ Floruit istis tẽporibus beatus Antonius /monachorum regula/anachoritarum forma/exemplum virtutis/speculum sanctitatis / ad quem Constantinus imperator misit epistolas/vt pro se ac liberis suis domino supplicaret.

M. Sabellicus. ¶ Ualuit ea tempestate ad monendos homines Antonij sanctitas / qui in solitudine vixit. Huic Helena Constantini mater se et filium per literas commendauit. Panis illi esca fuit/ꝛ aqua potus/semel in die/ꝛ sub occasum solis tenui cibo reficiebatur. Ueruʒ hunc Egyptiaci generis/orationiqʒ deditum/ Hieronymus autor est aliquot epistolas Egyptiace scripsisse/quas ob sententiarum pondus Greci in suuʒ vsum verterunt. Hinc videtur mihi monastice vite/que hodie late patet/ principium ortum/ vt secundum clerum fit ꝛ sum religionis nomina omnium vetustissimum.

Jacobus Bergomẽsis. ¶ Antonius abbas Egyptius vir plane diuinus/ ꝛ ꝙ maxime opere ꝛ sermone potens/ḣis temporibus maximo in pretio apud omnes fuit: ob cuius doctrinam et sanctitatem Helena et Constantini filij se eidem sepius et literis ꝛ nuncijs commendarunt: cuius cibus panis solus/ꝛ aqua madida potus erat. Nec vnꝙ nisi in solis occasu comedebat. Hic vt diuus testatur Hieronymus/septem epistolas Egyptiace scripsit/quas postmodum ob sententias grauissimas/quidaʒ in Grecam linguã transtulerunt: eius autem vitam et preclarissima gesta Athanasius episcopus Alexandrinus insigni volumine conscripsit. Obijt ergo hic vir omni preconio dignus in Thebaide/anno etatis sue centesimo quinto.

Uincentius

Vincentius. ¶ Abbas Isidorus vir sanctissim⁹ quoties illi cogitatio ex vana gloria suggerebat q magnus et sanctitate clarus esset/ tali cogitatione in cor eius ascendente dicebat ad semetipsum: nunquid ego talis aut tantus suum qualis est Antonius: et sic bonus ille pater considerans magnitudinem et prestantiam Antonij/ illius respectu sese pro nihilo reputabat/ contemptibilemq; se agnoscebat/ coq; modo elationis et vane glorie cogitatus reprimebat.

Idem. ¶ Sisoy dicebat/ si haberem vnam cogitationem Antonij/ efficerer totus velut ignis. Ipse quoq; Sisoy in die mortis eius resplenduit sicut sol/ et ait astantibus: ecce Antonius abbas cum maxima claritate venit/ et post eum chorus prophetarum/ et deinde chorus apostolorum.

Athanasius. ¶ Bonum Egypto medicum Christus indulserat. Quis non tristitiam apud Antonium mutauit in gaudium: Quis non iram in pacem vertit: Quis nō orbitatem visuum ad eius tempe rauit aspectum: Quis nō merore paupertatis quo premebatur abiecto/ statim z diuitum despexit opulentiam/ et in sua letatus est paupertate: Quis post lassitudinem monachus non eius vegetatus est hortatu: Quis adolescens luxuriosis accensus ardoribus/ nō ad eius monitum pudicitie amator est factus: Quis vexatus a diabolo sine medela rediit: Quis inimici cogitatiōibus distractus/ nō cito tēpestate sopita sereno regressus est animo: Sciebat eñ quo quisq; laboraret incōmodo/ et ex vite meritis discretionem spirituum agnoscens: adhibebat verborum/ prout erant vulnera/ medicinam. Quid plura: totius orbis homines ad eum confluebant/ z vniuersarum gentium varietas bellicosissimū contra demones virum conspicere gestiebat.

Autor. ¶ Ipsum quoq; beatissimū Antonium diuus Hieronymus non solum inter illustres viros/ verum etiam inter ecclesiasticos scriptores enumerat.

Suaguinus in epistola quadam. ¶ Christum sequūtur/ q uis longo interuallo/ feruentissima tamē charitate non pauci: atq; in primis Paulus/ anachorita mirabilis/ Antoniusq; ille quem toto orbi fecit deus illustrem.

Nonnulla alia cognitu digna de eodem.

¶ Caput.xxvj.

Ex Hieronymo. ¶ Antoni⁹ cū fidei z symbolo Athanasij testimonium laturus aduersum Arrianos de Tebaide Alexandriā descendisset/ Didymum Alexandrinum virum doctissimum/ sed oculis orbatum magnificis cōsolatus est verbis. Nam cum intellexisset illum egre ferre orbitatem z cecitatem suam/ z q Antonium ipsum videre nō posset/ his verbis illum Antonius affatus est: nihil/ inquit/ te offendat Didyme q carnalibus oculis sis orbatus. Desunt eñ tibi illi oculi corporei/ quos mures/ musce/ lacerte/ alieq; bestie habent/ sed letare q eos habes oculos quos angeli habent/ per quos diuina lux cernitur/ z per quos lumen sapientie z scientie intueri ac contemplari potes. Hic Didymus/ vt Heracli

des refert/ab anno etatis sue quarto oculis orbatus fuerat/verum cecitatis impedimento non obstante/maximo omnibus miraculo fuit. Nam vt etiam historici tradunt/ꝙuis a parentibus nequaꝙ̄ fuisset magistris ad imbuendum traditus/nec vnꝙ̄ prima literarum elementa cognouisset/scientias tamen liberales ad perfectum edidicit. Itaqȝ vetus ac nouum testamentum de verbo ad verbū interpretatus est / omnesqȝ sectas ꝛ opiniones tam subtiliter expositas super eas ratione disseruit/ vt omnem veterum scientiam peritiamqȝ supergrederetur.

Heraclides. ¶ Eulogius scholasticus quidam immortalis vite desiderio captus/cupiēsqȝ aliquid deo gratum facere / quia non poterat cum multis fratribus in cenobio seu monasterio degere/nec etiam per se solus eremiticam vitam tolerare/proposuit pro Christi amore quēdam elephantia vel lepra grauiter affectum/toto vite sue tempore apud se tenere/ ꝛ illi ob honorē Christi seruire/ quod ꝛ fecit. Naȝ spacio quindecim annorum cum magna charitate ꝛ humilitate ipsum leprosum apud se aluit: sed postea maligni spiritus instinctu/ leprosus siue elephantiosus beneficiorum immemor/cepit illi iniuriari/ volens ab eo recedere/nolensqȝ amplius pati ꝙ̄ Eulogius eum tangeret/aut eidem ministraret. Cumqȝ prefatus Eulogius propter promissionem quaȝ deo fecerat/ nō auderet illum relinquere / vicini monachi consuluerunt vt ipsum in naui positum perduceret ad beatum Antonium. Itaqȝ verbis blandis effecit vt eum perduceret ad habitaculum discipulorum Antonij/quo in loco postera die venit ipse Antonius. Solebat autem quando illuc veniebat ipse Antonius vocare Macharium/ꝛ his verbis ipsum interrogare: venerunt ne huc aliqui fratres? quo respondente venerunt/ Antonius dicebat : de Egypto / an de Hierosolyma? hoc enim erat signum inter ipsos/scilicet Antonium et Machariū/vt si aliqui forte venissent qui non satis essent digni eius colloquio/illi dicebantur venisse de Egypto/et data eis refectione/et oratione completa/iubebantur recedere. Alij vero spirituales et sancti viri/si quādo venissent/dicebantur de Hierosolyma venisse/et cum his Antonius tota nocte sedens saluti eorum conducentia et proficua loquebatur. Igitur illa nocte Antonius cum fratribus sedens/reuelatione sibi facta de facto ꝛ negotio Eulogij/ꝙuis nomen eius a nemine audisset/tamen spiritu sancto illi indicante/proprio eum nomine ter vocauit/ꝛ vt coram fratribus causam sui aduentus exponeret/iussit: quod cum fecisset/et Elephantiosum propter illius impatientiam eijcere se voluisse diceret/Antonius tunc seuera voce respondit: tu ipsum a te proicies Eulogi? si proicis eum deus alium te meliorem inueniet et eliget/qui suscipiet et recolliget a te destitutum. Cumqȝ his verbis territus Eulogius tacuisset/tunc Antonius ad Elephantiosum conuersus cepit illum verbis durioribus obiurgare/dicens: Elephantiose ceno ac luto horride/qͥ nec terra nec celo dignꝰ es/nō desinis deo iniuriari? Nescis quia Christus est qui tibi ministrat? propter Christum enim iste se subiugauit tali seruitio. Post hec ad vtrunqȝ conuersus ait: nolite filij abinuicem separari / sed reuertamini ad locum in quo tandiu vixistis/ne coronis vobis a domino preparatis fraudemini: quia iam in breui vterqȝ vestrum per patientiam merebitur coronari. Et idcirco tētatio hec accidit vobis/quia ad finem vite ambo venistis. Cum igitur ipsi redintegrata pace redissent/intra quindecim dies Eulogius spiritum domino reddidit/ꝛ post triduum Elephātiosus animo bene dispositus decessit.

Ex eodem. ¶ Cum ad Antoniū Paulus Simplex vt monachus efficeretur venisset/multis eum modis probare voluit Antonius. Itaqȝ positis ante eum panibus/ cum Paulus vnum frustum comedisset/ dixit eidem Antonius: comede et aliū. Qui respondit: non manducabo/nisi idem te facere

te facere video. Cui Antoni⁹: mihi/inquit/satis est/quia monachus sum. Et mihi quoque satis est/inquit Paulus quia monachus esse volo. Videns ergo Antonius quod ipse Paulus ad omnia paratus esset/ post certos menses in loco aliquantulum remoto/idest circiter tribus aut quatuor miliaribus fecit ei cellam/vt solus maneret. Is enim erat mos Antonij/ vt iam instructos et probatos in cellis remotis collocaret.

Ex eodem. ¶ Cum quidam rabidus homo vexatus a principe legionis demonum curandus ad sanctum Antonium esset perductus/Ipse Antonius respondit hoc esse opus Pauli Simplicis/non suum. Solent enim miserrimi ac vilissimi demonum a magnis quidem viris solo robore fidei/ magni vero demones a simplicibus/vel humilibus fugari. Itaque cum iis perrexit Antonius ad Paulum/et ait: pelle hunc demonem ab homine isto/vt deum benedicat/nam mihi nunc non vacat. Cumque Antonius inde redijsset/Paulus surgens intentissime orauit/et ait demoni: abbas Antonius dicit vt ab homine isto recedas. Demon autem proclamans aiebat: non exibo detestabilis senex. Paulus vero arrepta pelle qua tegebat humeros suos verberabat eum/repetens et dicens: exi/quia hoc abbas Antonius dixit. Tunc magis demon vociferabatur/clamitans: o detestandi senes/quos oblivio sui preterit: insatiabiles/qui proprijs contenti non estis/quid in nos vestram tyrannidem exercetis? Tandem Paulus ait: si exire nolueris/ ve tibi erit/quia vadam/et hec loquar Christo. Igitur ipse Paulus in medio feruore diei qui in Egypto fornacis Babylonis ardoribus comparatur/exiens /iuit ad orationem in scopulum montis/donec demon ipse exire compulsus est.

Ex vitis patrum. ¶ Antonio cum fratribus deambulante / venator quidam arcum deferens venit/qui cum admiratione duceretur eo quod videret monachos seu anachoritas austeritatem vite profitentes / ocio vel rei minus serie indulgere/ Antonius iussit vt arcum iterum atque iterum intenderet/ac diutius tensum teneret/quo respondente se id facere sine arcus sui iactura non posse/subintulit Antonius: hoc igitur argumento edoctus/ desine mirari si aliqua interposita quiete / aliquove laxamento animi vires inter seruos dei refocillentur.

Ex eodem libro. ¶ Cum quidam patres ad Antonium venissent/ illeque singulos eorum de scripturis sanctis interrogasset / et iuniores magna fiducia presumptioneque scientie respondissent/atque prolixe disseruissent/nouissime interrogatus beatus Joseph etatis iam prouecte: Respondit/nescio quidquam. Tunc ait Antonius/hic solus sapit/et inuenit viam.

Ex eodem. ¶ Cum philosophus quidam Antonium interrogasset quonammodo ocium suum sine literis et libris absque tedio posset transigere/Antonius respondit: ille nequaquam putandus est carere libris et lectionis solatio/qui vniuersam dei creaturam ante oculos indesinenter constituit/ quique in ipsis creaturis gloriam et excellentiam creatoris legere ac meditari voluerit. Amplissimus sane est campus/atque perquam amenus/in cuius versatione et contemplatione humana cogitatio potest sese salubriter exercere.

Ex Athanasio. ¶ Antonius tante prestantie/atque nobilitatis/et ingenuitatis erat/vt ad eum venientibus/aut sibi aliquid deferentibus semper aliquod munusculum largiretur.

Ex eodem. ¶ Si qui a maiori potestate premebantur/nec poterant obtinere iustitiam / ita eos obnixe defendebat Antonius/vt ipse pro eis pati videretur iniuriam.

Ex vitis patrum. ¶ Abbate Pella nolēte recipere fratrem qui peccauerat/Antoni⁹ ait:nauis in pelago naufragium fecit/z ea que portabat perdidit/vix vacua in terram peruenit/ cur ergo liberatam vultis in totum submergere?

Ibidem. ¶ Antonius cuidam roganti vt oraret pro eo/ respondit:nisi etiam tu ipse pro temet oraueris/et solicitus pro teipso fueris/ nunq̄ miserebitur tui deus/nec ego tibi cōpatiar. Necessaria est enim ad hoc opera tua/z tuus conatus. Difficile enim est alienis pedibus in celum pergere.

Ibidem. ¶ Cum Paulus Simplex ad preceptū Antonij magnopere silentium obseruaret/z patres attentissime audiret/ait Antonius ad fratres:iste nos omnes cōdemnat qui tam solicite nos exaudit / z obseruat qualencūq sermonē nostrū/nos vero Christuz ipsum ad nos loquentē spernimus/ nec eius sermones attendimus.

Ex Vincētio. ¶ Antonius audiens de quodam iuuene miracula faciente ait: videtur iste mihi similis esse naui onerate omnibus bonis/z optimis mercibus/de qua incertum est vtrum tādem possit peruenire ad portum:et statim cepit flere/quia peccauerat frater ille/z post dies quinq mortuus est.

Ex eodem. Antonius dicebat cuidam qui laudabatur/et iniuriam ferre non poterat / similis es domui que a facie/seu anteriori parte ornatissima est/sed a posteriori parte est a latrombus spoliata.

De dictis eius memorabilibus et sententiosis.

¶ Caput.xxvij.

Actor. ¶ Diuus Athanasius affirmat beatissimum hunc patrem propter diuinam gratiam et sapientiam qua pollebat/a fratribus sepe visitatum/z interrogatum/infinita illis salutis responsa tradidisse/que literis nequaq̄ fuere cōmendata. Verum ex ijs que sparsim varijs in locis memorantur/nonnulla nostre eruditionis gratia censuimus hoc loco adnotanda.

¶ Antonius cuidam interroganti verbum salutis dixit:semper deum pre oculis habe/in factis tuis testimoniuz sacre scripture adhibe/et in quocunq loco resederis non inde cito recede.

¶ Itē dicebat q qui solitariā agunt vitā a tribus eripiūtur molestijs/scilicet a vitio loquutiōis/a tētatione visus/z a tētatiōe audit⁹/quibus qdē molestijs maxime vexatur existētes in seculo:vir aūt solitarius tantūmodo in corde z cogitationibus patitur colluctationes / que proueniūt ex triplici motu/scilicet primo ex demonis suggestione/secūdo ex ppria natura seu cōplexione/tertio ex ciborū abundantia.

¶ Idem dicebat ieiunia/vigilias/voluntariam paupertatem/continentiam/orationumq instātiam/ita nobis posse parare viam in celum/si cum discretione perficerentur:alioqui omnia superuacua tandem fieri.

¶ Idem

¶ Idem quoqz dicebat magnam esse ad virtutes viam/si vel singuli obseruarent que gererēt/vel vniuersas mentium cogitationes confitendo fratribus referrent. Nec facile posse aliquem peccare/cum relaturus esset alteri quecunqz peccasset/subeunte pudore turpia in publico proferendi.

Alia eiusdem dicta.

¶ Caput.xxxviii.

Labor: oratio: et humilitas conseruant monachum: et econtra/quies/seu ocium/et fiducia operuz suorum/necnon propria voluntas perdunt ipsum.

¶ Nō possunt animi sensus enitescere / nisi corporis impetus fuerint fatigati/ac repressi.

¶ Nemo relicto seculo gloriari debet quasi magna dimiserit/nec tedere quasi parua sit recepturus.

¶ Omni proponenti bonum deus cooperatur.

¶ Demones sepe familiares nobis species assumunt / vt affinitate virtutum nocens virus facilius interferant.

¶ Demones ridendi sunt nobis potius quam timendi.

¶ Demonibus dupliciter a domino datur in nos aliqua potestas/aut ad penam si delinquimus/aut ad gloriam si probamur.

¶ Curandum est non vt signa et miracula faciamus / sed vt ea que iussa sunt a domino impleamus.

¶ Corpus non est omnino eneruandū/sed sub animi dūtaxat censura cōtinendū.

¶ Diiudicate vosmetipsos/et probate/rationem diei noctisqz ponentes.

¶ Gratia sanitatum non est cuiusqz mortalis/sed dei solius/ qui et quibus vult/et quando vult prestat sanitatem.

¶ Nos Christiani mysterium vite nostre non in sapientia huius mundi/sed in virtute fidei habemus repositum.

¶ Licet inter magnates et subditos sit diuersitas autoritatis/ attamē equa nascendi moriendiqz conditio est.

¶ Nostra negligentia non nobis solis est detrimento/sed etiam angelis quoqz / et omnibus sanctis labor existit. Nondū siquidem requieuerunt propter nos/et illis nostra depressio tristitia est/sicut salus et gloria nostra letificationem eis prebet: vnde et illi postulant pro nobis semper.

¶ In nostra sumus potestate creati.

¶ Nihil asserendum est/quod ex scripturis non habeat autoritatem.

¶ Firmiter custodienda est pia fides in Christo /et patrum religiosa traditio.

¶ Nos sanctorum vestigiis inherentes eadem gradiamur via/qua et ipsi.

¶ Caute ambulandū est/quia non procul a nobis inimicorum caterua discurrit.

¶ Nihil deus fecit malum/nec ab eius constitutione demonum malignitas cepit. Illorum nanqz peruersitas/non nature/sed voluntatis vitium est/proprioqz male mentis arbitrio ruinam passi sunt de celis.

¶ Diuersa atqz partita est demonum nequitia. Quidam nanqz ad summum nocendi verticem peruenerunt / alii autem ex comparatione peiorum

videtur esse leniores. Et ita omnes pro possibilitate virium contra singulas causas assumpsere certamina.

¶ In presenti vita equalia sunt pro rerum commutatione commercia/nec maiora recipit ab emente qui vendit. Promissio autem vite eterne vili pretio comparatur. Pro paruo nanq3 tempore omnium nobis seculoru3 regna tribuentur: nec terram hereditabimus/sed celum.

¶ Sufficit nobis naturalis ornatus/opera dei mutare velle polluere est.

¶ Diabolo in nos potestas quandoq3 a domino dupliciter tribuitur/scilicet vel ad penam si delinquimus/vel ad gloriam si probamur.

¶ Nō solū non in homines/sed nec etiam in animalia immunda sine consensu et permissione domini demones propriam exercent malitiam.

¶ Ueri Christi famuli q̄to plus premuntur/eo magis assurgunt ꝛ florent.

Qualiter obitum suum fratribus predixit.

¶ Caput. xxxix.

Ex Athanasio. ¶ Quis autem vite eius finis fuerit dignum est commemorare. Igitur iuxta consuetudinem suam ad visitandos fratres qui in exteriori monte erant venit/taliaq3 ad eos verba fecit, Ultimā filioli patris audite sententiam. Nō enim arbitror q̄ nos inuicem in hoc seculo vlterius visuri sumus. Cogit nature conditio vt post centenarium numeru3/quem annis quinq3 supergredior/iam resoluar. Hec verba adeo audientium pectora contristarunt/vt inenarrabiles gemitus cum lachrymis consequuti sint. Uniuersi illum amplectebantur lugentes. At ille quasi alienam patriam desereret/et ad propriam proficisceretur/magna cum letitia fratres ad iugem perseuerantiam boni propositi/necnō ad indefessum superne hereditatis assequende studium prolixo sermone cohortatus est: monens etiam vt Arrianorum et hereticorum vitarent cōsortia. Finitoq3 sermone/exosculatisq3 ꝛ amplexatis omnibus/ ingens meror et ora ꝛ corda singulorum perstringebat. Itaq3 fratres vehementissime eius recessum retardabant/egreferentes tanti patris consortio ad vltimum priuari. Et si illum vitam finire propediem/vt predixerat/ oportebat / desiderabant glorioso patris fine decorari/atq3 presentes assistere: sed multas ob causas / quas partim demonstrabat/partim silentio preteribat/ noluit hac in re fratrum desiderio acquiescere. Precipue autem timebat superstitiosam quandam Egypti consuetudinem/qua nobilium et aliqua sanctitatis opinione illustrium virorum corpora solebant Egyptij linteis inuoluta super lectos domi ponere/ ꝛ reseruare. De qua consuetudine tollenda/abrogandaq3/sepe Antonius ipse episcopos fuerat deprecatus/dicēs: nec legitimū hoc esse/nec deo placitū. Quippe cū ꝛ pphetarū ꝛ patriarcharū sepulchra hoc factū cōuincerent / dn̄ici quoq3 corporis exēplū intueri debere iubebat. Igitur magna omnium mestitia/vltimum vale dicens fratribus qui confluxerant/habitaculum suum longe remotum amplius fratres non reuisurus repetijt.

De vltima

De vltima eius dispositione.

¶Caput.xl.

Ex Athanasio et Hieronymo.

¶Post paucos autē dies gloriosus pater Antonius/cum incō modum non mediocre senilia membra turbaret/vocauit ad se duos fratres/qui iam per quindecim annos non longe ab eo cellas suas habebant. Voluerat enim eosdem ibi prope esse/vt eos facilius instruere posset atq; instituere/et pariter pro senectutis sue/et future infirmitatis solatio:et iam in ipsa infirmitate inceperant eidem ministrare. His igitur vocatis ait:ego quidem filioli patrum nostrorum gradior viam. Iam dominus me inuitat/iā cupio videre celestia. Estote soliciti vt domini precepta seruetis:succrescat in vobis de die in diem fortitudo voluntatis. Mementote admonitionum mearum/et incerte caduceq; huius vite miseram conditionem quotidie animo reuoluentes celestem māsionem vobis comparate/schismaticos deuitate/fidem Christi/et nominis eius virtutem in vestris mentibus ardenter figite:et sic vniuersas demonum vires confringetis. Hec cogitate/hec sapite/hec mente tenete. Postq̄ excessero vos mihi charissimi filij istud corpus humo tegite/vos patris operite corpusculum/et hoc quoq; meum seruate mandatum/vt nemo preter vos ipsos locum tumuli mei noscat. Confido in domino/quia necessario resurrectionis tempore hoc ipsum corpus resiliet incorruptum. Si qua autem mei vobis cura/et si qua patris chara memoria est/si mihi vicarium referre desideratis affectum/cauete ne quispiam ad Egyptum meas perferat reliquias/ne vituperata a nobis in alijs circa me defunctum seruentur obsequia. Huius enim rei gratia maxime huc sum reuersus. Vestimentorū autem meorum ista fit diuisio. Meloten et pallium tritū/cui superiaceo/ Athanasio episcopo date / quod ipse mihi nouum donauerat: Serapion autem episcopus alium meloten accipiat / vos autem cilicium habetote in vestimentum.

Autor. ¶Hec itaq; fuit vltima beatissimi viri morientis dispositio/ qua post discipulorum suorum cohortationem et roborationem/ de sui corporis sepultura ordinauit / et in tenui ac paupercula supellectile quam habebat/etiam vsq; ad detritum pallium/duos celebratissimos episcopos/cum charissimis duobus discipulis/heredes seu successores sibi delegit/et instituit. Quamuis etenim in voluntaria vixerit paupertate/non tamen votum aliquod emiserat/ per quod a se rerum omnium proprietatem abdicasset / alioqui de his nullo iure disponere potuisset. Serapionem autem supra memoratum / tametsi Athanasius eidem episcopatus titulum ascribat/pleriq; tamen alij scriptores dicunt illum abbatem fuisse Arsenoitarum. Siquidem alter Serapion episcopus Antiochenus non his temporibus extitit in humanis.

De transitu
seu obitu illius.

Caput.xlj.

Ex Athanasio et Hieronymo.

¶ Beatissimus igitur senex post sepulture sue ordinationem / et vestimentorum factam diuisionem / osculantibus eum discipulis / fletusq; et lachrymas inexplebiles emittentibus / vltimam profe- rens vocem ait: valete viscera mea / valete. Antonius iam migrat / et amplius in presenti seculo non erit vobiscū. His dictis / extendens paululum pe- des / mortem letus aspexit / ita vt ex hilaritate vultus eius / sanctorum angelorum qui ad perferendam eius animam venerant / presentia agnosceretur: et hos intuēs tanq̄ amicos beatam animam exhalauit. Et hic Antonio vite terminus fuit.

Hieronymus in chronicis. ¶ Anno Constantij deci- mo nono Antoni⁹ sueq; etatis centesimo quinto in eremo moritur.

Autor. ¶ Nonnulli scriptores tradunt Antonium anno Christiane salu- tis trecentesimo quinquagesimo septimo ab humanis decessisse. Sed cum teste diuo Hieronymo / omniumq; consensu accedente / id extiterit Anno regni Constantij decimo nono / ipseq; Hieronymus ac Eusebius ꝛ Vincētius scri- bant Constantinum ipsum regnare cepisse anno Christi trecentesimo quadragesi- mo / fateri necesse est iamdictum beatissimum virum humanis rebus exemptum fuisse nostre salutis anno trecentesimo quinquagesimo nono: quo tempore / vt vult Sabellicus / Rome pontificalem sedem obtinebat Felix hui⁹ nominis primus / sed in pontificum numero trigesimus septimus. Qua etiam tempestate ecclesia dei ob pestiferam Arrianorum sectā dira persecutione laborabat / qui dei filium mino- rem patre asserentes / nolebant dicere: gloria patri / et filio / ꝛ spiritui sancto: sed pro- phana obstinatione detenti dicebant: gloria patri per filium / et spiritum sanctum. Cumq; ad sui erroris fomētum principes sibi conciliassent / seua in viros catholice fidei syncaeritatem seruantes exorta est procella. Hanc autem perditissimā heresim Antonius viuens moriensq; magnopere detestatus est. Hic vero annus fuit post Paulum primum eremitam ab Antonio sepultum decimus quintus / cum tunc ipse Antonius nonagenarius esset / quando ad eundem Paulum profectus est. Excessit autem idem vir sanctissimus ab hac vita decimo sexto cal. Februarij.

De sepultura
illius.

¶ Caput.xlij.

Ex Athanasio. ¶ Postq̄ beatissimus senex gloriosum finē cōsummauit / et felicē animā domino reddi- dit / seruauerunt eius mandata discipuli / inuolutūq; corpus eius vt pre- ceperat humo operuerunt / ita vt nemo preter eos locum tumuli nosset.

Autor.

Autor. ¶ Quinam ij fuerint qui beati Antonij corpus sepelierunt non plane constat: diuus tamen Hieronymus in Pauli primi eremite historia asserit Amathum / siue Amathiam ex his vnum fuisse/ q̃uis idem ipse Hieronymus in vita Hilarionis scribens/post paucos ab obitu eiusdem Antonij dies / Hilarionem ad locum predictum accessisse / non Amathiam/sed Isaac et Plausianũ ibidẽ repertos fuisse memoret. Sed forsan idez Amathias duplici/ vt pleriqꝫ solent / nomine vocabat: aut statim post magistri sepulturã ad Athanasiũ vel Serapionẽ perrexerat/vt eisdem per sanctum senem legata vestimenta deferret/ alterqꝫ in eius locum fuerat ibidem euocatus/ac relictus. De loco vero sepulture nihil certi potest seruata fidei referri/sed q̃tum coniectura assequi possumus/veri simile est beatum Antonium / qui tumulum suum cunctis mortalibus duobus tantum exceptis prorsus volebat esse incognitum/talem elegisse ac demonstrasse locum / qui sibi ocultissimus esse videbatur: aut discipulos supra memoratos eum ipsum locum pro suo arbitrio delegisse/qui ab habitatione sancti senis esset remotissimus/ideqꝫ abditissimus/cũ alioqui tumulus ipe a pluribus post obitũ eiusdẽ illuc aduẽtãtibus/ipsumqꝫ tumuli locum videre desiderãtib9/facillime reperiri potuisset. A nõnullis equidem proditum est sub densis et humilibus palmulis tecto atqꝫ absconso loco hoc sanctũ corpus fuisse reconditũ/ qđ et si nõ improbabile videatur/lectorum tamen iudicio respuendum aut admittenduz relinquimus.

Autor. ¶ Vetustum apud Egyptios morem fuisse historici tradunt/modicis dum viuerent edibus habitare: verum magnifica post mortem curabant habere sepulchra / vbi se dicebant multis seculis permansuros. Ea propter nusq̃ gentium tam sumptuosa tamqꝫ excelsi operis sepulchra / vt in Egypto/visebantur. Raphael etiam Volaterranus refert eosdem olim corpora defunctorum communi sale condire solitos/vt diutius seruarentur incorrupta. Hac eñ superstitione ducebantur/vt existimarẽt se defunctos honore ampliori prosequi/ si diutius illorum cadauera reseruarent/q̃ si humo in fossa sepelirent/tegerentqꝫ: qđ et Athanasius verum esse profitetur. Metuens itaqꝫ beatissimus Antonius hoc superstitionis genus in se post mortem seruari / viuens adhuc proximũqꝫ suum exitum presciens/ad remotiorem locum secessit/ ac de sui corporis sepultura sollicitus / discipulis quid fieri vellet imperauit.

Qualiter sanctus Hilarion domino reuelante Antonij mortem agnouit/ et venerationis gratia locum in quo ille defunctus fuerat visitauit.

¶ Caput. xliij

Ex Hieronymo ĩ vita Hilariõis.

¶ Aristeneta prefecti cuiusdã vxor deo deuota venit ad Hilarionem/volens etiam illa ad Antonium pergere. Cui beatus Hilarion flens ait: vellem et ego quoqꝫ ad Antonium ire/si eundi fructus aliquis esset: biduum enim est quum totus mundus tali parente orbatus est. Credidit his verbis Aristeneta / et ibi mansit. Post

paucos autem dies/cum nuncius quidam venisset/Antonij dormitionez accepit.

Ex eodem. ¶ Hilarion Palestina relicta Babylonez venit/ac deinde ad oppidum Aphroditon se contulit/vbi colloquio habito cum Baysane diacono/qui euntes ad Antonium solitus erat ducere/declarauit fratribus mortem Antonij/qꝫ sue intentionis erat locum in quo ipse Antonius decesserat visitare/⁊ in eo quo defunctus fuerat loco noctem peruigilem ducere/seu vna tota nocte ibidem ob defuncti venerandam memoriam vigilare. Tribus igitur diebus per vastam et horribilem solitudinem euntes/tandem peruenerunt ad montem altissimū/in quo duos Antonij discipulos repererunt/videlicet Ysaac qui fuerat interpres Antonij/et Pelusianum/siue Plausianum. Quibus salutatis/senex ipse Hilarion magno affectu cum eisdem cepit locum ipsum ⁊ montem peragrare. Siquidem Antonij discipuli per singulas sedes predictum Hilarionez deducentes/aiebant: hic pater noster Antonius psallere/hic orare/hic operari/hic fessus sedere solitus erat. Has ille vites/has arbusculas ipse plātauit. Illam areolam manibus suis composuit. Hanc piscinam ad irrigandum hortulum multo sudore fabricatus est. Istud sarculum ad fodiēdam terram pluribus annis habuit. Deinde ostendebant eidem Hilarioni stratum in quo gloriosus quondam senex iacebat/⁊ in quo vltimum trahens spiritum recubabat. Quem locum beatus Hilarion quasi calens adhuc cubile sancti patris deosculabatur. Postmodum predictos Antonij discipulos Hilarion ipse rogauit vt sibi locum tumuli beatissimi patris ostenderent/illi vero seorsum eum abducentes/cum eodem secreta quedam loquuti/an ipsum locum ostenderint ignoratur: quia Antonius hoc illis interdixerat.

Ex eodem. ¶ Iam dicti autem Antonij discipuli referebant occultādi eius tumuli causam fuisse/ne loco patefacto atqꝫ cognito/vir quidam nobilis ⁊ potens/in illisqꝫ partibus ditissimus nomine Pergamus/corpus ipsum inde auferret/⁊ ad suam villam non longe remotam transferret/ibiqꝫ sacellū fabricaret/vt in eo Antonij memoria coleretur/⁊ a populis frequenti concursu veneraretur.

Ex Athanasio. ¶ Legatarius autem Antonij benedicti Athanasius/qui pallium tritum cum melote meruerat accipere/Antonium ipsum in ijs muneribus amplexus est/⁊ quasi magna hereditate donatus/letanter per vestimentum recordabatur imaginem sanctitatis illius qui sibi contulerat.

De luctu mirabili
ob mortem eiusdem.

¶ Caput.xliiij.

Ex Hieronymo in historia Hilarionis. ¶ Porro post Antonij mortem per triennium clausum est celum/⁊ siccitas mirabilis terras arefecerat/ita vt vulgo diceretur Antonij mortem etiam elementa lugere.

Athanasius. ¶ Oēs post resolutionē eius/quasi cōmuni vulnere orbitatis accepto/veluti proprium lugere parentem.

De nominis ⁊ fame eiusdem per vniuersas orbis regiones dilatatione atqꝫ illustratione.

¶Caput.xlv.

Athanasius. ¶Christi donum est/ꝙ hominem alio pene orbe celatum/⁊ inter tantas latētem solitudines/Hispanie/Gallie/Italie/Illyrico/ipsi etiam/que caput est vrbium/Rome/vt illi in exordio promiserat/demōstrauit/illustrēqꝫ reddidit. Creatoris est ista benignitas/q̄ famulos suos/q̄uis nolentes/nobilitare consueuit/vt appareat ꝙ virtus possibilis est cuiqꝫ volenti/⁊ ꝙ illam assequi non est extra humanam naturam/prout sanctorum docemur exemplis: pariterqꝫ vt ad beate vite imitationem ex fructu laboris optimus quisqꝫ impellatur.

Ex eodem. ¶Saluator noster glorificantes se glorificat/⁊ sibi seruientibus non tantum regna celorum/sed etiam ipsis latere cupiētibus fame tribuit nobilitatem/vt ⁊ ipsi merita laude fruantur/et ceteri eorundem prouocentur exemplis.

Autor. ¶Constat beati Athanasij testimonio illustre fuisse nomen gloriosissimi Antonij etiam dum viueret/pariterqꝫ illis iam temporibus eius famam in Hispanijs/Gallijs/Italia/Illyrico/cetensqꝫ prouincijs fuisse clarissimam/Christo hoc operante/vt eius promissio consequeretur effectū/qua illum in toto orbe nominari facere spoponderat. Eapropter quis non agnoscat ꝙ mirabilis in sanctis suis est altissimus? Qua in re/quis non Christiane fidei excellentiam ⁊ virtutem perspiciat/⁊ in dei nostri laudem non erumpat? Illa profecto nominis ⁊ fame huius sanctissimi patris claritas/atqꝫ per omnes orbis prouincias illustratio/iandudum diffusa/necnon dilatata/cum a diuina promissione manarit/in celoqꝫ radices fixerit/stabilis ad hanc vsqꝫ diem permansit/atqꝫ perpetuo permanebit. Dei etenim summi opus est/illiusqꝫ voluntas/atqꝫ perennis dispositio/tot tantisqꝫ ac tam stupendis miraculis comprobata/vt fidem propemodum excedere videātur. Sed si quis ea vix credibilia putet/necesse est cogitet hec idcirco fieri/vt seruum suum verax deus iuxta factam illi promissionem/in toto semper faciat orbe nominari. Quod ⁊ clarissimus princeps Mirādulanus his ad diuum ipsum Antonium doctissime prompsit carminibus.

Tua nulli obnoxia morti
Fama per exustam Libyenqꝫ/Asiamqꝫ patentem
Transit in Europam/viguit/semperqꝫ vigebit
Gloria limitibus nullis conclusa/per omnes
Tethyos alterne tractus/perqꝫ vltima mundi/
Per celum/superosqꝫ means felicibus alis.
Quoqꝫ magis teritur longinqui dentibus eui/
Hoc magis egregio splendescit flore iuuente.
Ac memini/si quando illam temerare prophani
Cepere/haud alias ipsos maiora tulisse
Supplicia vltoris fumi/flammeqꝫ sequacis.

Tanti te superum/celi/terreq; creator
Fecit/⁊ hec precte tribuit stipendia fame.

Qualiter celebris Antonij fama beatissimum Augustinum ad conuersionem animauit.

¶ Caput.xlvj.

EX Sigiberto ⁊ Uincentio: et ex Augustino in octauo confessionum libro. ¶ Ortus est sermo de Antonio Egyptio monacho/cui⁹ nomen excellēter clarebat apud seruos dei. Stupebāt autem illi audientes tam recenti memoria/ ⁊ prope suis temporibus tanta mirabilia. Cumq; Pontianus talia loqueretur/ingemiscebat Augustinus/ingentiq; confundebatur pudore. Terminato autem sermone/⁊ causa qua venerat/abijt ille. Augustinus autem cepit flagellare animam suam/⁊ vultu turbatus exclamauit ad Alipium/et ait: quid patimur? Quid est hoc quod audisti? surgūt indocti ⁊ celum rapiunt/⁊ nos cum doctrinis nostris in infernum demergimur. Inter que verba accusantis se/magna oborta est procella/ferens ingentem lachrymarum imbrem.

Ex Augustino eodē libro. ¶ Inueni codicem in quo scripta erat vita Antonij/quam legere cepit vnus eorum/⁊ mirari/⁊ accendi/⁊ inter legēdum meditari arripere talem vitam/⁊ relicta militia seculari seruire tibi.

De ratione imaginis: qua vulgo eiusdem beatissimi patris memoria solet representari.

¶ Caput.xlvij.

LEgimus olim nōnullos sanctorum atq; electorū dei imagines fuisse detestatos/existimātes id superstitiosum/atq; ad idololatriā pronum esse/verū subinde ecclesiastice autoritatis sanctorūq; patrum super hoc subsecutū est iudicium/quo definitū est/ad memoriam ⁊ recordationē sanctitatis illorum/qui virtutibus in sancta dei ecclesia excelluerūt/imagines iure optimo vulgi oculis exhibēdas. Hoc enim pictura prestat idiotarum intuitibus/quod legētibus scriptura: qua in re pia rectaq; fidelium intētio omnē prorsus idololatrie notam labemq; excludit. Quis enim tam stipes/tamq; stupidus est/qui pro ipso vero ⁊ viuo deo/aut pro sancto aliquo viro immortalē vitā in celestibus assequuto/saxeum vel ligneum aliquod simulachrū/siue depictam imaginē/aut inanimatū quidpiā accipiat/⁊ non potius obiectum quoddā memoratiuum seu representatiuū esse intelligat? cui siquid venerationis deferatur/id nequaq̄ signi ipsius/sed rei potius signate ratione fieri intelligitur. Nā/vt diuus inquit Augustinus/nos sanctis/nō tāq̄ dijs/sed

diis/sed tanq̃ hominibus/quorũ apud deum viuunt spiritus/memorias fabrica-
mus. Idq; totum quo a nobis laudatur/veraciter ad eius laudẽ tendit in quo lau-
dantur. Nec autoritate solum ac ratione/verũ etiam testatissimis/frequẽtissimisq;
miraculis ea sententia cõprobata est. Nam vt de reliquis taceam/Florẽtine historie
scriptor/et post illum alij non contẽnendi autores referunt Gregorij vndecimi Ro-
mani põtificis tẽporibus apud Cesenam Italie vrbem hoc stupendũ miraculum
contigisse. Nam cum ibidem Britonum copie adessent/et quidam ex Britonibus
ipsis in ecclesia quadam super altare paruulos aliquot in ipsa direptione ciuitatis
immaniter trucidasset/furoreq; ebrius gladio cruento imaginem beati Antonij in
pariete depictam ictibus lacesseret/mox ignis carnẽ eius corripiens ac deuorans/
horrẽdo spectaculo illum inuasit. Dumq; immẽsis doloribus vreretur/cucurrit ad
mare/et in aquã se proiciens/ibi ab igne cõsumptus est totus cum ossibus. Nec dis-
simile est quod apud sancti Dionysij burgum non procul a Placẽtia constat nostra
memoria cõtigisse. Illic siquidẽ Gallici exercitus miles quidã pari exemplo sue te-
meritatis penas luit/igne sacro miserabiliter exustus/spectãte hoc ipsum numero-
sissima eiusdem exercitus parte. Ut igitur propositã materiam prosequamur/cum
imagines beatorũ proprias vite illorum significationes intuẽtibus referre habeãt/
remq; significandã gnauiter exprimere/nihil non nisi optima ratione in illis esse de-
bet appositũ. Ut enim verissima esse debent que de sanctorum vita et gestis scripto
tradũtur/ita etiam pictura/que scripture vicem apud idiotas obtinet/nihil preter
veritatẽ ipsam intuẽtibus debet ostẽtare. Proinde q̃tum ad rem presentem attinet/
in huius beatissimi patris imagine apte industrieq; expressa/libet intueri/in ipsa fa-
cie et figura/in senili vultu diuinam quandã gratiam/necnon hilaritatẽ/affabili-
tatem/et comitatẽ agnoscere. Quibus/Athanasio teste/sanctissimus hic pater pre-
ditus fuisse memoratur. Tum deinde eremitice vite professionẽ/quam ipse a prima
semper etate est sectatus/prolixa pene ad vmbilicum barba demonstrat. Canicies
quoq; venerãda longeuam/vt pote centum quinq; annorũ/protestatur etatem. Ve-
stimentorũ autem illius hãc arbitror formã extitisse. In primis id quo interius ad
carnem vtebatur/cilicinũ vestimentum oblongũ/super quo aliud/que melotes di-
cebatur/ex hispidis caprarũ pellibus confectum erat. Superior vero amictus/seu
supremũ indumentũ pallium erat laneũ/discinctũ/sine chlamys longa absq; ma-
nicis/vndiq; clausa/modicis dũtaxat fissuris seu apertionibus ab vtroq; latere ad
brachia/cum opus erat/exerendũ relictis. Cui etiam cõsutitium inerat caputiolũ/
contegẽdo capiti accomodatũ. Ex Grãgensis nanq; concilij verbis colligi videtur
ad hunc modũ pallium fuisse formatum. Quantum autem cõiectura assequi/ac ex
pannis intra feretrũ sancti corporis existẽtibus extimare valeo/non vilioris precij/
aut rudis texture panno vtebatur/quod mihi quoq; facile persuadẽt tam ipsa no-
bilitas generis/q̃ etiam profectum ab Athanasio episcopo munus. Preterea con-
stat in senili etate illum baculo vsum fuisse/quo/vt inquit Hieronymus/infirmos
artus iter faciens regebat. Additus est in manu libellus/qui iugem precum et ora-
tionum instantiã significet: q̃q̃ prescripta aliquã orationum forma illum nequaq̃
vsum fuisse putem/sed prout mente animoq; conceperat/et res ipsa exposcebat sim-
pliciter ex tempore cum deo loquutum. Potest is quoq; libellus non impertinẽter
signare Antoniũ ipsum/ob cõscriptas ab eodem apostolici sermonis sensusq; epi-
stolas fuisse inter ecclesiasticos scriptores adnumeratum. Nõnulli errore ducti ad-
dunt flocum aut quidpiam ex habitu monachali nostrorum temporum/alij cleri-
calem vel monachalem rasuram/alij stolam: que omnia veritatem ipsam solicite di-
scutientibus haud dubie preter rationem apposita dignoscuntur. Hec igitur sunt

Cōpendij Antoniane historie

que secundum propriam indubitatamq veritatis demonstrationē in huius gloriosissimi confessoris imagine grauiter expressa debent attendi/ vt signa ipsa rebus designatis conuenientia sint/ exillisq significādarum rerum veritas solertius deprehendatur expressa.

De nonnullis rebus que vulgo imagini sancti Antonij addita cernuntur.

¶ Caput.xlviij.

P**Reter illa que supradicta sunt:** nequaq̄ silentio pretereundū est in huius almi confessoris expressa similitudine seu imagine/ conspicuum esse viuifice potentie signum/ ad formam Tau litere figuratum/ quo tota religio eiusdē sancti a primeua eius institutione peculiariter fuisse noscitur insignita. Uerum quanam id ratione factum ac institutum sit/ alio loco plenius explicabimus. A nullo certe/ quod equidem sciam/ proditum est ipsum beatissimum Antonium/ dum in humanis ageret/ tale in suo pallio gestasse signaculū. Uerum non improbabiliter creditum est baculū/ quo sanctus hic senex vtebatur/ ad Tau litere similitudinem formatum extitisse. Est autem ipsa Tau litera apud Grecos hunc in modum. T. figurata. Baculus autem illam habens formam/ vulgari vocabulo potentia dici solet. Porro si fidem censemus adhibendam/ Alphonsus/ de quo supra meminimus/ est autor beatissimum Antonium suo per Andream prepositum misso baculo/ eoq posito super filio Lucij mortuo/ ipsum suscitasse. Asserit insuper idem Alphonsus/ q cum ante ostium habitaculi beati Antonij quidā iaceret exanimis/ et Antonius illum dormire putans/ volensq eundē ad orandum excitare suo baculo tetigisset/ ille statim a mortuis surrexit. Sic etiam Heliseus propheta baculum suum tradidisse legitur puero suo Giesy/ ad mortuum filium Sunamitis suscitandum. Hoc igitur signum Tau potius in baculo q̄ in pallio huius beatissimi patris designandū esse videtur/ q̄uis postmodum eiusdem gloriosi confessoris religio signum ipsum in pallijs et vestibus gestandū censuerit/ prout latius opportuno loco referemus. Quod autem ignis figura plerunq imagini huius sanctissimi patris addita cernitur/ id ipsum ad miraculorum contestationē/ diuinamq illi attributam gratiam declarandā nulli dubium est pertinere. Uniuersi nanq orbis confessione/ frequentissimaq miraculorum comprobatione compertum est eam a Christo gratiam beato Antonio esse collatam/ vt per eius intercessionem mēbra sacro igne tacta et perusta refrigerentur atq liberentur. Unde in ecclesiastico officio dicitur: Deus qui concedis obtentu beati Antonij morbidū ignem extingui/ et membris egris refrigeria prestari etc. Ac iterum/ manum egris imperantem seruo dedit dominus/ vt cū iubet/ vi nature fiat morbi terminus/ et tollatur infernalis herpes esthomenus etc. Nec in curandis solum mortalibus eadem egritudine laborantibus/ aut submouendis excludendisq sacri ignis ardoribus et flammis/ ipsius beatissimi patris efficax interuentio comprobata est/ verum quod dictu quoq mirum est/ innumeris ac propemodū quotidianis casibus/ non sine magno Christiane fidei testimonio/ incredulorūq confutatione/ patenter ostensum est eos/

qui temerario

qui temerario ausu in personis aut rebus eidem sancto dicatis iniuriam aut damnum intulerint/vel prestiti super reliquijs eiusdem sacramenti transgressores extiterint/protinus diuina vltione subsequente diris sacri ignis vstionibꝰ corripi. Idqȝ non nostris solum/verum etiam antiquissimis temporibus assertum vulgatūqȝ/⁊ indubitata fide comprobatum fuisse/⁊ esse/ꝙ plurima testimonia/necnon dilucida literarum perhibent documenta:⁊ nos ipsi/verissimo deo teste/huius rei pene incredibilia veritatis argumēta perspeximꝰ. Id quoqȝ beati Thome Aquinatis aliorumqȝ excellentissime doctrine magneqȝ autoritatis virorū indubitato iudicio constat esse fulcitum.

¶ Et hoc ipsum disertissimis testatus est versibus eximie claritatis princeps Mirandulanus hunc in modum.

Vidimus/ambustos artus/atqȝ ossa perenni
Exemplo ad postes sacri pendentia templi. ∴ ∴
Vidimus integrum consumpta carne cadauer/
Que subito exarsit violato nomine magni
Antoni/subitoqȝ imis incendia venis ∴ ∴
Traxit/vt enormi prompsit conuitia lingua.

¶ Illud insuper nequaꝙ pretereundū est/quanam ratione ad pedes beatissimi viri sus depicta/seu porcus effigiatus sit. Ad cōmonendos proculdubio mortalium animos nonnunꝙ deus signa ⁊ prodigia in brutis ostendit. Asina Balaā prophete loquuta est. Bos tandem in Romano agro/aliaqȝ permulta huiuscemodi legūtur mirabilia. Itaqȝ Alphonsus scribit apud ciuitatem Barchinonem cum beatus Antonius illuc miraculose translatus ante fores regij prepositi staret incognitus/quandam suem vnum ex fetibus seu porcellis/quos non procul enixa fuerat/claudum ⁊ inualidum ore apprehensum gestasse/anteqȝ pedes viri sancti detulisse/quo ibidem reposito/sus ipsa quibus poterat modis opem ac medelam implorare videbatur/vociferans ⁊ grunniens:quamobrem multis hoc factum spectantibus/⁊ mirantibus/salutifere crucis signo per virum dei facto/protinus curam egri animalis fuisse subsecutam:eoqȝ miraculo ipsum diuum patrem fuisse agnitum/atqȝ ad regem graui infirmitate laborantem perductum/quem etiam dei beneficio pristine dicitur restituisse sanitati/illumqȝ cum ciuitate ipsa ad veri dei cultum instruxisse. Quapropter regionem illius homines/ad rei geste memoriam/dicti sanctissimi patris imaginem exprimentes/ad pedes illius suem addiderunt:quod subinde ad alios deriuatum est. Nostra autem memoria in Nouariēsi agro vidua quedam seuiente peste fugiens/propriam domū/nemine ibidem relicto/deseruerat/in qua aliquot obesos sues enutriebat. Post certos vero dies recordata se eosdem in hara clausos sine pabulo reliquisse/totius humani auxilij spe destituta/quandoquidem paupercula erat/in maximos luctus incidit. Verum subijt tandem illi memoria testatissimorum miraculorum/que indies dominus per intercessionem beati Antonij operatur:⁊ vt ipsa referebat mentē illius valde permouebat effigies suis/quam ad pedes imaginis viri sancti conspexerat. Quamobrem pia mente ⁊ domū/⁊ sues eidem sancto sua interuentione seruandos commendauit. Nec frustra: ipsa nanqȝ post triginta ⁊ amplius dies rediens/⁊ domum intactā/⁊ sues quasi optime pastos repperit incolumes. Additum est postremo imagini almi dei cōfessoris tintinnabulum/seu cāpanula/non alia profecto ratione/ꝙ quia campanule vsum ab antiquo sedes apostolica religioni sancti Antonij peculiariter legitur concessisse/vt nuncij

eiusdem illo signo in locis quibuslibet suum testentur aduentum. A nonnullis tamen creditum est hoc idcirco factum esse/ quod rex Palestinorum camelos rebus ad victum necessariis onustos/ sine aliquo ductore/per magnam eremi vastitatem incerto itinere ad beatum Antonium/tintinnalibus seu campanulis ad colla eorum appensis/fertur destinasse/vt errantibus ipse Antonius pro excipiendo necessario commeatu facilius posset occurrere.

Prime partis conclusio.

¶ Caput.xlix.



Ec sunt que de Antonij vita et gestis ex probatissimis autoribus excerpta/mihi visa sunt cognitu memoratuque non indigna. Nec dubium est quin hec ipsa minima sint de maximis/vt Athanasius ipse profitetur. Tante namque prestantie vir iste sanctissimus fuit/totque virtutibus et miraculis effulsit/vt a nullo mortalium condignis laudibus celebrari posse credatur.

Finis Prime partis
Compendij Antoniane historie.

Clarissimi principis Joannis Francisci Pici Mirandule domini ⁊ Cocordie comitis ad diuum Antonium heroicum carmen.

Non mihi Latone vox enthea surgat ab antro/
Ut ritus Egypte tuos/antiquaqꝫ sacra
Concelebrem/aut referam Regum monumenta priorum:
Fecundosve canam Nilo stagnante nouales/
Aduectasve Pharon Nabatheo a littore merces.
Fallaces etenim diuos/sortesqꝫ perosus/
Impia contempsi mentito nomine sacra.
Nec celo equatas(monumenta insignia)/moles
Pyramidum/aut Pharie nocturnam Lampada turris
Mirabor/cupiamve tuis versarier aruis/
Ethiopum ve solum ficti sub imagine Tauri
Lustrando arcanos Nili perquirere fontes/
Quesitosqꝫ diu numerosa per ostia ferre.
At maiora/tuo nisu/maioraqꝫ mundo
Ingenti/nunquamqꝫ satis laudata trophea
Antoni/⁊ celebres inferno ex hoste triumphos
In te admiratus/pro tanti munere alumni
Parcius ipse tuum pergam damnare Serapim/
Et male discerptum deserta per ardua Osirim/
Antonij ad laudes conuersus/⁊ inclyta facta.
Sed mihi per calide Meroes/perqꝫ arua Syenes/
Et per centifore Thebes deserta vaganti/
Atqꝫ tuos mores ⁊ gesta auido ore canenti/
Sancte pater liceat sacram per tempora biblon
Serpere/⁊ intexto precingier ilia Junco.
Quo recubans/tecumqꝫ habitans occlusus in antro/
Et Regum contemnis opes/⁊ lubrica vite
Gaudia/⁊ humane male sanos laudis honores:
Congressusqꝫ Erebi turmis furialibus/omni
Interna ex acie remeasti victor/⁊ ipso
Celestis regis meruisti ex ore triumphum.
Tu patriam fugiens/teneris deserta sub annis
Tesqua petis/fretus patrie celestis amore:
Oblatumqꝫ fugis celeri per deuia cursu/
Quod laquei in morem tibi tum pretenderat aurum/
Egregijs vsqꝫ heroum obluctata triumphis
Usqꝫ nocens Stygij mens insidiosa Tyranni.
Hinc tenui vitam solitus tolerare labore/
Quod precij reliquum fuerat partiris egenis/
Queis iam pene puer campos/oleasqꝫ paternas
Distribuis/securus opum/securus honorum/
Securusqꝫ tui.nam mente per atria celi
Lucida/perqꝫ domos superum spaciatus/eremi

Purlcia/sterilis solo/et sitientibus aruis/
Mutasti ambrosiasq3 dapes/et nectaris haustum.
Hoc sapere/ hoc docti miratrix turba Platonis
Nescijt/aut Macedum celeber telluris alumnus/
Chalcida Cecropijs petijt qui a sedibus vrbem.
Hoc sapere est/quando et celo/superisq3/deoq3
Innitens/et opes/et inanis culmina fastus/
Et mundi illecebras/et noxia vota relinquis
Spe felix/meritisq3 magis post funera felix/
Eternum felix. Hinc bella/hinc horrida bella/
Nanq3 per infernos tractus/per Lurida regna/
Dum tibi promissum celum/promissa tonantis
Atria condiscit strepitans Acherontia turba
Inuidia flagrans/Erebi de sedibus imis
Eumenidum furiata cohors in te agmina mouit:
Et nunc fallaci ingreditur sub imagine sensus/
Nunc foris armatas acies ostentat et viget.
Quis rogo/quis referat pugnata ex ordine bella
Tartareo cum rege tibi: dum colla draconum/
Sibila preferret/rugientiaq3 ora leonum:
Atq3 canum rabidos rictus/et aperta luporum
Guttura/et instabiles morantem Protea vultus:
Et modo per varios agitantem brachia tractus
Aeris/ac vastis simulantem Egeona membris/
Et Phlegethontea minitantem bella securi:
Et modo per nares fumos/perq3 ora rotatam
Lampada/perq3 oculos suffectos sulphure multo/
Perq3 aures ceno plenas Acherontis auari/
Atq3 per anguineos spargentem incendia crines/
Et modo pacatam faciem/simulataq3 verba
Dulcis amicitie/et ritus moresq3 benignos.
Tu vero intrepidisq3 animis/et ad omnia solers/
Armatas furiarum acies contundere inermis
Consuesti/signoq3 crucis seu fulminis ictu
Pellere/et ad tristis tenebras detrudere Auerni:
Ad molles pugnas/atq3 illecebrosa Diones
Prelia/Tenarei flatu commota tyranni/
Cautior Arcadio longeq3 oculatior Argo.
Nam quum per faciles animi mollesq3 recessus
Tentamenta sue perferret ad intima fraudis
Pectora/cum pulchris circum precordia formis
Luderet/et tepidos spiraret in ossa vapores/
Tu contra admissi sibi conscia pectora iniqui
Actutum obiectas/vltriciaq3 arma tonantis/
Tartareeq3 minas et dira incendia flamme:
Queis ille in tenues fugit ceu fumus in auras.
Non tamen eiectus bello/et superatus inermi
Destitit/ad pugnam geminato milite acerbam

Vertitur/atq; truci laceros crudeliter artus
Conterit assultu/moribundaq; membra relinquit/
Seminecemq; trahunt socij/& pia funera curant.
Quum subito/elatisq; oculis/signoq; fideli/
Ad solitas sedes/ad pristina bella redire
Actutum instituis/Stygiumq; lacessere Martem.
Ecce autem tuguri per summa cacumina luce
Labitur immensa Christus regnator Olympi/
Victoremq; ducis Erebi te voce salutat/
Et sanat laceros artus/plagasq; cruentas/
Egregium & toto decernit in orbe triumphum.
Ex illo etherei se se effudere colores
Luminibus/placidoq; magis clementia vultu.
Risit/& in leta fulsit victoria fronte.
Quis nam hanc non malit diuina ex laude coronam/
Quam vinctum Persen Rome ostentare superbe/
Aut spolia Armenij Tigranis opima referre/
Siue catenati pretendere colla Iugurthe?
Fama ducum Augustosq; sinus/& iniqua potentum
Atria vix tetigit/fragiliq; in sede recepta est
Gloria/per que hominum paucorum pectora viuit
Interitura breui:tua nulli obnoxia morti
Fama per exustam Lybienq; Asiamq; patentem
Transit in Europam/viguit/semperq; vigebit
Gloria/limitibus nullis conclusa/per omnes
Tethyos alterne tractus/perque vltima mundi/
Per celum superosq; means felicibus alis.
Quoq; magis teritur longinqui dentibus eui/
Hoc magis egregio splendescit flore iuuente:
Ac memini si quando illam temerare prophani
Cepere/haud alias ipsos maiora tulisse
Supplicia vltoris fumi flammeq; sequacis.
Non ego Aloidas ficte post prelia Phlegre
Fulmine deiectos/Capanei aut impia dicam
Ingentis telo fumantia membra trisulco.
Vidimus ambustos artus/atq; ossa perenni
Exemplo ad postes sacri pendentia templi.
Vidimus integrum consumpta carne cadauer/
Que subito exarsit violato nomine magni
Antoni/subitoq; imis incendia venis
Traxit/vt enormi prompsit conuitia lingua.
Tanti te superum celi terreq; creator
Fecit/& hec sprete tribuit stipendia fame.
Hanc; illam teneris & adhuc crescentibus annis
Dum fugis/ipsa magis celebri te voce secuta est.
Maior & illa quidem Phario presepta cubili
Splenduit arctoo/quam si sub cardine Rheni
Cornua fregisses/& iniqua ad littora Peuces/

Concretum glacie ferratis curribus Istrum·
Milite calcasses numeroso/⁊ Martia victor
Usq; ad Hyperboreos duxisses signa Gelones.
Te Constantinus Rome dum tractat habenas/
Pacatumq; regit magnis virtutibus orbem/
Et supplex recolit deserta/⁊ sede latentem
Inuocat/atq; suis optat succurrere votis.
Te sophie celebres Pellea ex vrbe magistri
Suppositum celsi prerupto in vertice montis
Conueniunt/pauidiq; silent/⁊ ab ore loquentis
Attoniti pendent/dum fontes pellere morbos
Actutum membris spectant/dum cedere membris
Possessis furias/dum vite eterna future
Premia condiscunt/venerandaq; pectora cernunt
Prescia venturi/superumq; inuexa choreis.
Quid quod capripedes satyri tibi munera promunt?
Quodq; fere dicto parent/geminiq; leones
Procumbunt genibus placidi/⁊ tua iussa capessunt?
Quodq; tuum nomen furua sub sede tremiscunt
Monstra Erebi/⁊ Stygie trepidant te incendia flamme?
Multa tuum ante obitum nobis dicenda supersunt
Sancte pater/nec pauca tui post iussa sepulchri:
Sed tamen interea hec taciti mirabimur/omni
Optantes voto tua per vestigia gressus·
Ferre/nec humane laudis curare fauorem/
Aut sceptra infida/aut infidi pondera nummi.
Non mihi non Cresi gazas opulenta refundat
Lydia/harenose mihi nec Pactolus ⁊ Hermus
Qua mea rura secat Sicle contingere ripas
Gestiat/Eridani maiora fluenta priusquam
Intret agens/socias voluens ad littora lymphas/
Littora que fluctu semper ferit Adria vasto.
Neve vnquam incensus tanta ambitione laborem/
Ut victor sperem lauru redimitus honora/
Uectari aurato celsa in capitolia curru.
Quid Creso tandem congesta pecunia regi
Profuit/exerta repetenti voce Solonis?
Nomen quid toties Pompeio profuit olim
Tendere laurigeris Tarpeia ad saxa quadrigis/
Quum iacuit Pharia truncus reuolutus harena?
Quid mihi si quicquid latebrosis montibus auri
Eruitur/quicquid nauta exquisiuit auaris
Consilijs/pelago laxat quum vela frementi/
Adsit/⁊ omnifero fundat se copia cornu?
Quidq; ingens si fama mihi/si quicquid honorum
Affuerit/quod iam post Gallica bella Camillo:
Quodq; illi quondam dederat mauortia Roma/
Qui fuit a rigidis consul reuocatus aratris?

Num fumi somniqȝ vaga sub imagine tandem
Preteréunt ꝛ opes/ꝛ inanis gaudia fastus:
Cuncta fluunt/refluuntqȝ graui vexata tumultu/
Que fremitu assiduo circunluit Amphitrite/
Et vario peragrat vultu circum humida luna.
Hec eadem senio confecta ꝛ morte soluta
Dispereunt/vmbre/rapidoqȝ simillima vento.
Me sat erit gemino magni post prelia Juli
Exilio fessum/patria in ditione manere/
Contentum paruo: sat erit sine crimine vitam
Degere tranquillam/ꝛ nulla pallescere culpa.
Ut quum mortales mens nostra reliquerit artus/
Non vnquam inferne patiar dispendia flamme.
Quod te iterum atqȝ iterum supplex/pater alme/rogabo/
Quando etiam perhibent propria hec tibi dona fuisse.
Inde per aerios tractus mens ipsa beatis
Mixta choris superum/nihil ꝛ sibi conscia/felix
Scandat ad empyreas sedes/vnde impia Ditis
Turba sequax nigri ruit intima ad antra profundi:
Empyreas sedes/vbi tu pater inclyte semper
Eterno fruerisqȝ deo/semperqȝ frueris.

¶ Secunda pars Compendij
Antoniane historie.

¶ Prohemium.

INeffabilis summi dei benignitas erga genus humanuz maximis atqz perspectissimis innotescit argumentis. Ipse siquidem eternus dei filius vt humanitatem/mortalemqz nostram naturam diuinitati sociaret seipsum humiliauit factus homo. Cumqz se ipsuz demiserit/ex celis in terram veniens/homines terrenos ad celum transferre atqz extollere/et ex mortalibus deos facere desiderat. Nam z beatas sanctoruz suorum animas celestibus sedibus inserit/z post funestum huius seculi finem illorum corpora perpetue vite aliquando restituenda/incomparabili gloria decoranda fore constituit Quodqz maximum benignitatis z in suos electos amoris est indicium/etiaz ipsa corpora future/vt prefertur/glorie destinata/nequaq̄ in terris diutius patitur absqz debita veneratiōe manere recondita. Quinimo ea ip̄a q̄uis locis ignotissimis sepulta vel occultata/miraculosis tandem ostētionibus/quemadmodum plurimis scriptorū testimonijs edocemur/visus est fidelibus multoties reuelasse. Nec id alia de causa putandum est esse factum/q̄ vt illa debitis honoribus mortales prosequerentur/ipsiqz mortales condigna illis exhibita veneratione/eorundem sanctorum patrocinium promererentur. Parua nanqz sunt humane fragilitatis merita/nisi sanctorum atqz electorum dei precibus adiuuentur. Nec mirum cuiq̄ videri debet/si ea corpora que calcatis contemptisqz rebus humanis celestem z quasi angelicam duxerunt vitam/specialibus a Christo dotibus illustrentur. Nam ea Christi propria est gloria/quādoquidē martyrū palme/vt inquit Ambrosius/Christi sunt triūphi.

Quod summa dei prouidentia
pleruqz sanctorum corpora diutius latere sinit/sed postmodum illa congruo tempore cum gloria reuelare dignatur.

¶ Caput.j.

LAtent quidem diuina mysteria/nec facile/iuxta propheticum dictum/potest quisq̄ hominum scire dei consiliū. Quāuis eteniz summa illius benignitas iustorū animabus/post illarum a luteis terrenisqz habitaculis separationem/in eterna beatitudine collocatis/corpora ipsa/quibus tanq̄ organis ad omnia bona opera spiritus sanctus vsus est/sub expectatione future resurrectionis et glorie/a mortalibus debita veneratione coli disposuerit/illa tamen certis latere sinit temporibus. Nec putandum est idipsum casu aliquo aut fortuito

Compendij Antoniane historie

que secundum propriam indubitatamq; veritatis demonstrationē in huius gloriosissimi confessoris imagine gnauiter expressa debent attendi/vt signa ipsa rebus designatis conuenientia sint/ex illisq; significādarum rerum veritas solertius deprehendatur expressa.

De nonnullis rebus que vulgo imagini sancti Antonij addita cernuntur.

Caput.xlviij.

PReter illa que supradicta sunt: nequaq̄ silentio pretereundū est in huius almi confessoris expressa similitudine seu imagine conspicuum esse viuifice potentie signum/ad formam Tau litere figuratum/quo tota religio eiusdē sancti a primeua eius institutione peculiariter fuisse noscitur insignita. Uerum quanam id ratione factum ac institutum sit/alio loco plenius explicabimus. A nullo certe/quod equidem sciam/proditum est ipsum beatissimum Antonium/dum in humanis ageret/tale in suo pallio gestasse signaculū. Uerum non improbabiliter creditum est baculū/quo sanctus hic senex vtebatur/ad Tau litere similitudinem formatum extitisse. Est autem ipsa Tau litera apud Grecos hunc in modum. T. figurata. Baculus autem illam habens formam/vulgari vocabulo potentia dici solet. Porro si fidem censemus adhibendam/Alphonsus/de quo supra meminimus/est autor beatissimum Antonium suo per Andream prepositum misso baculo/eoq; posito super filio Lucij mortuo/ipsum suscitasse. Asserit insuper idem Alphonsus/q cum ante ostium habitaculi beati Antonij quidā iaceret exanimis/et Antonius illum dormire putans/volensq; eundē ad orandum excitare suo baculo tetigisset/ille statim a mortuis surrexit. Sic etiam Heliseus propheta baculum suum tradidisse legitur puero suo Giesy/ad mortuum filium Sunamitis suscitandum. Hoc igitur signum Tau potius in baculo q̄ in pallio huius beatissimi patris designandū esse videtur/q̄uis postmodum eiusdem gloriosi confessoris religio signum ipsum in palliis et vestibus gestandū censuerit/prout latius opportuno loco referemus. Quod autem ignis figura plerunq; imagini huius sanctissimi patris addita cernitur/id ipsum ad miraculorum contestationē/diuinamq; illi attributam gratiam declarandā nulli dubium est pertinere. Uniuersi nanq; orbis confessione/frequentissimaq; miraculorum comprobatione compertum est eam a Christo gratiam beato Antonio esse collatam/vt per eius intercessionem mēbra sacro igne tacta et perusta refrigerentur atq; liberentur. Unde in ecclesiastico officio dicitur: Deus qui concedis obtentu beati Antonij morbidū ignem extingui/et membris egris refrigeria prestari etc. Ac iterum/manum egris imperantem seruo dedit dominus/vt cū iubet/vi nature fiat morbi terminus/et tollatur infernalis herpes estiomenus etc. Nec in curandis solum mortalibus eadem egritudine laborantibus/aut submouendis excludendisq; sacri ignis ardoribus et flammis/ipsius beatissimi patris efficax interuentio comprobata est/verum quod dictu quoq; mirum est/innumeris ac propemodū quotidianis casibus/non sine magno Christiane fidei testimonio/incredulorūq; confutatione/patenter ostensum est eos/

qui temerario

qui temerario ausu in personis aut rebus eidem sancto dicatis iniuriam aut damnum intulerint/vel prestiti super reliquijs eiusdem sacramenti transgressores extiterint/protinus diuina vltione subsequente diris sacri ignis vstionib⁹ corripi. Idq₃ non nostris solum/verum etiam antiquissimis temporibus assertum vulgatūq₃/et indubitata fide comprobatum fuisse/et esse/q̄ plurima testimonia/necnon dilucida literarum perhibent documenta: et nos ipsi/verissimo deo teste/huius rei pene incredibilia veritatis argumēta perspexim⁹. Id quoq₃ beati Thome Aquinatis aliorumq₃ excellentissime doctrine magneq₃ autoritatis virorū indubitato iudicio constat esse fulcitum.

¶ Et hoc ipsum disertissimis testatus est versibus eximie claritatis princeps Mirandulanus hunc in modum.

Uidimus/ambustos artus/atq₃ ossa perenni
Exemplo ad postes sacri pendentia templi.
Uidimus integrum consumpta carne cadauer/
Que subito exarsit violato nomine magni
Antoni/subitoq₃ imis incendia venis
Traxit/vt enormi prompsit conuitia lingua.

¶ Illud insuper nequaq̄ pretereundū est/quanam ratione ad pedes beatissimi viri sus depicta/seu porcus effigiatus sit. Ad cōmonendos proculdubio mortalium animos nonnunq̄ deus signa et prodigia in brutis ostendit. Asina Balaā prophete loquuta est. Bos tandem in Romano agro/aliaq₃ permulta huiuscemodi legūtur mirabilia. Itaq₃ Alphonsus scribit apud ciuitatem Barchinonem cum beatus Antonius illuc miraculose translatus ante fores regij prepositi staret incognitus/quandam suem vnum ex fetibus seu porcellis/quos non procul enixa fuerat/claudum et inualidum ore apprehensum gestasse/anteq₃ pedes viri sancti detulisse/quo ibidem reposito/sus ipsa quibus poterat modis opem ac medelam implorare videbatur/vociferans et grunniens: quamobrem multis hoc factum spectantibus/et mirantibus/salutifere crucis signo per virum dei facto/protinus curam egri animalis fuisse subsecutam: eoq₃ miraculo ipsum diuum patrem fuisse agnitum/atq₃ ad regem graui infirmitate laborantem perductum/quem etiam dei beneficio pristine dicitur restituisse sanitati/illumq₃ cum ciuitate ipsa ad veri dei cultum instruxisse. Quapropter regionem illius homines/ad rei geste memoriam/dicti sanctissimi patris imaginem exprimentes/ad pedes illius suem addiderunt: quod subinde ad alios deriuatum est. Nostra autem memoria in Nouariēsi agro vidua quedam seuiente peste fugiens/propriam domū/nemine ibidem relicto/deseruerat/in qua aliquot obesos sues enutriebat. Post certos vero dies recordata se eosdem in hara clausos sine pabulo reliquisse/totius humani auxilij spe destituta/quandoquidem paupercula erat/in maximos luctus incidit. Uerum subijt tandem illi memoria testatissimorum miraculorum/que indies dominus per intercessionem beati Antonij operatur: et vt ipsa referebat mentē illius valde permouebat effigies suis/quam ad pedes imaginis viri sancti conspexerat. Quamobrem pia mente et domū/et sues eidem sancto sua interuentione seruandos commendauit. Nec frustra: ipsa nanq₃ post triginta et amplius dies rediens/et domum intactā/et sues quasi optime pastos reperit incolumes. Additum est postremo imagini almi dei cōfessoris tintinnabulum/seu cāpanula/non alia profecto ratione/q̄ quia campanule vsum ab antiquo sedes apostolica religioni sancti Antonij peculiariter legitur concessisse/vt nunc ij

eiusdem illo signo in locis quibuslibet suum testentur aduentum. A nonnullis tamen creditum est hoc idcirco factum esse/ quod rex Palestinorum camelos rebus ad victum necessariis onustos/ sine aliquo ductore/per magnam eremi vastitatem incerto itinere ad beatum Antonium/tintinnalibus seu campanulis ad colla eorum appensis/fertur destinasse/vt errantibus ipse Antonius pro excipiendo necessario commeatu facilius posset occurrere.

Prime partis conclusio.

Caput.xlix.



Ec sunt que de Antonij vita et gestis ex probatissimis autoribus excerpta/mihi visa sunt cognitu memoratuque non indigna. Nec dubium est quin hec ipsa minima sint de maximis/vt Athanasius ipse profitetur. Tante namque prestantie vir iste sanctissimus fuit/ totque virtutibus et miraculis effulsit/vt a nullo mortalium condignis laudibus celebrari posse credatur.

Finis Prime partis

Compendij Antoniane historie.

Clarissimi principis Joannis

Francisci Pici Mirandule domini ⁊ Cocordie comitis ad diuum Antonium heroicum carmen.

Non mihi Latone vox enthea surgat ab antro/
Ut ritus Egypte tuos/ antiquaqꝫ sacra
Concelebrem/aut referam Regum monumenta priorum:
Secundosve canam Nilo stagnante nouales/
Aduectasve Pharon Nabatheo a littore merces.
Fallaces etenim diuos/fortesqꝫ perosus/
Impia contempsi mentito nomine sacra.
Nec celo equatas(monumenta insignia)/moles
Pyramidum/aut Pharie nocturnam Lampada turris
Mirabor/cupiamve tuis versarier aruis/
Ethiopum ve solum ficti sub imagine Tauri
Lustrando arcanos Nili perquirere fontes/
Quesitosqꝫ diu numerosa per ostia ferre.
At maiora/tuo nisu/maioraqꝫ mundo
Ingenti/nunquamqꝫ satis laudata trophea
Antoni/⁊ celebres inferno ex hoste triumphos
In te admiratus/pro tanti munere alumni
Parcius ipse tuum pergam damnare Serapim/
Et male discerptum deserta per ardua Osirim/
Antonij ad laudes conuersus/⁊ inclyta facta.
Sed mihi per calide Meroes/perqꝫ arua Syenes/
Et per centifore Thebes deserta vaganti/
Atqꝫ tuos mores ⁊ gesta auido ore canenti/
Sancte pater liceat sacram per tempora biblon
Serpere/⁊ intexto precingier ilia Junco.
Quo recubans/tecumqꝫ habitans occlusus in antro/
Et Regum contemnis opes/⁊ lubrica vite
Gaudia/⁊ humane male sanos laudis honores:
Congressusqꝫ Erebi turmis furialibus/omni
Interna ex acie remeasti victor/⁊ ipso
Celestis regis meruisti ex ore triumphum.
Tu patriam fugiens/teneris deserta sub annis
Tesqua petis/fretus patrie celestis amore:
Oblatumqꝫ fugis celeri per deuia cursu/
Quod laquei in morem tibi tum pretenderat aurum/
Egregijs visqꝫ heroum obluctata triumphis
Usqꝫ nocens Stygij mens insidiosa Tyranni.
Hinc tenui vitam solitus tolerare labore/
Quod precij reliquum fuerat partiris egenis/
Queis iam pene puer campos/oleasqꝫ paternas
Distribuis/securus opum/securus honorum/
Securusqꝫ tui.nam mente per atria celi
Lucida/perqꝫ domos superum spaciatus/eremi

Duricia/steriliqȝ solo/⁊ sitientibus aruis/
Mutasti ambrosiasqȝ dapes/⁊ nectaris haustum.
Hoc sapere/hoc docti miratrix turba Platonis
Nesciũt/aut Macedum celeber telluris alumnus/
Chalcida Cecropijs petijt qui a sedibus vrbem.
Hoc sapere est/quando ⁊ celo/superisqȝ/deoqȝ
Innitens/⁊ opes/⁊ inanis culmina fastus/
Et mundi illecebras/⁊ noxia vota relinquis
Spe felix/meritisqȝ magis post funera felix/
Eternum felix. Hinc bella/hinc horrida bella/
Nanqȝ per infernos tractus/per Lurida regna/
Dum tibi promissum celum/promissa tonantis
Atria condiscit strepitans Acherontia turba
Inuidia flagrans/Erebi de sedibus imis
Eumenidum furiata cohors in te agmina mouit:
Et nunc fallaci ingreditur sub imagine sensus/
Nunc foris armatas acies ostentat ⁊ viget.
Quis rogo/quis referat pugnata ex ordine bella
Tartareo cum rege tibi:dum colla draconum/;
Sibila preferret/rugientiaqȝ ora leonum:
Atqȝ canum rabidos rictus/⁊ aperta luporum
Guttura/⁊ instabiles morantem Protea vultus:
Et modo per varios agitantem brachia tractus
Aeris/ac vastis simulantem Egeona membris/
Et Phlegethontea minitantem bella securi:
Et modo per nares fumos/perqȝ ora rotatam
Lampada/perqȝ oculos suffectos sulphure multo/
Perqȝ aures ceno plenas Acherontis auari/
Atqȝ per anguineos spargentem incendia crines/
Et modo pacatam faciem/simulataqȝ verba
Dulcis amicitie/⁊ ritus moresqȝ benignos.
Tu vero intrepidisqȝ animis/⁊ ad omnia solers/
Armatas furiarum acies contundere inermis
Consuesti/signoqȝ crucis seu fulminis ictu
Pellere/⁊ ad tristis tenebras detrudere Auerni:
Ad molles pugnas/atqȝ illecebrosa Diones
Prelia/Tenarei flatu commota tyranni/
Cautior Arcadio longeqȝ oculatior Argo.
Nam quum per faciles animi mollesqȝ recessus
Tentamenta sue perferret ad intima fraudis
Pectora/cum pulchris circum precordia formis
Luderet/⁊ tepidos spiraret in ossa vapores/
Tu contra admissi sibi conscia pectora iniqui
Actutum obiectas/vltriciaqȝ arma tonantis/
Tartareeqȝ minas ⁊ dira incendia flamme:
Queis ille in tenues fugit ceu fumus in auras.
Non tamen eiectus bello/⁊ superatus inermi
Destitit/ad pugnam geminato milite acerbam

Uertitur/atq; truci laceros crudeliter artus
Conterit assultu/moribundaq; membra relinquit/
Seminecemq; trahunt socij/ꝛ pia funera curant.
Quum subito/elatisq; oculis/signoq; fideli/
Ad solitas sedes/ad pristina bella redire
Actutum instituis/Stygiumq; lacessere Martem.
Ecce autem tuguri per summa cacumina luce
Labitur immensa Christus regnator Olympi/
Uictoremq; ducis Erebi te voce salutat/
Et sanat laceros artus/plagasq; cruentas/
Egregium ꝛ toto decernit in orbe triumphum.
Ex illo etherei se se effudere colores
Luminibus/placidoq; magis clementia vultu.
Risit/ꝛ in leta fulsit victoria fronte.
Quis nam hanc non malit diuina ex laude coronam/
Quam vinctum Persen Rome ostentare superbe/
Aut spolia Armenij Tigranis opima referre/
Siue catenati pretendere colla Jugurthe?
Fama ducum Augustosq; sinus/ꝛ iniqua potentum
Atria vix tetigit/fragiliq; in sede recepta est
Gloria/per que hominum paucorum pectora viuit
Interitura breui:tua nulli obnoxia morti
Fama per exustam Lybienq; Asiamq; patentem
Transit in Europam/viguit/semperq; vigebit
Gloria/limitibus nullis conclusa/per omnes
Tethyos alterne tractus/perque vltima mundi/
Per celum superosq; means felicibus alis.
Quoq; magis teritur longinqui dentibus eui/
Hoc magis egregio splendescit flore iuuente:
Ac memini si quando illam temerare prophani
Cepere/haud alias ipsos maiora tulisse
Supplicia vltoris fumi flammeq; sequacis.
Non ego Aloidas ficte post prelia Phlegre
Fulmine deiectos/Capanei aut impia dicam
Ingentis telo fumantia membra trisulco.
Uidimus ambustos artus/atq; ossa perenni
Exemplo ad postes sacri pendentia templi.
Uidimus integrum consumpta carne cadauer/
Que subito exarsit violato nomine magni
Antoni/subitoq; imis incendia venis
Traxit/vt enormi prompsit conuitia lingua.
Tanti te superum celi terreq; creator
Fecit/ꝛ hec sprete tribuit stipendia fame.
Nanq; illam teneris ꝛ adhuc crescentibus annis
Dum fugis/ipsa magis celebri te voce secuta est.
Maior ꝛ illa quidem Phario presepta cubili
Splenduit arctoo/quam si sub cardine Rheni
Cornua fregisses/ꝛ iniqua ad littora Peuces/

Concretum glacie ferratis curribus Istrum
Milite calcasses numeroso/ & Martia victor
Usq; ad Hyperboreos duxisses signa Gelones.
Te Constantinus Rome dum tractat habenas/
Pacatumq; regit magnis virtutibus orbem/
Et supplex recolit deserta/ & sede latentem
Inuocat/atq; suis optat succurrere votis.
Te sophie celebres Pellea ex vrbe magistri
Suppositum celsi prerupto in vertice montis
Conueniunt/pauidiq; silent/ & ab ore loquentis
Attoniti pendent/dum fontes pellere morbos
Actutum membris spectant/dum cedere membris
Possessis furias/dum vite eterna future
Premia condiscunt/venerandaq; pectora cernunt
Prescia venturi/superumq; inuexa choreis.
Quid quod capripedes satyri tibi munera promunt?
Quodq; fere dicto parent/geminiq; leones
Procumbunt genibus placidi/ & tua iussa capessunt?
Quodq; tuum nomen furua sub sede tremiscunt
Monstra Erebi/ & Stygie trepidant te incendia flamme?
Multa tuum ante obitum nobis dicenda supersunt
Sancte pater/nec pauca tui post iussa sepulchri:
Sed tamen interea hec taciti mirabimur/omni
Optantes voto tua per vestigia gressus
Ferre/nec humane laudis curare fauorem/
Aut sceptra infida/aut infidi pondera nummi.
Non mihi non Cresi gazas opulenta refundat
Lydia/harenose mihi nec Pactolus & Hermus
Qua mea rura secat Sicle contingere ripas
Gestiat/Eridani maiora fluenta priusquam
Intret agens/socias voluens ad littora lymphas/
Littora que fluctu semper ferit Adria vasto.
Neve vnquam incensus tanta ambitione laborem/
Ut victor sperem lauru redimitus honora/
Uectari aurato celsa in capitolia curru.
Quid Creso tandem congesta pecunia regi
Profuit/exerta repetenti voce Solonis?
Nomen quid toties Pompeio profuit olim
Tendere laurigeris Tarpeia ad saxa quadrigis/
Quum iacuit Pharia truncus reuolutus harena?
Quid mihi si quicquid latebrosis montibus auri
Eruitur/quicquid nauta exquisiuit auaris
Consilijs/pelago laxat quum vela frementi/
Adsit/ & omnifero fundat se copia cornu?
Quidq; ingens si fama mihi/si quicquid honorum
Affuerit/quod iam post Gallica bella Camillo:
Quodq; illi quondam dederat mauortia Roma/
Qui fuit a rigidis consul reuocatus aratris?

Rum fumi somniqʒ vaga sub imagine tandem
Pretereunt ꝛ opes/ꝛ inanis gaudia fastus?
Cuncta fluunt/refluuntqʒ graui vexata tumultu/
Que fremitu assiduo circunluit Amphitrite/
Et vario peragrat vultu circum humida luna.
Hec eadem senio confecta ꝛ morte soluta
Dispereunt/vmbre/rapidoqʒ simillima vento.
Me sat erit gemino magni post prelia Juli
Exilio fessum/patria in ditione manere/
Contentum paruo:sat erit sine crimine vitam
Degere tranquillam/ꝛ nulla pallescere culpa.
Ut quum mortales mens nostra reliquerit artus/
Non vnquam inferne patiar dispendia flamme.
Quod te iterum atqʒ iterum supplex/pater alme/rogabo/
Quando etiam perhibent propria hec tibi dona fuisse.
Inde per aerios tractus mens ipsa beatis
Mixta choris superum/nihil ꝛ sibi conscia/felix
Scandat ad empyreas sedes/vnde impia Ditis
Turba sequax nigri ruit intima ad antra profundi:
Empyreas sedes/vbi tu pater inclyte semper
Eterno fruerisqʒ deo/semperqʒ frueris.

Secunda pars Compendij
Antoniane histone.

Procemium.

INeffabilis summi dei benignitas erga genus humanuz maximis atqz perspectissimis innotescit argumentis. Ipse siquidem eternus dei filius vt humanitatem/mortalemqz nostram naturam diuinitati sociaret seipsum humiliauit factus homo. Cumqz se ipsuz demiserit/ex celis in terram veniens/homines terrenos ad celum transferre atqz extollere/et ex mortalibus deos facere desiderat. Nam z beatas sanctoruz suorum animas celestibus sedibus inserit/z post funestum huius seculi finem illorum corpora perpetue vite aliquando restituenda/incomparabili gloria decoranda fore constituit Quodqz maximum benignitatis z in suos electos amoris est indicium/etiaz ipsa corpora future/vt prefertur/glorie destinata/nequaq̄ in terris diutius patitur absqz debita veneratiōe manere recondita. Quinimo ea ipa q̄uis locis ignotissimis sepulta vel occultata/miraculosis tandem ostētionibus/ quemadmodum plurimis scriptorū testimonijs edocemur/visus est fidelibus multoties reuelasse. Nec id alia de causa putandum est esse factum/ q̄ vt illa debitis honoribus mortales prosequerentur/ ipsiqz mortales condigna illis exhibita veneratione/eorundem sanctorum patrocinium promererentur. Parua nanqz sunt humane fragilitatis merita/nisi sanctorum atqz electorum dei precibus adiuuentur. Nec mirum cuiq̄ videri debet/ si ea corpora que calcatis contemptisqz rebus humanis celestem z quasi angelicam duxerunt vitam/specialibus a Christo dotibus illustrentur. Nam ea Christi propria est gloria/quādoquidē martyrū palme/vt inquit Ambrosius/Christi sunt triūphi.

Quod summa dei prouidentia
plerunqz sanctorum corpora diutius latere sinit/sed
postmodum illa congruo tempore
cum gloria reuelare
dignatur.

Caput.j.

LAtent quidem diuina mysteria/nec facile/iuxta propheticum dictum / potest quisq̄ hominum scire dei consiliū. Quāuis etenīz summa illius benignitas iustorū animabus/post illarum a luteis terrenisqz habitaculis separationem / in eterna beatitudine collocatis/corpora ipsa/quibus tanq̄ organis ad omnia bona opera spiritus sanctus vsus est/sub expectatione future resurrectionis et glorie/a mortalibus debita veneratione coli disposuerit/illa tamen certis latere sinit temporibus. Nec putandum est idipsum casu aliquo aut fortuito

euentu fieri/sed pro eo potius quo deus ipse cuncta administrat rerum ordine et tempore/nobis sane incognito/eidem vero notissimo. Sic nanq; generis humani salutem/non statim post primi parentis lapsum/sed longissimo post annorum curriculo visus est disposuisse faciendam. Sunt itaq; apud eu; latentes cause/ et quarumlibet rerum ab eodem summa et inscrutabili ratione prestituta tempora. Quod igitur sanctorum corpora aliquandiu latere finit/non obliuionis est indicium/quandoquidem ne minimus quidem passer in obliuione est apud deum/sed ad ipsorum potius sanctorum gloriam credendum est id ipsum summa dei prouidentia ordinari: vt vel eorundem sanctorum longo temporis excursu consopita apud homines memoria/tanquam nouo per reuelationem exorta/nouaq; celebritate reuiuiscat: vel vt diuina huiusmodi reuelatione illorum gloria et meritorum acceptio magis ac magis comprobetur: aut quia reuelationes ipsas congruis expedit fieri temporibus/iis scilicet quibus maior cum deuotio/tum etiam facultas in populo ad dei gratiam et tale munus suscipiendum exuberat/atq; ad ipsorum sanctorum corpora precelsius veneranda sese melior opportunitas exhibet.

Qualiter olim plurimorum sanctorum corpora diuinitus fuere reuelata.

Caput .ij.

Non vno sane exemplo constat sanctorum corpora diuina reuelatione olim fuisse reperta. In primis nanq;/ diuo Hieronymo teste/ Honorij ac Theodosij temporibus saluator noster sua benignitate locum sepulchri et reliquiarum corporis sancti protomartyris Stephani Luciano presbytero viro sancto reuelauit/quam etiam reuelationem ipse Lucianus ad omnium ecclesiarum personas Greco sermone conscripsit. Sub Arcadio quoq; imperatore / vt ecclesiastici scriptores profitentur/corpora Micheae et Abachut prophetarum/domino reuelante/reperta sunt. Similiter et corpora sanctorum Vitalis et Agricole beato Ambrosio apud Bononiam diuina pietas reuelauit. Eidem quoq; diuo Ambrosio apud Mediolanum diuinitus reuelata sunt corpora sanctorum martyrum Geruasij et Prothasij/ illiq; per visionem iniunctum vt eadem beata corpora exaltaret/sublimiq; loco reponeret/et vt in nomine eorum ecclesiam fabricaret. Preterea diuino miraculo reuelatum fuit corpus beati Firmini martyris sub sancto Saluio presule apud Ambianensem ciuitatem. Corpus etiam beati Barnabe apostoli apud Salaminam in crypta absconditum per diuinam reuelationem inuentum legitur/ Pariq; modo sancti Joannis Baptiste reliquias tradunt iandudum fuisse a fidelibus repertas. Eadem insuper diuine pietatis prouidentia sub Constantino imperatore sanctorum Abdon et Sennen subregulorum corpora/postquam diu latuissent fuere reserata. Possent et alia per plura hac in re testatissima exempla in medium afferri/quibus haud dubio argumento perpendimus diuine pietati cure esse/vt suorum sanctorum corpora locis abiectis absconsa reuelentur/et debita cum veneratione sublimentur.

Qualiter

Qualiter beatus Antonius: qui sepulturam suam voluit esse contemptibilem et absconditam/ea humilitate meruit postmodum gloriose reuelationis honore decorari.

Capyt.iij.

Quisquis almi dei confessoris et beati Antonij historiam diligenter perspexerit/haud dubie intelliget illum ex maxima humilitate summopere precauisse/atqꝫ prouidisse ne post mortem corpus suum aut superstitiosa veneratione/aut aliqua sanctitatis opinione coleretur/neue ei cultus aliquis maior ꝙ vili homunculo impenderetur. Nam non solum fratrum multitudinem/frequentioremqꝫ illorum assistentiam in morte refugit/et ad vanam Egyptiorum circa nobilium personarum corpora obseruantiam deuitandam corpus suum humo tegi mandauit: verum etiam ne quouis tempore Pergamus vir in illis partibus nobilissimus atqꝫ ditissimus exhumatum corpus eius alibi transferret/ pro sanctoqꝫ veneraretur et coleret/locum sue sepulture voluit/iussitqꝫ cunctis mortalibus preterꝙ duobus tantum fratribus esse ignotum. Hec igitur deo gratissima humilitas promeruisse videtur/vt beatum illud corpus diuino olim spiritu illustratum/et aliquando summi creatoris benignitate glorificandum reuelaretur/⁊ ex illo inaccesso ferisqꝫ duntaxat peruio loco ad honorabiliorem sedem transferretur / vt iuxta euangelicam scripturam is qui ex humilitate in nouissimo loco recumbere voluerat / hanc dominicam vocem audiret / amice ascende superius. Ille etenim qui se exaltat humiliabitur/⁊ qui se humiliat exaltabitur. Noluit profecto creatoris immensa benignitas tam fulgentem in ecclesia sua lucernaꝫ diutius latere sub modio/sed illam super candelabrum seu eminentiorē locum voluit statuere/vt luceret omnibꝰ qui in domo sunt. Quāuis eñ non terrena corpora/sed virtutes ac merita sanctorum in ecclesia dei maxime elucescant/conspecta tamen sanctorum monumenta bene beateqꝫ viuendi feruorem in nobis excitant/exacuuntqꝫ/necnon vehementer accendunt/⁊ ad virtutes illorū imitandas fulgidaꝫ nobis lucem pretēdūt. Qd si quis difficile putet huius sanctissimi patris corpus/quod in vasta eremi solitudine a duobus tantum discipulis humatū legitur/cunctisqꝫ mortalibus diutius ibideꝫ mansit incognitum/post multa subinde tempora loco ferme inaccesso reperiri potuisse/necesse est recogitet nō esse verissimile Christū ob merita ⁊ humilitateꝫ iam dicti sui almi confessoris/corpus illius in vili ⁊ abiecto loco perpetuo latere voluisse repositum/ ⁊ ob id reuelationem inuentionemqꝫ eiusdem corporis diuinum opus fuisse: quandoquidem sine diuino munere id a mortalibus fieri nullo modo potuisset. Pius igitur ⁊ verus dominus qui seruo suo Antonio post superatos demonum conflictus visibiliter apparens spoponderat se illuꝫ in toto orbe illustrem redditurum/paucis pollicita verbis/postmodum multiplicibus adimplere dignatus est factis.

Cōpendij Antoniane historie De diuina reuelatione:

inuentioneq̄ reliquiarum corporis beatissimi Antonij magni.

¶ Caput.iiij.

Ecclesiasticorum scriptoru3 atq̄ historicorum omnium cōsensu constat anno Justiniani imperatoris secundo beatissimi Antonij corpus apud Thebaidem diuina reuelatione fuisse repertum/ idq̄ in martyrilogij lectione sancta ecclesia tenet et approbat: verum a nullo probate fidei autore proditum est cui mortalium hec ipsa reuelatio facta sit/aut a quo tātus thesaurus repertus extiterit/nec temere audeo pro veris fabulosa ingerere. Nemini p̄fecto dubiū videri debet tā preciosas reliquias abscōditissimo i loco/vastissimisq̄ desertorum penetralibus reconditas/non nisi a personis sanctissimis/maximoq̄ diuine illustrationis mysterio accedente reperiri potuisse. Sed id mirum procuidubio est/ rem tam insignem/z maxime cognitu dignam a nemine fuisse explicatam/atq̄ in lucem proditam/quum tamen scriptores omnes eandem ipsam reuelationem fateantur/z affirment diuinitus factam extitisse/quam etiā quinto cal. Julij antiquitas nobis tradidit celebrandam.

Supputatio temporum

natiuitatis et vite/necnon mortis atq̄ etiā reuelationis et inuētionis corporis beatissimi Antonij.

¶ Caput.v.

Beatissimus Antonius anno nostre salutis ducētesimo quinquagesimo quarto/imperante Decio natus est/ z per annos circiter.xxj.domi versatus/tum deinde in solitudine z eremo annos circiter octoginta quatuor angelicā prope duxit vitam. Mortuus vero est z sepulture traditus humane redemptionis anno trecentesimo quinquagesimo nono/Constantio magni Constantini filio imperante/anno scilicet imperij eiusdem Constantij decimo nono. Jacuit autē eiusdem gloriosi confessoris corpus in torridis eremi locis/vastisq̄ desertorum solitudinibus sepultum/annos ferme centum septuaginta/ac tandem domino(vt predictu3 est)reuelāte/anno Justiniani magni secundo inuentum. Quiquidē annus secundum Sigiberti atq̄ Uincentij supputationem Christiane salutis quingentesimus vicesimus nonus fuit.

De fabulosis

De fabulosis quibusdam scriptis que de eadem reuelatione necnõ inuentione legũtur.

¶ Caput.v.

Nonnulli pium existimantes de rebus sanctis fabulosa queqꝫ referre / modo legentium animos quadam permoueant admiratione sanctitatis / varijs delyramentis fabulosisqꝫ narrationibus vulgo editis / maximã veritati ipsi caliginẽ obduxerũt / dũ sese difficultas nõ mediocris ingerit / inter vera falsaqꝫ discretionis prouide iudicium adhibendi. Qua de re magnopere culpandi sunt qui Christum veritatis autorem / quiqꝫ ipsa veritas est / aut sanctos eius figmentis atqꝫ commentitijs scriptis putant esse colendos. Huius autem generis est fabulosa quedam narratio seu scriptura de reuelatione et inuentione corporis beati Antonij ab incerto quodam autore edita / que nec vere temporum supputationi congruit / nec in personis aut rebus veri similitudinem seruare meminit. Nanqꝫ in primis reuelationem ipsam et inuentionem contigisse refert tempore quo Constantinus regebat imperium apud Byzantium / quod falsissimum est / a veritateqꝫ longe alienum. Ipsius nanqꝫ Constantini temporibus / Hieronymo teste / Antonius adhuc vitam in humanis agebat / et per multos annos reuelatio eius mortem subsequuta est. Illud etiam commentitium est quod scribit / Constantino filiam fuisse nomine Sophiam a malignis spiritibus possessam / ꝙꝙ ipso Constãtino imperante Theophilus apud Byzantium episcopatum gereret. Ridiculum preterea est quod ibidem legitur / priorem et fratres monasterij / cuius ibi mentio habetur / a tempore quo ab eo loco beatus Antonius recesserat / vsqꝫ ad inuentionem vixisse / ꝙꝙ Antonius ipse ecclesiam illam construxisset / in qua ex crystallo puro altaria essent fabricate. Cumqꝫ prius ibidem asseratur neminem ad locũ ipsum venire solitum / subinde tamen infertur ibi fontem videri tepidum / ex quo pedes fratrum quotidie aduentantiuꝫ lauabantur. Itaqꝫ tanta est vndequaqꝫ imprudentia narratorum / vt aniles nuge meraqꝫ delyramenta esse facile deprehendantur. Quapropter ijs penitus reiectis / prestat id soluꝫ tenere et amplecti quod sacrosancte ecclesie iudicio, probatissimorumqꝫ autorum relatione receptum est / ipsam scilicet corporis beatissimi Antonij inuentionem diuina reuelatione haud dubie factam extitisse.

De prima huius sancti corporis a desertis Thebaidos ad Alexandrinã ciuitatẽ translatione.

¶ Caput.vj.

Post diuinam huius sancti corporis reuelationem / atq; gloriosam inuentionem / ipsum corpus venerandum Alexandriam delatum est / et in diui Joannis Baptiste templo honorifice conditum / seu vt nonnulli tradunt in sepulchro ac loculo marmoreo repositum: ibiq; prima venerationis eiusdem sedes extitit / vbi olim maximo populorum spectaculo Christiane fidei veritatem contra Arrianorum perfidiam comprobarat / plurimaq; ad diuine potentie testificationem miracula turbis spectantibus ediderat. Hanc autem memorandam translationem sacro sancta ecclesia in martyrologij lectione comprobat / omnesq; id idem historici sentiunt atq; testantur. Quapropter ille quisquis est scriptor supra memoratus / qui de reuelatione et inuentione commentitia scripsit / etiam hoc loco suam ostendit impudentiam / dum asserit eos qui sanctum hoc corpus deferebant / Alexandrinam ciuitatem ingredi noluisse / sed vrbe ipsa contempta sanctas reliquias recta via Constantinopolim transtulisse. Quanq̃ autem omnia ab illo impudenter conficta aut perperam relata esse deprehendantur / attamen existimo scriptorem ipsum aut a Grecis / aut ab Egyptijs de reuelatione / et inuentione nec non translatione huiusmodi nonnulla accepisse / vel audisse / que postmodum non satis habens perspecta / rerumq; et temporum non satis gnarus / vera falsis intermiscendo corrupte explicuit: et que veraciter narrando / vt par erat / assequi non potuerat / propria inuentione supplere conatus est. Nam quod de Sophia scribit: tametsi Constatini temporibus nequaq̃ possit congruere / certum tamen est Justinianum (cuius temporibus hec inuentio contigit) filiam nomine Sophiam habuisse.

De vestimento cum sanctis reliquijs iam dicti corporis reposito.

Caput. vij.

Cernitur ad hanc vsq; diem vna cum sanctissimis dicti corporis reliquijs excesum quoddam / nimiaq; vetustate detritum vestimentum / quod Pauli primi eremite fuisse nonnulli existimant / tametsi plerique non Pauli / sed Antonij potius fuisse opinentur. Materia que aut qualis sit / non facile discerni potest. Color est fumoso persimilis / textura artificiosa / superficie exterius plana / interius vero prolixe atq; prominentes barbule hirsutam villosamq; speciem reddunt. Posterius ad collum consutitiam habet scuti formam / clausum est vndiq; / nulla fissura aut apertione patente / preterq̃ ad caput immittendũ. Ad hec / ora ipsius vestimenti per girum inferius complicata cernitur / ne textura sese attritu dissoluente fimbriaretur. Christianissimus Francorum rex Franciscus eius nominis

eius nominis primus nuper/viso eoipso pallio/iudicauit palmeum esse/cui plerique sunt assensi. Vetustas tamen eius rei certitudinem intuentibus adimit.

De secunda eiusdem sancti corporis translatione apud vrbē Constatinopolitanā.

Caput.viij.

Constās fama est: ātiquissimisque literis Grecis Latinisque proditum/venerandum corpus sancti Antonij ab Alexandria Egypti vrbe Constantinopolim fuisse translatum/ sed id a quibus personis/ vel quo tempore/ quave de causa factum sit / a nullo satis probate fidei autore scriptum reperi. Et hac in re diuersi diuersa sentiunt/ verum vt in ea opinionum varietate id quod probabilius ac vero similius mihi videatur succincto sermone referam/ quum post Romani imperij lapsum ac declinationem, Egypti prouincia Constantinopolitanis imperatoribus diu paruisset / tandem Egyptij vel auaritiam/vel superbiam Grecorum pertesi/vt historici tradunt/ circa annum dominice incarnationis septingentesimum quartum ab imperio Constantinopolitano ad Sarracenos defecerunt. Quod licet ea lege et conditione factum esset / vt cuiuis sine molestia in propria secta viuere liceret / plures tamen ecclesiastici viri/sancteque religionis cultores principatum et dominationem infidelium perhorrescentes / sibique certo certius persuadentes ecclesiam dei ab ipsis Sarracenis grauia in posterum esse passuram/ ab Alexandria soluentes/cum sanctis quas secum habebant reliquijs/ad Constatinopolitanum imperatorem / cuius ditioni antea parere consueuerant / transfiretarunt. Quos idem imperator benigne susceptos humanissime pertractauit/ locumque mansionis illis assignauit. Magnam autem hac in re comperio scriptorum varietatem/quibusdam referentibus sanctas huiusmodi reliquias/que ab Alexandria delate fuerant/in maiori seu patriarchali ecclesia Constatinopolitana/idest/in sancte Sophie templo fuisse repositas: alijs contra asserentibus/illas non intra vrbem/sed in suburbano quodam loco eidem ciuitati propinquo fuisse collatas. Mihi profecto propius vero esse videtur religiosos illos viros ex Egypto aduectos/clericis ecclesie Constantinopolitane nequaquam fuisse aggregatos/minusque etiam reliquias ab ipsis Egyptijs delatas maiori ecclesie traditas/sed potius ab eisdemmet Egyptijs in loco sibi per imperatorem assignato peculiariter fuisse conseruatas.

Consideratio verisimilis

causse tertie translationis dicti sancti corporis/que postmodum ex Constantinopoli ad Uiennensem prouinciā facta est.

¶Caput.ix.

QUisquis historiā a beato Athanasio conscriptam diligenter perlegerit/haud dubie agnoscet sanctissimum dei confessorem Antonium ꝙdiu vitam duxit in humanis/acerrimum hostem infidelitatis atqꝫ heretice prauitatis extitisse/insuperqꝫ hereticorum ⁊ infidelium cetus necnon consortia summopere declinasse:suis preterea discipulis arctissime interdixisse ne perfidorum seu hereticorum sese quouismodo cetibus immiscerent/aut cum illis vllum haberent commercium. Quapropter non leui(vt reor)argumēto mihi persuadeo ipsum beatissimum patrem iandudum precauisse/ne sui corporis reliquie in Egypto (postꝙ infideles ibi dominari ceperant)remanerent. Tum deinde eisdem reliquijs Cōstantinopolim translatis/etiā hereticam pertinaciam (que apud Grecos vigere cepit) exhorruisse/sedēqꝫ ꝑpterea mutare/⁊ ad partes Galliarū migrare voluisse. Huius aūt tertie trāslatiōis seriē ⁊ modū/succincta ꝙtū potero narratiōe conabor retexere.

Qualiter Christi bonitas

ad subleuandas varias pressuras sanctorū patrocinia mortalibus subministrat.

¶Caput.x.

DIuine animaduersionis seueritas/grauioribus nonnunꝙ mortalium culpis exigentibus/morborumqꝫ calamitatum/diuersarum pressuris salutarem vindictā exercet in populis/vt procliues proneqꝫ ad malum humane mentes flagris atqꝫ flagellis excite ad sui erroris agnitionem pertrahātur/⁊ ex terrenis incipiant suos ad celestia cogitatus erigere. Tanta autem in nos est creatoris atqꝫ redemptoris benignitas / vt pressuris ipsis / necnon periculis imminentibus opportuna semper hominibus subsidia largiatur/⁊ preparet. Sic etenim olim (vt sacre litere perhibent) cum dira fames omnem terram esset oppressura/pro salute Israel venundatus est Joseph/et premissus in Egyptum:pluraqꝫ huius generis passim exempla leguntur. Simili itaqꝫ prouidentia /summaqꝫ diuine pietatis dispositione credendum est esse factum/vt cum hominum perfidia succrescente / malitiaqꝫ inualescente temporibus Henrici imperatoris (quem Sigibertus ⁊ Uincentius quartum/nonnulli vero tertium fuisse dicunt) futurum esset

futurum esset ut occidentales populi diris morborum contagionibus atrociter vexarentur / pius benignusq; redemptor his paulo ante ad subsidium largiretur illum / quem dudum (ut inquit Athanasius) bonum Egypto medicum concesserat / illiusq; beatissimum corpus ab orientalibus prouinciis ad hasce regiones occiduas disponeret esse transferendum.

Qualiter Henrici imperatoris temporibus dira morborum lues in occidentalibus viguit regionibus / sacro igne in hominum membris miserabiliter seuiēte.

Caput.xi.

Ut autem supramemorate rei veritas notior habeatur / Sigibertus historicus, autorq; fide dign9 scribit Hērici predicti / ac etiam Henrici quinti eius filii qui postea imperauit / temporibus / seuam morborum tabem in his occiduis partibus & prouinciis per plures annos crudeliter atq; miserabiliter fuisse grassatam. Id idem et Uincentius Gallus quinto ac vicesimo suorum commentariorum libro / octogesimo quarto / paritery; nonagesimo capitibus / sexto quoq; et vicesimo libro capite nono affirmat / atq; testatur / asserens eo tunc / necnon et Lotharii secundi temporibus ꝙ plurimos mortales dira sacri ignis tabe fuisse vexatos. Ipso siquidem sacro igne (ut idem Uincētius refert) hominum membra et artus corripiebantur accendebanturq; / et ad instar carbonum nigrescebant / atq; interius consumebantur / necnon computrescebant: ita ut ea lue plures miserabiliter morerentur / alii vero manibus aut pedibus eo morbo perustis mutilarentur / truncatiq; misere vite reseruarentur / multi quoq; neruorum contractione distorti torquerentur / infinitaq; dietim hominum multitudo hac horrenda persequutione laboraret. Ut eniz Hugo Farsetus scribit: aduersarie potestati humaniq; generis inimico tūc concessum videbatur percutere multos plaga ista diuerse etatis et sexus / ita ut semel succensa eorum corpora cum intolerabili cruciatu arderent. Tam acerbis itaq; malis haud multo post affuturis / volens ipse humani generis autor medicum illum et intercessorem concedere / quem (ut predictum est) bonum olim medicum Egyptiis indulserat / beatissimum scilicet Antonium / corpus illius transferri voluit ad prouinciam Uiennensem. Huic siquidem gloriosissimo suo confessori dominus specialem prestitit gratiā / peculiaremq; prerogatiuam largitus est / ut eius interuētione sacri ignis incēdia restinguantur / & membris egris refrigeria prestentur: quod et diuus Thomas Aquinas / aliiq; non spernendi autores probant. Idem etiam prestitarum sanitatum effectus locupletissime protestatur. Nam ut de aliis taceamus / hoc ipso quo hec scripsimus anno / plurimos (deo teste) sciuimus eo diro morbo laborantes / implorato eiusdem sancti patrocinio / locoq; morbi diluto / seu consperso eo vino quo sacri corporis reliquie intincte fuerant / pristine restitutos fuisse sanitati.

Cōpendij Antoniane historie

Qualiter illis temporibus dira

sacri ignis persequutione mortales miserabiliter
perurgente/Christus non solum medicum
indulsit beatissimū Antoniū/sed etiā
ad pauperū eo morbo mutilatorū
sustentationē religionem pecu
liarem voluit exoriri.

Caput.xij.

HAc autē horrenda persequutione seuiente/non tantum opus esse videbatur diuino medico/qui sua intercessione plurimos eorum promerēte deuotione seruaret illesos/alios vero ipsa egritudine laborantes/piis eorū votis supplicationibusqꝫ exigentibus liberaret/verum etiam q̄maxime opportunum atqꝫ pernecessariuꝫ erat/vt hi qui diuino sic disponente iudicio mutilati/membrisqꝫ miserabiliter trūcati remanebant/aliquo pietatis solatio/seu opportuna charitatis prouisione subleuarentur/eorūqꝫ miserie necnon calamitati et inopie deo prospiciente consuleretur. Quapropter circa eadem tempora pius et misericors dominus/qui nihil noxium sine remedio esse statuit/ad ipsorum pauperum mutilatorum gerendam suscipiendamqꝫ curā felicibus primordiis specialem ordinem/necnon religionem sub ipsius beatissimi Antonij titulo voluit exoriri/per orbemqꝫ vniuersum fausta propagatione dilatari.

Qualiter Jocelinus Viēnensis

prouincie baro illustris/Hierosolymitane peregrinationis votum assumpsit.

Caput.xiij.

VT igitur ad propositā narrationem descendamus/ante hanc seuam temporum calamitatem per annos aliquot/quum diuine dispositionis decreto futurum esset vt beatissimi Antonij corpus a Constantinopolitanis partibus ad prouinciam Viennensem pro mortalium subsidio transferretur/accidit quemadmodum scriptum legimus/vt baro quidam nobilissimus et potens dicte Viennensis prouincie Guillielmus cornutus nuncupatus/castri noui Albenciani/ꝛMoteqꝫ sancti Desiderij/necnō plurium aliarum arcium et locorum dominus/vir per omneꝫ etatem in armis exercitatissimus/post creberrima pericula quibus se multoties bellicis in rebus exposuerat/deuotione tandem permotus votum emitteret se Hierosolymam/sacraqꝫ nostre redemptionis loca humiliter suppliciterqꝫ visitaturum. Verum grauissima quadam infirmitate preuentus/suum propositum minime potuit adimplere. Quod cernens ipse/solenni condito testamēto: ea lege filium/quem vnicum habebat/nomine Jocelinum/heredē suum

vniuersalem

vniuersalem instituit/vt q̃ primum post ipsius Guillielmi decessum ad dicte Hierosolymitane peregrinationis iter sese accingeret/ patremq̄ emisso voto liberaret. Quod Jocelinus ipse haud grauate spopondit. Nec multis post diebus idem Guillielmus ab humanis excessit.

De errore nonnullorum

qui Jocelinū putant filiū fuisse Guillielmi illius qui postmodum in sanctorum numerum relatus fuit.

Caput.xiiij.

Scio quosdam rerum et temporū non satis gnaros scripto prodidisse hunc Jocelinum filium fuisse illius Guillielmi/ qui postmodum sub ordine eremitarum diui Augustini in sanctorum numerum est relatus. Quod minime verum esse constat/nam temporum supputatione facta liquide apparet Jocelinum longe ante beatum Guillielmum in humanis extitisse/diuiq̄ Antonij reliquias ad Viennensem prouinciam multo ante ipsius beati Guillielmi tempora fuisse translatas/honorificeq̄ repositas. Floruit nanq̄ vite sanctimonia beatus Guillielmus Anastasij quarti ꝛ Adriani etiam quarti Romanoꝝ pontificum temporibus/qui cum Aquitanie dux ꝛ Pictauie comes esset/a beato Bernardo Clareuallensi bonis moribus ꝛ literis imbutus / postmodum seculo abrenunciauit/diuiq̄ patris Augustini ordinem professus est.

Quod Jocelinus qui

sanctas reliquias attulit/ex Pictauensium comitum familia ꝛ progenie fuit.

Caput.xv.

Quāq̃ autem ij qui Jocelinum scripserunt beati Guillielmi Pictauoꝝ comitis filium extitisse/ circa hoc ipsum errore lapsi sint/indubitanter tamen verum existimo ambos ex vna eadēq̄ Pictauēsi familia necnon progenie duxisse originē. Jocelinū nanq̄ ex Pictauensiū comitū ꝓsapia fuisse ortum, vetustissima scripta indicant/cuius etiam rei non leue mihi argumentū prestant peruetusta nobilitatis ꝛ armorū insignia/que supra portā antiquorū horreorum conuentus huius monasterij ad diue Marie templū nonnullisq̄ alijs in locis visuntur. Nec enim suspicari possum ea aliunde/q̃ ab antiquis eiusdem loci possessoribus ꝓcessisse. Certissimū autē est ex ipsius loci dominio a tēpore dicti Jocelini neminē talibus insignibus vsuꝫ:qn̄quidē eo sine liberis defuncto/hereditas illius ad extraneos delata est. Nec quenq̃ moueat qđ supra diximus dicti Jocelini patrē

domo / ſibiqȝ dicato ſacello auſi eſſent hoſpiti ſuo vim facere/iniuriamqȝ inferre. Itaqȝ eodē loco protinus cedere/meſtoſqȝ abire coegit. Tum deinde pulſis illis/ idem beatus ſenex blandis egrotum verbis affatus/talia ad illum verba facere videbatur. Noli timere fili/ego ſum ſacelli huius ſeruator ꝛ cuſtos:tibiqȝ tanq̄ hoſpiti meo auxiliabor/et te ab iniuria defenſabo:verum caue ne vltra differas promiſſam Hieroſolymitanā peregrinationem adimplere/ſed ſtatim ad illam pro voto patris accingere. Hanc autem pro impetrata tibi ſalute tu mihi rependes gratiam / vt corporis mei reliquias ab orientalibus partibus ad has occidentales oras(dum redibis)cures tranſferendas. In quibus quidem occiduis partibus Chriſtus dominus me poſt hac diſpoſuit precelſius fore venerandum. Quo dicto/ viſio ipſa diſparuit/cepitqȝ egrotus cunctis qui aderant mirantibus/ cum gemitibus ꝛ ſuſpirijs manus ad celum tendere. Nec multo poſt curatis vulneribus/incolumitateqȝ recepta, ſoſpes ad propria remeauit. Hoc autem verum ne ſit an commentitium/deus ipſe nouit. Fateor equidem id non in authenticis / ſed in priuatis quibuſdam ſcripturis proditum eſſe:quapropter eam ipſam narrationem pro cuiuſuis arbitrio probandam vel improbandam relinquo.

Qualiter Jocelinus

Hieroſolymitanam peregrinationē aggreſſus eſt.

Caput.xvij.

REbus itaqȝ domi pro tēpore ordinatis/Jocelinus non contemnenda nobilium virorū caterua comitatus/maritimo itinere Hieroſolymas petijt/locaqȝ ſacroſanctis noſtre redemptionis myſterijs conſecrata deuotiſſime viſitauit. Quo autem id geſtum ſit anno/quia ſcriptum ſeu ab aliquo proditum non reperi/nequaq̄ poſſum ſalua hiſtorica fide pro certo aſſerere:ſed quantum cōiectura aſſequi/ac ex ſubſequuto poſtmodum rerum euētu veriſimuliter metiri valeo/ id ipſum arbitror circa milleſimum atqȝ ſeptuageſimum dominice incarnationis annum contigiſſe. Sepulchro igitur dominico et alijs venerabilibus locis pro ſaluatoris memoria deuotiſſime viſitatis/iam dictus Jocelinus ſolicite percūctatus eſt quanam in parte beati Antonij corpus haberetur. Intellexitqȝ (fama referente) ſanctas beatiſſimi illius corporis reliquias pridem ad Conſtantinopolitanam vrbem fuiſſe tranſlatas/ibidemqȝ reconditas aſſeruari. Veruntamen eo tunc ad partes illas parum tuta videbatur profectio/eo q̄ atrociſſima ibidem bella geri /rerumqȝ varie fluctuationes vigere ferebātur. Sed nullo rerum diſcrimine territus Jocelinus/diuinam gratiam/et beati Antonij tutelam ſibi ſperans vbiqȝ affuturam/illuc protinus ſe conferre/atqȝ omni mora poſtpoſita Conſtātinopolim ſtatuit proficiſci.

Cõpendij Antoniane historie De Constantinopolitani imperij statu tempore quo illuc applicuit Jocelinus.

Caput.xviij.

VT autem infra narrandorum lucidior veritas habeatur, non absurdum fuerit aliquid hoc loco de imperij Constantinopolitani statu per ea tempora vigente recensere. Postea q̃ Cõstãtinus Imperator Romani imperij monarchiã obtinens baptismi meruit purificari sacramento / ne pontificalis apex vilesceret/sed potius vltra terreni principatus potentiam modis omnibus decoraretur/vrbem ipsam Romanam idem Constantinus Syluestro pontifici moderandam disponendamq3 tradidit/⁊ reliquit/imperijq3 sedem apud Byzantiu3 ciuitatem transtulit/quam a suo nomine Constantinopolim appellauit/Augustalis dignitatis culmine eidem ciuitati collato. Apud quam longo tẽpore vnica imperij sedes stetit / verum postea vigente in partibus occidentalibus tyrannorum pressura/gentiliumq3 inualescente perfidia/Romanus põtifex Leo eius nominis octauus/ad fidei ⁊ ecclesie tutelam Carolo magno Francorum regi totius populi Romani suffragio imperatoriã contulit dignitatem:ab eoq3 tempore apud Latinos seu occidentales populos Grecorum seu Constantinopolitanorum imperatorum potestas autoritasq3 terminata est/⁊ extincta. Itaq3 ex tunc duo imperatores/ vnus scilicet Romanus/ et alter Constantinopolitanus in orbe esse ceperunt. Hec autẽ imperij diuisio facta extitit annis circiter quadringentis sexaginta octo postq̃ Byzantium Thracie ciuitas a Constatino ampliata/⁊ in regiam vrbem sublimata fuerat. Sed vt ad rem ipsam redeamus/post predictum Constantinum / Bizantinum imperium varia successione cum in manus inertium principum deuenisset/ primo Egyptum aliasq3 orientales prouincias/tum deinde occidẽtales amisit/magnisq3 rerum turbationibus atq3 fluctuationibus imperium ipsum cõquassatum mirumq3 in modum attenuatũ extitit. Idq3 maxime post Michaelis Etheriaclis mortem/circa annum videlicet Christiane salutis millesimum quinquagesimum tertium. Defuncto siquidem ipso Michaele / Theodora eius soror virgo preclarissima imperium obtinuit. Qua subinde post biennium vita excedente/Michael dictus Nouitius per arma suffectus est/quem ipso eodem anno Isaacius Comianus deiecit. Item post annos quatuor/Isaacio armis pulso/ Constantinus Dioclisis vocatus assequutus est imperij dignitatẽ:qui etiam paucis post annis de medio sublatus est: Romanusq3 Diogenes obtinuit principatũ. Tum deinde idem ipse Diogenes varijs cladibus affectus/diem nõ multo post obijt/eidemq3 successit Michael Dioclisis superioris Constantini filius/quem Bergomensis per errorem Alexium nominat. Huius autem temporibus/vt historici tradunt/imperiũ adeo a Sarracenis imminutũ est/vt vix Constãtinopolim paucasq3 finitimas prouincias retinere posset / quin ex ipsis prouincijs nunc Turce/nunc Sarraceni aliquid quotidie dolo vel armis surriperent. Ipseq3 Michael postmodum cum tribus suis filijs a Nicephoro quodam deiectus / imperioq3 spoliatus est/coactusq3

in Italiam

in Italiam extorris profugere. Nec melior postea eidem Nicephoro fortuna fuit/ siquidem paulopost ab Alexio militie sue magistro proditus/imperio priuatus est/ciuitasqꝫ ipsa Cōstātinopolitana militibus/qui maxima ex parte Turce erāt/ in predam concessa. Imperio itaqꝫ Constantinopolitano varijs ad hunc modum perturbationibus principūqꝫ tumultuarijs mutationibus agitato/quantum perspicuis coniecturarum argumentis assequi licet/existimo supramemorati Jocelini peregrinationem in ea tempora incidisse. Quorum turbulenta cōditio/ꝛ rerum deploratarum status magnopere mihi persuadent nō difficile fuisse/vt Jocelinus ipse ab illo qui tunc principatu non satis stabilito imperitabat/quiqꝫ continuo in metu versabatur/optatum sanctarum reliquiarum munus consequeretur.

Qualiter Jocelinus

Constantinopolitanam vrbem petijt/ imperialisqꝫ maiestatis consensu beatissimi Antonij reliquias obtinuit.

Caput.xix.

Expleta igitur sanctorum locorum visitatione in Judea/Jocelinus Constantinopolim pergere decreuit/vbi beatissimi Antonij corpus intellexerat esse reconditum. Et q̄q̄ rebus ibidem tumultuātibus parum tuta videretur profectio/attamen diuinam clementiā / sanctissimi quoqꝫ Antonij tutelam sperans sibi semper affuturam/illuc cum suis adnauigauit / applicitusqꝫ ibidem statim imperatorem salutauit/a quo perbenigne exceptus est. Erat enim ipse Jocelinus forma ꝛ morum nobilitate cōspicuus/belliqꝫ ꝛ pacis artibus instructissimus. Preterea existimabat imperator ad stabiliēda sui principatus fundamenta/rebus presertim turbulentis existentibus/pernecessarium esse omnium etiam exterorum auxilia sibi comparare/ꝛ adiungere. Nec ignorabat Gallicam nobilitatem semper fuisse bellicis in rebus illustrem/ꝛ ad bella capescenda promptissimam. Tum etiam fama erat apparatus quosdam maritimos per id tēpus in Gallia atqꝫ Italia fieri. Magno itaqꝫ fauore imperator dictum Jocelinum illiusqꝫ comites excepit/humanissimeqꝫ pertractauit. Jocelinus vero comitesqꝫ vt desiderij sui compotes efficerentur/delectati etiam imperatoris humanitate singulari/aliquandiu apud eundem manserunt. Nec ociose quidem/sed multis preclaris facinoribus domi ac militie gestis/maximo in precio habiti sunt. Quum autem Jocelinus ipse suiqꝫ comites deuotionis gratia sepius ad ecclesiam veterem pergerent/ in qua sanctum beati Antonij corpus erat reconditū/locumqꝫ ipsum propter bellorum tumultus conspexissent propemodum derelictum/seu paucis tantummodo ecclesiasticis viris/iisqꝫ rerum omnium penuria laborantibus custoditum/facile eisdem religiosis viris persuaserūt vt in Galliam ad meliores ꝛ tutiores sedes cum

sanctis reliquijs se cōferrent/vbi locus illis pulcherrimus atqꝫ cōmodissimus assignaretur/maioreqꝫ ipsi in precio ac veneratione ꝙ in Grecia haberentur. Cumqꝫ huic rei solus deesset imperatoris assensus/Jocelinus imperialem audenter adijt maiestatem/et supplex id pro summo munere postulauit: diuinaqꝫ vt verisimile est sibi ad id obtinendum opitulante gratia/ipsiusqꝫ beati Antonij pio suffragante fauore/quod cupiebat impetrauit.

De translatione sanctarum reliquiarum corporis beati Antonij magni ab vrbe Constantinopolitana ad prouinciam Viennensem.

Caput. xx.

LEtus igitur tanti thesauri munere Jocelinus habitis eidē imperatori gratijs/assumptisqꝫ sanctis reliquijs/necnō viris aliquot ecclesiasticis/prospera nauigatione cursuqꝫ felici ad prouinciam Viennensem remeauit/vbi magna omnium leticia ac exultatione exceptus est. Scio quosdam scripsisse Jocelinum non ab imperatore sed ab ipsius imperatoris filio sanctuꝫ hoc munus accepisse: quod mihi minime probabile videtur. Verum siue ab imperatore ipso/siue ab imperatoris filio id obtinuerit/certissima fide constat dictum sanctum corpus ab eodem Jocelino ad Viennensem prouinciam diuina dispositione fuisse translatum. Quod non solum fide dignis scriptoribus referentibus/verum etiam plurimorū olim Romanorum pontificum/imperatorum quoqꝫ/et regum literis diplomatibusqꝫ reperitur esse testatum/ac demū per sanctam sedem apostolicam consistorialiter declaratum.

Consideratio diuine dispositionis vt dictum sanctum corpus in Viennensi prouincia requiesceret ac reponeretur.

Caput. xxi.

SUmmus omnium rerum cōditor sic cuncta ineffabilis prouidentie sue decreto administrat/vt nihil omnino nisi summa aliqua ratione fiat/aut non nisi ad optimā aliquem finem disponatur. Nihil certe casuale aut fortuitum est/quādoquidem sine dei nutu nec folium ex arbore cadit in terram. Quamobrem non absqꝫ summa diuine maiestatis prouidentia credendum est esse factum/vt sanctum diui patris Antonij corpus ad Viennēsem prouinciam deferretur.

retur. Quem quidē patronū beatissimū/vt Athanasius scripsit/velut bonum medicum Christus olim Egypto indulserat/vt tristitiam in gaudium/et iracundiam mutaret in pacem. Tanto itaq3/vt arbitror/pignore Deus prouinciam Viennensem dotare/tantoq3 illam patrono illustrare dignatus est/tum ob singularem pietatem/z humanitatem/antiquamq3 fidei obseruātiam/que illis in partibus semper viguisse comprobatur: tum etiam ob commodiorem aliarum omnium Christianorum prouinciarū ad locum reconditi sancti corporis accessum. Est enim ipsa Viennensis prouincia velut centrū in medio fere omniū Christianarum prouinciarum constituta. Habet namq3 ab oriente Italiam/a meridie Hispaniam/ab occasu Frāciam/maioremq3 Britanniā/que Anglia vocatur/a septentrione autem Germaniam z Hungariam. Quo fit vt omnium Christicolarū deuotioni equo iure/summa quadam diuini consilij ratione consultū esse videatur. Preterea/eiusdem Viennensis prouincie populus supra ceteros omnes mortales in aduenas z peregrinos precipua humanitate mouetur/illosq3 fouet/amplectitur/z non secus ac ex propria ipsa regione oriundos colit/z veneratur/adeo vt communis omnium patria esse videatur/quod paucis admodum in regionibus spectatur. Cūq3 deuotionis gratia ex diuersis mundi prouincijs ad visitandum z venerandū dictum sanctum corpus infinita dietim multitudo confluat/magna Christi dispensatione atq3 prouidētia factum est/vt ea in regione dicti sancti corporis reliquie collocarentur/in qua cūcti Christicole benigne et humaniter excipi/syncerioq3 affectu pertractari possent. Insuper locorum ipsorū aliqualis asperitas/vt ipsius sancti patris vite anteacte conuenit/ita etiam affluentis populi deuotionem admiratione permouet/atq3 laboriosa quadā itineris difficultate excitat. Postremo ipsa Viennensis prouincia ad omnium tam pauperum q̄ diuitum mores/fortunas/ac voluntates/maxime accommodata videtur: quum z pauperibus vilia/z nec minus locupletioribus delicatiora lautioraq3 possit exhibere. Ea est enim regionis huius conditio/vt z vilibus ad faciliorem minusq3 sumptuosam egenorum exhibitionem abundet/ac pariter pretiosioribus atq3 sumptuosioribus quibusq3 rebus tum terrestribus/tum maritimis/pro delicatiorum hominum appetitu/sit referta.

De dotibus specialibus Viennensis prouincie seu Delphinatus/necnon diuinis gratijs illam illustrantibus.

Capitulum.xvj.

Tanta est quorundam impudentia z proteruia/vt suarum nationum claritatem non nisi aliarū depressione z infamatione se auspicari posse arbitrentur/q̄ q̄ meo iudicio oporteat virum catholicum ita patrie sue esse amatorē/vt tamen aliene non sit inimicus. Quū enim omnes vnius corporis mēbra sumus/Christianitas tota vnum patrem in celis ac vnam fidem in terris colit/ac veneratur/ideo inter omnes mutua debet esse beneuolentia/nec diuersitas terrarum aut prouinciarū animi debet immutare bonitatē/mutueve(que inter Christianos esse debet)charitati offendiculum generare. Igitur quando impresentiarū sese

offert occasio de dotibus Viennensis prouincie(que Delphinatus appellatur)disserendi/veniam prefatus ꝙ non omnia potest nostra humilitas scribendo assequi/aut breui compendio singulas ipsius clarissime prouincie laudes complecti/nonnulla de ijs ipsis hoc loco censui breuiter subijcienda.

In primis Ut a sacris sumamus exordium/omnium consensu clarissimorumq; scriptorum testimonio constat eiusdem patrie primarium decus esse repositum in pignore sanctarũ reliquiarum diui Antonij/que ibidem honorifice conquiescunt/necnon in eximia celebritate sacri monasterij/sub eiusdem sancti nomine permagnifico opere constructi/quod diffuse per vniuersum orbem Antoniane religionis insigne caput existit/cuius ecclesiastica ditio atq; autoritas per omnes Christianas regiones protenditur. Quo fit vt patria ipsa tanto dotata munere vbiq; effulgeat/ab omnibusq; nationibus beata reputetur. Ad illã siquidem de vltimis terrarum finibus numerosissimus Christicolarũ populus deuotionis feruore permotus confluit. Deniq; etiam predicti monasterij atq; primatus eiusdem ratione/hoc in se habet ipsa prouincia Viennensis/ꝙ in reliquas omnes prouincias non nihil sibi vendicat autoritatis.

Secundo Vero loco eadem patria illustratur celeberrimo Carthusie cenobio/totius Carthusiẽsis ordinis primario capite/quod nõ longe a Grationopoli ciuitate/loco ac situ natura horrendo/permagnifico tamen/sumptuosissimoq; opere exedificatum est. Cuius etiam primatus ⁊ obedientia in omnes Christianorum populorum regiones diffunditur.

Tertio Loco hanc etiam illustrat prouinciam venerandum sancti Rufi cenobium/quod pariter caput est religionis/⁊ longe lateq; regularibus sui ordinis locis preesse dignoscitur. Nec in promptu est aliam reperire prouinciam/que tot religionum capitibus primarijsq; monasterijs illustretur/quorũ ditio ⁊ potestas in exteras quasq; nationes sit protensa.

Quarto. Non minorem ceteris quibusq; rebus claritatẽ huic prouincie affert celebritas ecclesie Viennẽsis/augustissimũq; diui Mauricij templum/necnon insignis ⁊ copiosus ecclesiasticorũ virorum in ea ipsa ecclesia domino famulantium numerus. Insuper et primacialis sedes apostolice legationis preeminentia ⁊ facultate decorata/cui olim plures sanctitate et miraculis clari antistites prefuisse leguntur:ex quibus nonnulli ad summi pontificatus apicem postea fuerunt assumpti. Nec preteribo ꝙ in eadẽ ecclesia Turpinus Remẽsis archiepiscopus Carolo magno imperatori olim charissimus/per visionẽ de ipsius Caroli imperatoris obitu diuina factus est certior reuelatione/nec multo post Turpinus ipse ibidem mortuus est/⁊ prope Viennensem ciuitatem sepultus.

Quinto. Celebrem reddunt hanc prouinciã clarissime due metropolees/Viennensis scilicet/que etiam primatialis est/ac Ebrodunẽsis:tum deinde sedes quinq; episcopales/seu cathedrales ecclesie/Grationopolitana/Valentinensis/Vapincensis/Diensis/⁊ Tricastricensis.

Sexto. Hec prouincia decorata est publico apud Valentiam vrbem gymnasio/famosaq; achademia/in qua pridẽ Philippũ decium/⁊ inde Emiliũ clarissimos iuris interp̃tes/aliosq; summe eruditiõis viros ipsi vidimus.

Septimo. Habet hec prouincia famosum et pluribus nationibus frequẽs emporium apud Briansonem/quod non mediocrem regioni commoditatem ⁊ illustrationem affert.

Octauo. Locorum insignium frequentia/validorum quoq; oppidorum nõ mediocris numerus/claritati huius prouincie non parũ cõfert/quum

fert/quum in paucissimis regionibus id idem cernatur/sed maiori ex parte aut vicatim/aut in pagis habitari conspiciantur. Nec tamen hac ipsa in prouincia vrbiū locorūq3 muris cinctorum frequentia pagorum aut ruralium vicorum multitudinem tollit:quinimo tantus est tum in vrbibus 7 oppidis/tum etiam in agris habitantium 7 incolarum numerus/vt nulla pene in parte possit quisquam sine aliqua domorum vicinitate sedem constituere.

Nono. Amplissime autoritatis senatu decorata est memorata patria/cuius in iure dicendo iustitiaq3 administranda singularem commendationem styli mei paruitas nequaq̄ posset satis pro meritis explicare.

Decimo. Non pretereunda est generosissime nobilitatis pene incredibilis multitudo/que certe hac ipsa in prouincia tanta est/vt nobilitādo toto regno sufficere videatur. A maioribusq3 acceptum habemus/reges qui eidem regioni prefuerunt/de tanta nobilium virorum copia palam consueuisse gloriari. Nec vero luxui aut ignauie ipsa nobilitas dedita est/sed domi militieq3 clarissimis facinoribus editis/bellicarū rerum gloria semper excelluisse memoratur.

Undecimo. Inter laudatissimas huius prouincie dotes adijciēdum est eximia quadam nature bonitate pollere/mirisq3 virtutibus 7 gratijs preditos esse eos qui ex illa sunt oriūdi:adeo vt inter ceteras quas nosse potuerim nationes/nulla modestior/nulla in exteros benignior/aut ab inferēdis iniurijs abstinentior/in amicitijs quoq3 summa integritate conseruandis nulla tenacior:nulla deniq3 affabilior/aut pereque in omnes officiosior existat. In quibus commemorandis/me nequaq̄ vana prodere ipsa notissima atq3 perspectissima rei euidentia coram protestatur.

Duodecimo. Ad gloriam huius patrie accedit suscepte Christiane fidei antiquitas/intemerataq3 eiusdem obseruantia/multorum quoq3 virorum sanctorum et presulum claritas:nec post susceptam fidem populus hic pientissimus aliquando suos presules ad necem pertraxit/aut eorum fuso cruore sese immaniter fedauit.

Decimo tertio. Laudabilem atq3 commēdabilem eiusdem patrie situm hic iure merito adnumerandum puto/q̄ sit proxima 7 contermina duabus clarissimis nationibus/videlicet Italice/7 Francorum:a quibus selectos mores/prudentiamq3/7 ad imbuendos iuuenes doctrinā (cum opus est)faciliter potest mutuari. Nec valde etiam a Germanis remota est: maritimo quoq3 itinere in Hispaniam breuissimus est transitus.

Decimo quarto. Non contemnendum existimo q̄ iam dicta prouincia nec omnino montosa est/nec(quod plerisq3 alijs prouincijs videtur incommodum)tota ad planiciem equata. Quo fit vt in planicie constitutis multa 7 varia vite degende necessaria vel vtilia ab ijs qui mōtes incolunt suppeditentur/7 ediuerso montani multis rebus adiuuētur ab ijs qui in locis humilioribus degūt. Non enim posset vna 7 eadem regionis qualitas omnia ad votum subministrare/cum permulte res vtiles solis in montibus/alie vero locis duntaxat planis ac inferioribus oriantur/prodeantq3/et conualescant. Quare pereopportunū est patriam vtroq3 modo se habere. Preterea montosa loca nō tam facile hostiles patiuntur incursus/quod hanc patriam haud dubie reddit ab hostibus tutiorem.

Decimo quinto. Nequaq̄ pretereundum videtur q̄ hec ipsa patria nec nimis a mari remota est/nec etiā(quod

non paucarum regionum salubritatem vitiat ⁊ infestam oram reddit)nimis pelago propinqua:quo fit vt facile ⁊ sine incommoditatis cuiuspiam molestia marinis subvectionibus/alijsq; necessarijs ab ipso mari rebus ⁊ mercibus potiatur.

Decimosexto. Hec prouincia fere omnium frugum copiam habet/ nobilium quoq; vinorum atq; etiam fructiferarum arborum vbertatem/carnium preterea ⁊ lacticiniorum sufficientiam. Insuper fontibus/lacubus/stagnis/et piscinis referta est. Ad hec etiã duobus nauigabilibus fluminibus Rhodano ⁊ Ysara/alijsq; minoribus q̃plurimis irrigatur. Item syluas ⁊ lignorum tum ad fabricas/tum ad alia queuis opera accommodatorum maximam habet subministrationem:deinde calcem/arenam/tegulas/tam lateritias q̃ alias natiuas ex montibus excisas/celestis coloris/quibus ad nobilium edificia contegenda vtuntur. Item gypsi copiam/lapides insuper nobiles/marmoreum scilicet/⁊ alabastritem/aliosq; edificijs aptissimos. Item tele et textrinarum copiam/ necnon coriorum ⁊ papyri. Adsunt etiam ibidem vitrarie/et figuline frequẽtes:ferri quoq; ⁊ chalybis vberrime minere/atq; etiam fusorie officine:vt ad belli pacisq; tempora/hec vna prouincia omnia ex sese suppeditare posse videatur. Preterea in huiusce regionis montibus efficacissime virtutis herbe comperiuntur/nequaq̃ alibi reperte. Postremo ad nobilium delicias habentur ibidem aues predatorie/seu rapaces/ferarumq; ad venationem exercendam ingens numerus/in quibus cerui/ apri/vrsi/herinacei/lepores etiam cãdidi / dame/capreoli/ibicesq; ⁊ rupicapre:que per inuias rupes/inaccessosq; montium scopulos firmissimo vestigio/miraq; leuitate gradiuntur:quarum etiam pelles habentur in pretio. Similiter varij generis aues domestice / necnon et syluestres/affatim eadem in prouincia exuberare cernuntur.

Decimo septimo. Prestantissimum est ꝙ non tantum in personis/verũ etiam in rebus ea ipsa prouincia libera est/⁊ a seruili iugo aliena.

Decimo octauo. Hoc quoq; videtur memorandum/ꝙ hec prouincia finitima est ⁊ propinqua duobus famosissimis ac omnium rerum copia refertissimis emporijs/Lugduno scilicet et Gebenne/ad que omnium ferme prouinciarum commeant mercatores:nec lõge abest a Janua/Sauona/Nicia/Tholono/atq; Massilia/maritimis portubus. Quo fit vt exteris quibusq; mercibus faciliter possit abundare.

Decimo nono. Illud arbitror non contemnendum/ꝙ ea ipsa prouincia ferme vndiq; aut asperrimis montium iugis/aut Rhodano flumine maximo atq; rapidissimo/vel munitioribus locis circunsepta tutissimam incolis sedem hactenus prestitit:virorumq; robore atq; magnanimitate pollens/hostilibus incursibus nunq̃ extitit lacerata:sed si qui eãdem inuadere presumpserunt/aut fortiter repulsi retrocessere/aut in ipsa patria fusi aduerso Marte occubuere.

Vigesimo. Id quoq; mihi non mediocris mométi esse videtur/ꝙ prouincia ipsa nunq̃ principum dubia successione interturbatur. Certa nanq; semper est legitimi principis persona/eaq; inter Christianos principes spe obtinendi regni clarissima atq; potentissima.

Vigesimo primo. Addendum est nobilitatem ⁊ populum huiusce prouincie tam constanti semper fide

suos principes

suos principes coluisse/tanq̄ propenso in eos fuisse animo/vt nunq̄ ab illorum integerrima recesserint obseruantia/aut dubie mentis suspenseq̧ voluntatis speciem in aduersis quibusuis rebus aliquando prese tulerint.

Uigesimo secundo. Admirabilis in eadem prouincia est consensus omnium reipublice partium. Nā presulum ecclesiasticorumq̧ virorum erga nobilitatem ⁊ populum summa semper fuit ⁊ est affectio/tum reciproce nobilitas ⁊ populus singulari veneratione viros ecclesiasticos prosequuntur: nec/vt pleriq̧ alij solent/in personis aut rebus eorundē molestias inferunt. Subinde nobilitas a ceteris maximo in honore habetur/populus vero ad nobilitatis procerumq̧ nutum sese facilem et spontaneum voluntariumq̧ exhibet: nec vnq̄ (vt in plerisq̧ aliis locis) plebs aduersus nobilitatem aut ecclesiasticos visa est insurrexisse/nec seditiones aut intestine dissensiones ibidē vise vnq̄ sunt viguisse. Magistratibus vero ⁊ iis qui iuri dicendo presunt q̄ maxime defertur/summopereq̧ ibidem iustitia colitur. Bone quoq̧ ibidem artes et litere pereque maximo in pretio habentur. Hec autem immensa celestium gratiarum esse beneficia/nemini dubium videri potest.

Uigesimo tertio. Magna illic est aeris temperies ⁊ salubritas. Nam patriam ipsam incolentes firma sanitate atq̧ sospitate/necnon prospero longeue etatis cursu/vt plurimum/summi dei benignitate perfruuntur.

Uigesimo quarto. Rem magna admiratione dignam/⁊ celestis in hanc prouinciam gratie clarissimum argumentum nequaq̄ fas est preterire. Nanq̧ illic in certa eiusdem prouincie parte annis ferme singulis manna ex celo decidit/⁊ in tanta colligitur abundantia/vt inde ad non pauca aureorum millia ipsi regioni/seu eandem incolentibus vtilitas accedat. Ibi preterea terebintina/⁊ sapini oleum medicamentis vtilissimum/mel quoq̧ ⁊ crocus non mediocri cum vtilitate colliguntur. Fateor profecto quasdam esse prouincias que nonnullis in rebus magis excellant/sed siquis omnia equo iudicio metiatur/haud dubie intelliget/ingenueq̧ fatebitur paucas admodum in orbe terrarū posse reperiri/que sic omnibus pereque necessariis opportunisq̧ rebus/ ⁊ diuinis dotibus/vt hec vna prouincia/sint predite. In his autem ille glorificandus est atq̧ laudandus/qui solo verbo cuncta creauit/⁊ a quo bona cuncta procedunt/altissimus.

De rebus mirabilibus que in eadem prouincia visuntur.

Caput.xxiij.

NOn solum autē diuinis gratijs dotibusq̧ supra memoratis iam dicta prouincia Uiennensis seu patria Delphinatus decorata est/verū etiam admirabilibus quibusdam rebus/que in eadem visuntur/celebri fama est illustrata.

In primis siquidem non minimo nature miraculo fons ardens/seu qui aquam ignemq̧ simul euomit/illic cernitur/de

quo beatissimus Augustinus in de ciuitate dei primo atq3 vicesimo libro meminit his verbis. Illum quidem fontem non inueni qui in Epiro vidisse se dicerent/ sed qui in Gallia similem nossent non procul a Grationopoli ciuitate. De hoc etiã mirabili celebratissimoq3 fonte problemata nuper edidit vir vndequaq3 literatissimus/artiumq3 z medicine doctor prestantissimus Hieronymus Mõtuus/cuius pater Sebastianus Montuus singularis apud nos precij z nominis/z ipse doctor annis iam propemodum viginti quinq3/publico stipendio donatus/huius Antoniani monasterij laudabiliter medicum egit.

Secundo Loco magnam prebet intuentibus admirationem que prope Grationopolitanam ciuitatem sita est turris/sine veneno dicta/eo φ venenatum quidpiam non patiatur.

Tertio. In eadem prouincia cernitur mons natura inascensibilis/olim tamen a Juliano Lotharingo ingeniosis(vt fertur)machinis/miraq3 arte superatus z ascensus.

Quarto. Ibidem in visceribus cuiusdam montis pretiosi quidam lapilli effodiuntur/purgandis oculis efficacissimi.

Quinto. Apud Castenaticũ in intima rupe/viuoq3 saxo/excauate quedam ingẽtis capacitatis apparent lacune/quas tinas incole vocant/que cum alias toto anno sine aliquo humoris vestigio vacue/penitusq3 sicce permaneãt/nec perspici possit vnde aqua possit emergere/aut influere/vno tamen/ z eo solo die/seu verius nocte dominice apparitionis/affatim aqua referte conspiciuntur:non equo tamen semper modulo in ipsis aqua exuberante/sed plus minusve humoris interdum aut hec aut illa ostendit. Eoq3 argumento/future vbertatis aut penurie signa incole auspicantur:altera scilicet earũdem lacunarum vini/altera frugum copiam vel penuriam designante. Ea vero transacta die/nemine quibus id fiat modis percipiente seu intelligente/aqua omnis mirabiliter subducitur/atq3 euanescit.

Sexto Loco rem admiratione dignam Geruasius Tilesberius in eo quẽ de otijs imperialibus ad Othonem imperatorẽ scripsit libello prodidit/esse scilicet in eadem prouincia z oppido Liberone precelsam quandam turrim/in quam quisquis ascẽdisset/noctuq3 ibidem obdormisset/mane facto in ima eiusdem turris parte solo proxima sese constitutum repericbat.

Septimo. Aliud quoq3 ab eodem autore proditum nulla ratione pretereundum arbitror/in eadem scilicet prouincia non longe a Tricastrina ciuitate vallem esse/que cum omni ventorũ perflatu fuisset olim destituta/z ob eam causam sterilis atq3 infecunda maneret/ac tam arborum φ frugum quarumlibet careret prouentu/sanctus quidam presul diuina fiducia fretus/Chirothecam vento oppletam inuocato dei nomine in antrum seu specum dicte valli imminentem fertur iniecisse/ab eoq3 citra tempore ex antro illo ventus quasi ex Eoli domo prodijt:vnde perflabilis effecta vallis ipsa miram fecũditatis gratiam est assequuta. Hoc certe constat eam ipsam vallem nullo fere alio vento perlustrari seu afflari/φ qui ex antro illo prorumpit/quo etiam tota illa ora non mediocri frugum atq3 olearum vbertate haud dubie fecũdatur:estq3 ibi hodie diues oppidum quod Nionum appellatur.

Octauo.

Octauo. Mirum etiam est quod in valle que aurea dicitur/ Barberus fluuius tristibus duntaxat atque infelicibus annis temporibusque decurrens/ futurorum malorum est prenuncius: et quanto magis auctus/ maioribusque aquarum incrementis exuberans cernitur/ tanto luctuosior em miseris mortalibus successum denunciat atque portendit. Et in ipsa aquarum scaturigine/ exortuque fluminis/ terra cum ebullientibus vndis glomeratos pisces/ magna intuentium admiratione/ eructat euomitque.

Nono. Hoc quod in Reatinis paludibus mirum existimauit Marcus Cicero/ vt scilicet limosis locis vngule iumentorum indurentur/ id idem in palustribus quibusdam pascuis huius regionis fieri compertum est.

Decimo. Plinius est autor validos quosdam ventos in Narbonensi prouincia exoriri/ qui incerta quadam nature ratione Viennensem prouinciam ingressi/ statim elanguescentes moriuntur et intereunt/ adeo vt nec Viennam vsque possint penetrare.

Undecimo. Apud Viennam tametsi Rhodanus maximus/ altissimus quoque/ et rapidissimus existat/ sub ipso tamen flumine subterraneis stupendo opere fornicibus ab altera fluminis parte in alteram peruium iter est/ sese etiam multo longius protendentibus ipsis fornicibus.

Duodecimo. Apud locum qui Balma dicitur mons est cauernosus/ intra quem per tenebrosam cryptam est aditus/ per gentibusque interius postquam aliquandiu processerunt/ lacus ingens ipso aspectu horrendus/ patenti desuper celo lucem admittens sese offert: ab alteraque eiusdem lacus ripa seu opposita parte antrum aliud cernitur/ in quo stupende res esse feruntur/ sed ad illud nequaquam facilis est accessus/ quandoquidem non nisi cymba in alteram lacus ipsius partem quisquam preteruehi potest. Nec compertum est remotius illud antrum fuisse hactenus ab aliquo nostra memoria penetratum/ quamuis Franciscus rex Christianissimus deportata (vt fertur) ad hoc interius scapha rem altius aliquando statuisset explorare.

Decimo tertio. In eadem prouincia lacus est Paladrutus nuncupatus/ ad tria circiter miliaria protensus/ in quo mucosa quedam lanugo gignitur: cuius ea vis est/ vt alio translata/ et in piscinam aut lacum alium iniecta/ pisces affatim procreet/ adeo vt que prius piscibus caruerat aqua/ postmodum illis fiat refertissima. Est autem in ipsa lanugine seligenda certus adhibendus respectus: nam cum plures diuersceque sint eiusdem species/ alia aliud piscium genus procreare dignoscitur.

Decimo quarto. Memorabilis quoque mihi videtur esse lacus/ qui non procul a Diensi ciuitate casu potiusquam natura olim extitit effectus. Nam cum vallis quedam multis incolis habitata in angustas fauces quibus prerupte rupes imminebant terminaretur/ ingentissimus scopulus luctuoso euentu ex ipsis rupibus magnam secum ruinam trahens/ ad ima delapsus est/ ipsiusque vallis fauces perstrictas interclusit: vnde coercito preterlabentis fluminis decursu/ aquarumque fluentium meatu obstructo/ et vnda altius restagnante/ lacus ingens magno mortalium damno effectus est/ in quo oppidum vnum habitatoribus frequens/ permultaque rustica edificia fuere submersa/ et ad hanc vsque diem in ipsa lympida aqua/ non sine magna intuentium admiratione/ cernuntur obruta.

Decimo quinto. Illud quoque pluribus magnam affert admirationem/ quod in arce Voyronis toto ferme anno/ sed

permaxime veris tempore nymphe quedam seu Heroinarū species a loco aliquantulum remoto in speculis seu fenestris stantes conspiciuntur/propius autem accedentibus visio illarum subducitur.

Non ambigo Per multa quoqꝫ alia in ea prouincia esse / que hoc loco merito recensenda viderentur / verum nequaq̄ his impresentiarum curiosius disquirendis animum applicuimus / sed hec ipsa prout ex tempore in mentem venerunt/a proposita materia aliquantulum digressi/atqꝫ euagati/perfunctorie scripsimus/altiorem alijs earum rerum indaginem relinquentes.

De preclaris quibusdam gestis

eandem ipsam prouinciam illustrantibus q̄tum ad res ecclesiasticas pertinet.

¶ Caput.xxiiij.

PErmultis ⁊ maximis rerū domi militieqꝫ strenue gestarum laudibus hec ipsa prouincia iure merito posset commendari/sed quoniaꝫ immensum per se volumen/aliamqꝫ dicendi facundiā exposcerent/nec est nostre intentionis in cōmemoranda eiusdem prouincie claritate diutius preter susceptā materiam immorari/idcirco ea ipsa silentio de industria preterimus. Ceterum sine legentiuꝫ tedio/ex tam diffuso rerum preclare gestarum aceruo tria duntaxat/que ecclesiasticam patrie huius exornant dignitatem/breuiter explicabimus.

Illud in primis Mihi summa laude dignum videtur / quod Sigiberto atqꝫ Vincentio clarissimis historicis testantibus constat/ecclesie Viennensis ⁊ auiti presulis eiusdem prestantissima opera vniuersam Galliam ab Arriana heresi atqꝫ perfidia olim fuisse defensam/qua omnes pene totius orbis ecclesie leguntur fuisse concusse/vehementerqꝫ exagitate. Quod illustri facto/nulli dubiuꝫ quin vniuerse Galliarum prouincie pro tanto beneficio eidem ecclesie Viennensi non mediocrem habere debeant gratiam/⁊ referre/illamqꝫ vti publice salutis conseruatricem condigna prosequi veneratione.

Secundo Loco/omnium consensu/tum Galliaruꝫ/tum etiam aliarū Christianarum prouinciarum/ecclesie canēdarum litaniarū morem ⁊ vsum a Viennensi clero acceperunt. Nec aliud sanctarum deprecationum genus in extremis necessitatibus efficacius vnq̄ est repertum/vel in quauis orbis terrarum parte frequentatum.

Tertio Postremoqꝫ loco/ad totius Christiane reipublice vtilitatem in ciuitate Viennensi concilio generali maxima olim frequētia celebrato/Clementeqꝫ quinto Romano pontifice personaliter assistente/edite sunt cōstitutiones/ex quibus Clementinarum liber fuit compilatus. Cum autem plura hactenus diuersis in locis fuerint celebrata cōcilia/nulli tamen eorum tante claritatis gloria visa est accessisse/vt ibidem tot ⁊ tanta iurisprudentie decreta conderentur.

Hec mihi De rebus memorabilibus prouincie Viennensis seu Delphinatus impresentiarum occurrerunt in medium afferēda. Viderer autem

deret autem a proposita materia longiusq; par sit digressus/nisi eo tendere videatur oratio / vt intelligatur beatissimum patrem Antoniu3 nequaq; in ignobili aut celestibus gratijs destituta regione sedem vbi corpus suum requiesceret delegisse/ aut verius ei a Christo fuisse constitutam.

De rerum successu post reditum Jocelini/sanctarumq; reliquiarum delationem: et de primordijs templi maioris seu primarie ecclesie monasterij sancti Antonij.

Capitulum. xv.

Postq; vir illustris Jocelinus dignissimo sancti corporis thesauro locupletatus prouinciam Viennensem diuina benignitate applicuit/nō mediocri solicitudine curaq; premebatur prospiciendi vbinam hoc ipsum diuinū munus reponere posset honorifice conseruandum/sedemq; illi opportunā ac idoneum locum statuere. Sed interim quocunq; pergebat sancti corporis secum reliquias deferebat/adeo vt nec in prelijs bellicisq; tumultib⁹ sine dicto sancto corpore proficisceretur. Ea nanq; tempestate cruentissima bella in Gallia gerebantur. Quiete vero a bellis parta Jocelinus/vrgēte (vt ferunt) pontificis iussione/ecclesie ad honorem beatissimi Antonij construende animum adiecit/in qua postmodum sancti corporis reliquias reponeret. Huic igitur rei idoneus visus est locus oppidū Mota/cuius ipse temporalem ditionē atq; iurisdictionem obtinebat. Erat nanq; per id tempus locus ipse incolis frequens/z multarum nobilium familiarium domicilijs honestatus: q̄uis nonnulli errore ducti putent locu3 illum tunc temporis nemorosum z incultum extitisse/quod minime verum esse antiquissima documēta declarant. Sed nec id verum est quod quidam existimarunt/hunc ipsum locū olim fuisse Motā Sangiasij nūcupatū. Nā locus Mote Sangiasij quatuor circiter ab hoc altero Mote loco milliaribus vltra flumē Isaram est situs/antiquissimisq; documentis locorum ipsorum diuersitas haud dubie comprobatur. Itaq; oppidum istud nō Mota Sangiasij/sed Mota potius sancti Desiderij vocabatur. Erat aūt per id tempus in eo quo nunc maior ecclesia sancti Antonij sita est loco/vt antique perhibent litere / parochialis ecclesia beate Marie dicata/in qua ius patronatus et presentandi idoneū rectorē ad eūdem Jocelinū pertinebat. Hoc igitur auspicato loco/quia ea ipsa que tunc ibidem constructa erat parochialis eccl esia per exigua videbatur/dictus Jocelinus conuocatis permultis supramemorate prouincie proceribus/archiepiscopoq; Viennensi/eorundem consilio z auxilio/necnon vniuersi populi suffragio fretus/primarij templi seu maioris ecclesie fundamenta iecisse creditur: ita scilicet vt ad equinoctialem ferme solis exortū noua ipsa ecclesia vergeret/ quum alia que prius ibi erat ad septentrionē versa esset: quo factū est vt altera in alterius transuersum porrigeretur. Antiqua tamen illa parochialis ecclesia minime tunc diruta fuit / sed ea adhuc intacta remanente intra ambitum noue/que capacior erat/conclusa remanebat. Et hec fuerunt primordia maioris templi/anteq; ibidem venerandum corpus beati Antonij reponeretur. Nec me preterit quosdam

errore ductos hactenus credidisse / atq; identidem scripsisse in eo oppido Mota olim priusq̄ reliquie sancti corporis ibidem statuerentur / ecclesiam & prioratū fuisse regularem: verum publicis documentorum testimonijs certo certius constat rem aliter se habere. Quod autē prior illa ecclesia parochialis intemerate virgini saluatoris matri dicata esset / preter antiqua scripta hoc ipsum declarantia / etiam id ea cōiectura assequi licet / q̄ noua quoq; ibidē extructa ecclesia huiusce dedicationis participationem retinuit: qua etiam de causa supra maius altare eiusdem diue virginis simulachrum semper ab antiquo cernitur esse repositum.

De morte Iocelini:
et de Guigone Desiderio eiusdē successore.

¶ Caput.xxvi.

Iocelinus tametsi ab initio ceptum opus feruentissime prosequeretur / distractus tamē subinde alienis curis / aut quia plurimarum ecclesiarum precibus de reponendis apud easdē dictis sanctis reliquijs interpellabatur / tepide circa ipsum opus agere cepit. Et q̄q̄ ecclesiastice autoritatis decreto sanctum corpus in prophano loco prohibitus esset retinere / attamen parum rem ipsam expediebat. Inter hec autem graui morbo correptus / inopinata morte finem vite fecit. Eoq; sine liberis defuncto / hereditas illius ad Guigonem Desideriū nobilitate insignem virum iure propinquitatis delata est. Qui et ipse / vt antique ferunt litere / sancti corporis potitus reliquijs illas quocunq; pergeret secum deferebat / nec pacis tantum / sed etiam belli presidium in sancti virtute reponens / eiusdē beati corporis feretrum passim in castris et cruentis prelijs ventilabat. Quod et si non sine deuotionis affectu fieret / quemadmodum olim filios Israel arcam federis nonnunq̄ in bello legimus detulisse / id tamen ad nutum et voluntatem viri secularis fieri penitus erat improbandum. Uerum quia tunc de patrie tutela / ac vt arbitror / de totius populi salute res agebatur / excusabile forsan erat apud deum / id quod sancta & pia quadam fiducia non temeraria leuitate gerebatur.

De aduentu Urbani pape
in Galliam / & precepto per eum Guigoni Desiderio sup corpore & reliquijs beati Antonij facto.

¶ Caput.xxvii.

EA tempestate sancte Romane ecclesie preerat Urbanus / eius nominis secundus / qui sacri dominici sepulchri / locorūq; sanctorum prophanationem / necnon Christianorum in orientis partibus conculcationem & seruitutem miseratus / hortante maxime Petro eremita / ad excitādos fidelium

animos

animos sese in Galliam contulit / atqꝫ apud Clarum montem generale concilium induxit. Is itaqꝫ pontifex beatissimus/dum per Viennensem prouinciam iter faceret/intellexit sanctissimi Antonij venerandum corpus in manibus secularium ac militarium virorum indecenter versari/passimqꝫ vbilibet deferri. Quapropter causa cognita/Guigoni Desiderio apostolica autoritate/ac sub anathematis censura inhibuit ne talia deinceps presumeret/sed ꝙ primum corpus illud sanctissimum in religioso aliquo loco condecenter atqꝫ honorifice reponeret.

De repositione sancti corporis apud locum Mote in Viennensi prouincia.

Caput.xviij.

ACcepta igitur apostolica iussiõe Guigo Desiderius opus iampridem a Jocelino apud Motam inchoatum magno populi fauore cepit instaurare. Verum quia tam propere illud absolui seu perfici non poterat/leui interim materia exiguum sacellum ad primarij altaris sedem extruit/ibidẽqꝫ dicti sancti corporis reliquias collocat/dispositis custodibus qui oblatiões piasqꝫ fideliũ erogationes pro ipsius Guigonis arbitrio in opus fabrice susciperẽt dispẽsandas. Proinde locus ipse cum prefatis reliquijs semper eo modo in secularium potestate existebat/ꝙuis idẽ locus supramemorate parochiali ecclesie adiacens ad eandem ecclesiam pertinere nosceretur. Sed tante ipse Guigo potẽtie ꝛ autoritatis erat/vt nullus super hoc cõtendere/aut illi quouismodo aduersari seu repugnare auderet. Quamobrem sic per annos aliquot Transacta res est/ꝛ sacer ille locus a secularibus preter iuris formam vsurpatus atqꝫ detentus.

Qualiter tandem Guigo Desiderius in manus religiosorum virorum locum predictum/sanctiqꝫ corporis reliquias remisit.

Caput.xix.

EXactis aliquot annis Guigo Desiderius conscientie scrupulo tactus/agnosceẽsqꝫ ꝙ indecens et incongruũ esset vt locus ille cũ sanctis reliquijs pro suo/non autem ecclesiastico disponeretur vel administraretur arbitrio/accersitis Benedictini ordinis/monasterijqꝫ sancti petri Mõtismaioris monachis/certa propinqua beneficia ꝛ prioratus obtinentibus/locum ipsum(custodia sibi suisqꝫ in posterum successoribus reseruata /tradidit ꝛ remisit / certisqꝫ conditionibus assignauit:ꝛ ab eo tempore prioratus regularis ordinis sancti Benedicti eodem in loco esse cepit/cum antea parochialis ecclesia fuisset secularis.

De cōfirmatione eiusdem remis-sionis/deq; certarum ecclesiarum donatione.

¶ Caput.xxx.

CUm autem supramemorata remissio/vt pote de re ecclesiastica per secularem facta parum de iure efficax existimaretur/nisi aut diocesani/aut summi pōtificis consensus accederet/optimū factu visum est/ si ab ecclesia Viennensi iam dicte remissionis obtineretur confirmatio. Que quum nulla ratione/nisi purgato prius vsurpationis pridez per seculares facte vitio haberi posset/ita demum res composita est/vt ante omnia locus ipse predicte Viennensi ecclesie restitueretur. Quo facto/ vicarius et capitulū ipsius ecclesie Guigonis voto et volūtati annuētes/ecclesiā sancti Antonij que cōstruebatur/necnō veterē in ipa maiori(vt predictū est)cōprehēsaz et inclusaz/pariterq; etiā sancti Desiderij in castro/ sanctiq; Marcellini/⁊ sācti Hilarij ecclesias memoratis religiosis viris cōcesserūt. Extāt sup hoc authētice Gūtardi Valētinensis episcopi/atq; etiā archiepiscopali sede vacante vicarij Viēnensis litere/quibꝰ idē Venerādus antistes inter alia Christi fideles omnes volebat esse rogatos/insuper ⁊ ea qua fungebatur autoritate cunctis iniungebat/vt locus ipse maximo honori ⁊ reuerentie pro reliquijs tāti patroni haberetur. Id ipsuz aūt subinde bone memorie Guido archiepiscopus Viēnēsis sua autoritate confirmasse legitur/ Urbano secundo Romanaz adhuc ecclesiam regente/quemadmodum authentita scripta declarāt. Hic autem Guido postmoduz ex archiepiscopo Viennensi suis exigentibus meritis effectus pontifex Romanus/ ecclesiam nouam beati Antonij personaliter dedicauit/consecrauitq;. Scio in scripturis quibusdam ⁊ iudicialibus actis nonnulla contineri que premissis aliquatenus videntur aduersari. Controuersia siquidem olim pendente occasione pēsionis annue per Bonifacium octauum imposite/quelibet litigantium partium modo sibi magis congruo/prout fines/ad quos tendebat/exposcebant/facti contingentiaz exponebat/quandoquidē liberum est partibus quecunq; velint in iudicio proponere. Quapropter ex nudis ipsis partium deductionibus/nequaꝗ̄ facile est apertam rei veritatē elicere. Ceterū ꝯs post habitis assertionibus publicorum documentorū authēticarūq; ac fide dignarū scripturarū certitudinē proculdubio sum sequutus.

De mirabili concursu populorū qui ex varijs regionibus ad locum ipsum Mote deuotionis seu venerationis sanctarum reliquiarum gratia confluebāt.

¶ Caput.xxxi.

INciderunt hec circa ea tempora quibus/vt Sigibertus ⁊ Uincentius historici supra memorati referunt/dira lues igneiq; morbi/seu sacri ignis persequutio in occiduis atq; septentrionalibus partibus ꝗ̄ plurimos mortales absumebat/multosq; mēbris crudeliter perustis mutilabat. Cui miserie horrendeq;

horrendeq3 calamitati presentaneum atq3 efficacissimum remedium afferre perspe-cta est deuota imploratio patrocinij atq3 intercessionis beatissimi Antonij. Qua-propter reliquijs sancti corporis eiusdē apud Motam honorifice repositis/non fa-cile dictu est q̄tus illuc populorum concursus/quantaq3 mortalium frequentia ex diuersis regionibus conflueret. Qua in re/id quod dudum de Antonio viuente Athanasius protulerat/etiam eo celestibus sedibus aggregato effectualiter adim-pleri fieriq3 cernebatur: scilicet dū ipse Athanasius ait: Totius orbis homines ad Antonium certatim confluebant/⁊ bellicosum contra demones virum conspicere gestiebant. Clarescebant autem indies varia ⁊ stupenda miracula que Christus in eodem loco per intercessionem sui gloriosi confessoris iugiter operabatur.

Qualiter locus qui prius Mota vocabatur/ob sancti corporis reliquias in eodem repositas/mutato voca bulo/Sanctus An tonius exinde vulgariter fuit ap-pella-tus.

Caput.xxxij.

Reliquijs sancti corporis apud locum qui prius Mota dicebatur/vt predictum est/repositis/ho norificeq3 collocatis/cucurrentibus vndiq3 populis/locus ipse apud omnes clarior fieri longeq3 illustrior haberi cepit: vnde sup-pressa veteri appellatione/alteram sensim nuncupationem induit. Nam qui antea Mota vocabatur/subinde ob susceptā a diuo illo patre illustratio nem/sanctus Antonius vulgo cepit nuncupari/quemadmodum ex publicis loco-rum maxime circumuicinorum documentis patenter ostenditur. Minime autem nouum est/vel antea inauditum aliquorū mutari nomina locorum: nam et Roma ipsa/vt Plinius refert/alterum nomen habuit/quod dicere/arcanis quibusdā ce-remonijs olim apud Romanos nephas habebatur. Illudq3 idem vetustum Ro-mane vrbis nomen/optima ⁊ salutari fide abolitum/Valerius Soranus tradidit: cuius annūciate rei/mox ipse penas dedit. Hierosolyma etiam legitur olim Iebus fuisse nuncupata. Item Constantinopolis olim Byzantium/⁊ Parrhisiorum ciui tas/iampridem Lutetia dicebatur. Sunt ⁊ alia per multarum vrbium aliquo me-morabili casu mutata nomina. Supradictus autē Mote locus/non/ vt quidam pu-tant/tunc nemorosus ⁊ incultus erat/quinimo plerisq3 scriptis testantibus/locum ipsum frequentiorib' incolis etiā nobilibus refertissimū/⁊ circūquaq3 excultissimū fuisse comperio. Nam per id tēpus in illius territorio/pagi de Ethasim/de Aygo-la/de Cussileo/⁊ de Amazones erant/qui nunc non extant: eoq3 argumento aperte deprehenditur/locum ipsum ac territorium nedum non incultum/verum etiā per ea tempora haud dubie cultissimum/incolisq3 frequentissimum extitisse.

Cõpendij Antoniane historie De origine et exortu nec-

non primordijs specialis religionis/sub
nomine sancti Antonij institute/et
de signo Tau/seu Potentie/
quod eiusdem religio-
nis professores de
ferre con-
sueue-
runt.

¶ Caput.xxxiij.

Post sanctarum reliquiarum in dicto Monte loco repositionem/cum ad commouenda mortaliū corda excitandasq; hominum mentes/insolita ibidem sue potentie opera/magnaliaq; Christus dominus fideli populo spectanda exhiberet/stupor ⁊ timor attonitos mortaliū sensus a terrenis rebus ad celestium contemplationem reuocans/de creatoris misericordia mediantibus charitatis operibus promerenda/solicitos reddebat: vnde per id tempus/monachorum collegio nōdum ibidem instituto/sed priusq̄ locus esset effectus regularis / felicia huius pijssime religionis germina/sub beatissimi patris Antonij nomine prodierunt: cuius rei seriem/⁊ modum ita descriptum habemus. Vir quidam nobilissimus/prouincie Viēnensis/Gasto nūcupatus/pietate valde insignis/dū grauissima atq; periculosissima infirmitate laboraret/qua omniū fere suorum membrorū sensu atq; officio destitutus erat/feruentissimis precibus votisq; suam almo dei cōfessori beato Antonio salutem q̄ obnixe poterat/cōmendauit: votiq; soluendi gratia/filiū Girinum seu Girondum ad ipsius beati Antonij corpus et ecclesiā destinauit. Nec mora/exoptatā diuino beneficio assequut⁹ est sanitatē. Nec ita multo post/Girondus ipse morbū contraxit/quo diutissime vexatus atq; maceratus/egritudineq; in dies magis ac magis inualescente/vita propediē excessurus credebatur. Quod cernens Gasto/sibiq; persuadēs periclitāti filio nulla medicorum arte subueniri posse/supplex ad diuinum auxiliū beatiq; Antonij suffragium deuote cōfugit. Proinde humanam miseriam/viteq; huius calamitatē contemplatus/ipse egrotanti seu potius in extremis laboranti filio persuasit/vt ambo ipsi cum eorū substantia vniuersa/beato Antonio sese perpetuo deuouerēt/ si egrotus ipse/illius intercessiōe/pristine incolumitati restitueretur. Quo ab eisdē emisso voto/cepit egrotus aliq̄tulū melius se habere. Nocte igitur ipsa/cū se Gastō sopori dedisset/per quietē beatissimum Antoniū videre visus est/talibus verbis se alloquentē. Quid est/Gasto/quod tu filiusq; iste tuus/ tam a deo pro hac misera vita/que innumeris fluctibus perpetuisq; procellis indesinēter agitatur/solliciti estis? Cur non potius stabile celestis patrie mansionē expetitis: proq; ea paranda preces votaq; facitis? Sed quoniam ita diuine pietati visum est/ecce/mea intercessione/filio tuo cōcessa est gratia sanitatis/prout et tibi pridē per me Christus desideratam incolumitatem indulsit. Estote igitur post hac altissimo gratiarum largitori fideles: seruiteq; illi in timore: et exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam ne quando irascatur dominus/et pereatis de via iusta. Ego autem votū a vobis emissum/acceptū

sum/acceptū habens/vos in proprios filios suscipio. De bonis vero mihi per vos
oblatis/volo/iubeoq3 hoc in loco miseris/igneo morbo sacroq3 igneo perustis/et
mutilatis/quos egestas ꝑmit ꝛ morbi vis diuino iudicio cōtabescere cogit/quiq3 a
nemine excepti/cū horrore spectātiū miserabiliter iacent in plateis/pie subuentiōis
et charitatis solatiū ꝑpetuo exhiberi: illos fidei vestre cōmēdo. His etenī charitatis
operibus/via vobis in celū ꝓculdubio parabitur. Quib⁹ auditis/Gasto ipse/ qui
bus melius poterat modis/eidem diuo patri gratias agere satagebat: receptaq3 su
binde fiducia/se imperata facturū pollicebatur. Uerū dubitare se dicebat/cū ingēs
illuc afflueret languentiū multitudo/ne sue facultates/tāto oneris succūberēt/mi
nimeq3 ad id suppetere possent. Tūc diuus ipse pater/porrecto eidē Gastoni bacu
lo/quē gestare videbatur/quiq3 ad Potētie seu litere vel signi Tau modum et figu
ram formatus apparebat/iussit illū humi defigere: quod cum Gasto fecisset/visus
est statī baculus ille in arborē magnā succrescere/ ꝛ ꝓpagari: cui⁹ rami vndequaq3
maiorē in modū sparsi diffundebātur: mirāq3 florū ꝛ fructuū vbertatē ostentabāt.
Sub ipsa vero arbore/permulti pauperes languidi ꝛ mutilati cōspiciebātur/qui
arboris ipsius vmbra ꝛ fructu refocillabātur. Ad hec subinde manus seu dextera ex
celo prodire visa est/benedictionē desuper effundēs/celestisq3 fauoris ex alto preten
dens infusionē. Hanc igitur admirabilē visionē/cū attonitus Gasto spectaret/sic
ad illū beatissimus senex ait/Ecce tu in pietatis stipite/ꝛ radice charitatis/meo fa
uore plantabis arborē: que longe lateq3 suos ramos diffundet: ꝛ de fructu eiusdem
pauperes sustentabuntur: vna est quē precipue coli atq3 obseruari volo in pauperes
Christi/charitas: huic cure ꝛ solicitudini summopere cupio vos esse intentos/nec
non ꝛ eos qui pasthac filiorum loco mihi futuri erunt. Quo dicto/visio ipsa dispa
ruit. Subsequuta autem luce/is qui pene exanimis decumbebat/non sine summa
omnium admiratione/preter spē apparuit pristine restitutus sanitati. Posteraq3
die qua reuelationis beati Antonij celebritas agebatur/omnibus admirantibus/
pro gratiarum actionibus exhibendis/ecclesiam ingressus est incolumis. Unde ea
ipsa dies apud locum predictum habita exinde est celebrior. Prefati vero Gasto ꝛ
Girondus eo miraculo diuinaq3 admonitione permoti/ statim se et sua pietatis
operibus exercendis dedicarunt: et iuxta figuram exhibiti per diuum Antonium
baculi/signum/vt traditur/Potētie suis vestibus assumpserunt. Cuiquidē san
ctissimo proposito/haud multo post/deuotione moti octo circiter viri deum timen
tes/sese adiunxerunt: proq3 eisdem sanctis operibus adimplendis/pissimam inter
se societatem et fraternitatem concorditer inierunt: quod his quoq3 versibus legi
tur adnotatum.

Gastonis voto sociatis fratribus octo/
Ordo est hic ceptus/ad pietatis opus.

Hoc autem quia authenticis documen
tis prodita non sunt multi non admittunt: quos ego suo ingenio censeo relin
quendos. Antiquitas sane/ꝛ obscuritas earū rerū/oēm ꝓbationis copiā excludūt:
sed nec nos fidē nostram in his obstringimus: nec ea tanq̄ certissima fide cōperta
retulimus: rectius nāq3 id totū deo committimus/ꝙ aliquid temere definiamus. Ue
runtamē dicte narrationis serie delectati/noluim⁹ ea ipsa qualiacūq3 sint/citra tn̄
indebitam affirmationē/silentio preterire: que forte etiā longe veriora sunt/ꝙ puten
tur. Nō leue certe argumētū memorādi huiusce religionis exort⁹ nobis ꝑstat typus

aspira[illegible]tiq3 fauore ipsius ordinis fundamenta facta fuisse. Quid referam de immenſis gratijs/excellentissimisq3 priuilegijs/quibus ipsa religio a Romanis pontificibus/necnon etiam imperatoribus et regibus/alijsq3 Christianis principibus/pariterq3 clarissimis vrbibus extitit hactenus decorata: que nō nisi diuino munere prouenisse/tamq3 longo tempore perseuerasse credenda sunt. Nam plantatio quam nō plantauit celestis agricola/facillime exarescit/breuiq3 tempore defluit/marcessitq3/et conculcatur. Auspicatissima igitur fuisse huius religionis primordia/nulli dubium videri debet/que in sanctissime charitatis officio fundata/circa hoc ipsum pseueranter insistit/quo nullū diuine pietati gratius/vel acceptius esse potest/aut ad stabiliēdas res humanas solidius. Felicia autem huius inclyti ordinis initia sub Urbano secundo Romano pontifice circa annum humane redēptionis undecies centesimum atq3 nonagesimum quintum prodire ceperunt: nec dubium est hec ipsa contigisse/anteq̄ monachi in ecclesia diui Antonij apud locum ipsum Mote statuerentur. Nam in Guntardi Ualentinensis episcopi/vicarijq3 Uiennensis literis/donationem loci predicti monachis factam continentibus/patenter exprimitur/q̄ hac ipsa donatione mediante/monachi in singulos annos/dominico ante Rogatiōes die/fratribus decē solidos persoluere tenerētur/in eorūdē fratrum refectionem implicandos. Hoc autem de alijs fratribus intelligi minime potest q̄ de ijs qui huic religioni se in eodem loco dedicarant: ij etenim semper ab initio/tum in publicis/tum in priuatis documētis/fratres appellari consueuerūt: nec possunt ea de monachis intelligi/qui ad illos decem solidos persoluendos arctabantur: vnde/inter soluentes ꝛ recipientes necesse est differentiam presupponere personalem. Hec igitur fuit Antoniane religionis origo/que ab initio/in charitatis exercende cura/sub habitu seculari/ꝛ sine cuiusuis ecclesie titulo/vel ecclesiastico officio/simpliciter deo militans eo in statu aliq̄diu permansit. Post deinde/felicioribus incrementis adaucta/perq3 vniuersas Christiani orbis prouincias dilatata/sancte sedis apostolice beneficio/edificande proprie ecclesie facultatem/necnon sub certo ecclesiastico habitu/et statutis regularibus degendi/facultatem autoritatemq3 promeruit obtinere. Postremo vero/eadem ipsa religio/precelsius diuino beneficio sublimata/maioris ecclesie sanctarūq3 beatissimi Antonij patroni sui reliquiarū assequuta custodia/subq3 approbata diui Augustini regula/in ecclesiasticis pficiēs institutis/nequaq̄ postposita sancte charitatis ꝛ hospitalitatis obseruantia/inter celeberrimos militantis ecclesie ordines eximiam nominis ꝛ fame claritatē/apud cunctos Christianos populos/per summi creatoris gratiā est adepta. 1095

De quibusdā alijs religionibus:

que circa eadem tempora exorte sunt/nonnullisq3 alijs euentibus memorabilibus.

Caput.xxiiij.

Insignia hec tempora fuerunt generalis concilij celebratione apud Clarummontem Aruernie vrbem/in quo affuit Urbanus papa supradictus. Nec minus etiā illustria eadē tpa fuerūt/numerosissima Christianorū adunatione populorum/qui sumptis aduersus infideles armis/cruce signati

Hierosolymam perrexerunt. Gotifredoq; Lotharingo duce/sepu[illegible] dominicum/& terram sanctam/ permultasq; vrbes/ vi atq; armis expugna[illegible] Christiane ditioni adiecerunt/seu restituerunt. Nunq̄ tot gentes in vnam coiere sententiam. A nonnullis siquidem proditū est decies centena hominum millia in eo exercitu fuisse. Insignia quoq; fuerunt hec tempora/felici exortu religionum Carthusiēsis/ et Cisterciensis: q̄ postmodū prosperis successib⁹ vbiq; locorū dilatate/ mundū suo incremento impleuerunt. Id etiam memorabile est/ꝙ per ea tempora Romani pōtifices felicitatem quandam/vt opinor/ in denominatione secundi subesse existimātes/de industria sibi tale assumebant nomen quod esset in pontificatu secundum. Nā post Urbanum secundum successit Paschalis secūdus: post Paschalem/ Gelasius etiam secundus: post Gelasium Calixtus/& ipse secundus: post Calixtum/ Honorius pariter secundus: post Honorium / Innocētius secundus: postremo eidem Innocētio successit Celestinus secundus: quod/quia insolitum mihi visum est/nolui silentio preterire.

De diuersarum religionū

prioritate & posterioritate.

Caput. xxv.

IN initio in ipsa primitiua ecclesia/ij qui vite contēplatiue insistere proponebant/ incerto inequalíq; modo/q̄uis durissimo/singulariter viuebant: postmodum vero primus omnium Basilius ad certam equalemq; viuendi formulam monachos redegit/& tria vota substantialia religionis introduxit: sicq; esse cepit ordo Basilij. Deinde subsequutus est ordo sancti Augustini: postmodum vero sancti Benedicti/ et sancti Francisci ordines subierunt. Et ij sunt ordines quatuor generaliter ab ecclesia comprobati. Nam varij ordines alij ab aliquo istorum quatuor dependent: nec proprie ordines secundum ecclesiasticam dicendi formam/sed religiones dicuntur: ex quibus permulte sunt diuersi habitus/diuersarumq; institutionum/que tamen eiusdem ordinis esse dicuntur: quandoquidem eandem regulam profitentur. Ipsam tamen vocabulorū differentiam ab autoribus atq; scriptoribus / necnon ipso vsu plerunq; confundi cernimus: ita vt omnes religiones/ordines dicantur. Nec abs re/prescripta enim differentia/ non tam ab ipsa vocabulorum proprietate/q̄ certo apud ecclesiasticos dicendi seu significandi modo producta est. Id autem nequaq̄ arbitror silentio pretereundum/ꝙ ordo regularium canonicorum/si quis rem ipsam altius repetendam existimarit/non ab Augustino/sed ab ipsis apostolis in monte Sion reperitur fuisse institutus. Uerum quia hunc viuendi ritum apostoli ipsi non tam scripto & precepto/q̄ exemplo tradiderunt/volentibusq; imitari per sese ostenderunt/Augustinus vero eorum edoctus exemplo / regulam scripsit: idcirco Augustinus huius ordinis et regule dicitur autor extitisse. Qua etiam ratione/ordo Basilij anterior fuisse dicitur ordine Augustini: licet reuera regulariū canonicorum ordo ante omnes/ab ipsis apostolis fuerit ab initio constitutus. Nunc aliqua de religionum prioritate et posterioritate subijcienda videntur.

Religio

Religio ⁊ ordo Basilij circa annum domini trecentesimum sexagesimum cepit exoriri: huncq; ordinem ipse Basilius instituit: ⁊ regulā scripsit. Floruit autem idem Basilius tēporibus Iuliani apostate.

Religio Eremitarum diui Augustini circa annum domini trecentesimū nonagesimum exorta est/ipso Augustino fundatore/preceptore/atq; duce/apud Taguthensem ⁊ Hipponensem Aphrice vrbes constructo per eum in quodam nemore nō procul ab vrbe. Hipponensi monasterio/in quo ipse aliq̄diu eremitice vixit. Hic tamen ordo postea sub Alexandro quarto in ciuitates/aut prope ipsas reductus est.

Religio prima canonicorum regulariū cepit quidem/vt supra dictum est/ab ipsis apostolorū temporibus: sed postmodum ab Augustino renouata est. Nam postq̄ ipse Augustinus effectus est presbyter/videns se non posse cum eremitis residere/clericos intra episcopalem domum/in aliquo numero adunauit/⁊ cum eis viuere cepit/secundū regulā sub sanctis apostolis constitutam: in qua vsq; ad obitum perseuerauit. De habitus autem forma/nihil statuit/nec quicq̄ alibi legitur. Quapropter/multa varietas habituū hodie cernitur inter illos/qui eandē sectantur regulam: hanc autem intelligo esse religionem/que in pluribus cathedralibus ecclesijs viget/in quibus canonici sunt regulares/quēadmodū apud Hipponē erant tēpore Augustini: sed hec ipsa religio seu religiosorū virorū secta/vnicū corpus religionis minime cōstituit/nec vnum habet caput/sicut alie religiōes cernūtur habere: sed q̄libet ecclesia/de per se est separata/et distincta/adeo vt q̄uis idē sit modus viuēdi/nihil tamē inter se cōe habeant.

Religio primaria sancti Benedicti circa annū quingētesimū vigesimū in Italicis partibus apud Montē Cassinū cepit: vbi ipse Benedictus monasterium celeberrimum extruxit.

Religio Cluniacēsium sub regula beati Benedicti in diocesi Matisconēsi circa annū dn̄i nonagesimu decimū sextū exorta est/medio scilicet Odonis abbatis viri sanctissimi/qui vidēs monachos eiusdē regule ⁊ p̄fessionis/a primis diui Benedicti institutis declinasse/feruorē pristinū in aliquibus excitauit: multaq; ad instructoinē monachorū scripsit/vn̄ tāq̄ nouus ordo ab alijs distinct⁹ ad hāc vsq; diē tētus est/cui⁹ caput apud Cluniacū existit.

Religio Vallis vmbrose circa annum millesimū sexagesimū initiū sumpsit in Italia/vbi caput est ordinis. Huius autor fuit Ioānes Galbertus Florētinus/qui cū interfectorem fratris sui apprehensum iugulare vellet/rogatus per iesum Christū vt irā deponeret/eidē pepercit: ipsumq; fratris sui iterfectorē/ante crucifixi imaginē positū Christo obtulit ⁊ donauit/eo q̄ per virtutem crucifixi rogaretur. Et statim magno miraculo/crucifixi imago caput inclinauit: quo miraculo permotus/eremiticam vitam ducere cepit.

Religio Grādimontensis in Lemouicensi territorio circa annū millesimū octogesimū/a quodā Stephano egregie sanctitatis viro/initium sumpsit: et dicitur ordo Bonorum hominum.

Hierosolymitani assignata. Sunt tamē qui dicunt crimina eisdem calūniose fuisse imposita. Uiguit autem hec religio annis centum ꝛ nonaginta.

Religio Humiliatorū exorta est in Lōbardia circa annum millesimū centesimū nonagesimū / temporibus Federici Enobarbi imperatoris / Barbarosse vulgo dicti. Nam cum ipse Federicus ꝗ plurimos ex eadem prouincia in Germaniā relegasset / ac in exiliū misisset / post plures annos ipsi exules tam longū exilium fastidiētes / vestibus albis amicti / ad imperatoris pedes procidētes / misericordiā implorarunt: quos imperator cernens humiliatos / eorum precibus annuit / in patriāqꝫ redire permisit: ex quibus permulti habitum susceptum mutare noluerunt: sed in illo decreuerūt perpetuo celibē religiosamqꝫ vitā ducere: manuū operibus / scilicet lanificio / insistentes. Postmodū vero / regulā beati Benedicti professi sunt: ꝛ sacris ordinibus initiati / cum prius essent laici.

Religio Carmelitarū in Syria prouincia apud montē Carmelum / circa annū domini millesimū atqꝫ ducentesimū / instituta legitur: quorū habitus ab initio erat pallium varij coloris / scilicet albi ꝛ grisei / ꝛ ꝙdiu habitum illum detulerūt / a Soldanis permissi sunt in Syria habitare: sed postmodū habitu mutato / inde eiecti ad partes Europe sese contulerunt.

Religio sancte Trinitatis etiam eodem tēpore ab Innocētio tertio in vrbe Romana fuit instituta: qui etiā pontifex decreuit vt prouentus ipsius regionis in tres partes diuiderentur ita vt ex prima / hospitalitas seruaretur: ex secunda captiui redimerentur: ex tertia vero / persone eiusdem ordinis sustentarentur.

Religio sancti Dominici: que dicitur Predicatorum / ab ipso beato Dominico in Hispanijs sumpsit exordium circa annum domini millesimum ducentesimum octauum / cuiusquidem religionis claritatem nouit vniuersus orbis.

Religio sancti Francisci in Italia exorta est circa annum domini millesimum ducentesimum nonum / que Christianā religionem suo splendore / suaqꝫ doctrina maxime illuminauit.

Religio Crucigerorum in Italia circa annum millesimū ducentesimum decimū quintū aut initiata / aut certe restituta est.

Religio seruorū beate Marie circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum in Italia cepit.

Religio Celestinorū circa annum millesimum ducentesimū nonagesimum septimum sub regula beati Benedicti exorta est: a Celestino quinto Papa sumpsit denominationē / qui quidē Celestinus ante pontificatum adeptum Petrus de Moro seu Moroneus vocabatur: et postꝙ in Petri sede mensibus quinqꝫ stetisset / papatui renunciauit.

Religio Hospitalariorū sancti Joānis

Hierosolymitani qui postea dicti sunt Rhodiēses circa annum domini millesimū trecentesimum octauum clarere cepit/Quis ꝛ antea ordinem ipsum apud Hierosolymam principiatū fuisse crediderim/circaqꝫ hospitalitatē ibidem instituisse. Eo aūt ipso anno religio predicta Rhodum insulam assequuta est/quam vsqꝫ ad annum millesimum quingentesimum vigesimum secundū strenue defensauit/sed tandem longa Turcarum obsidione premente deditionem facere coacta est.

Superuenerunt Postmodum ꝛ alie plurime religiones/quarū origines et tempora referre tediosum esset. He sunt Iniesuatorū/Scopetinorū/Montis Oliueti/sancti Hieronymi/sancti Georgij de Alga/cōgregationis Frisonarie/seu Lateranēsis/sancte Brigide/sancte Iustine/eremitarum diui Hieronymi/Minimorum/Iesu Marie Camisiatorū/que tamen non est approbata/Cruciferorū cum scella/sancti Petri cōfessoris de Magella/sancti sepulchri de Calatabio/Camaldunēsis/Fontis Ebraudi/Vallis scholarium/Valliscaulium/Florētis/sancti Guillielmi/Syluestrinorum/de Montefano/sancti Victoris/de Sepinguam/Pauli primi eremite/beate Marie de mercede/de penitentia beatorū martyrum/tertij ordinis sancti Francisci/Quis proprie non sit religio per se. Preterea sunt militares ordines sancte Marie Theutonicorum/sancti Iacobi de spata/militie Calabrēsis/militie Iesu Christi/militie beati Iacobi de alto passu/militie hospitalis scti Thome/militie beate Marie de Mōtesia/sancti Lazarij / templi domini/militie de Alcātara/de redēptione captiuorū.

Ex his itaqꝫ Perspici potest atqꝫ intelligi primariam Antoniane religionis originem permultas alias insignes religiones antecessisse. Nec hoc idcirco dixerim/ꝙ in sola temporis longitudine existimē vere religionis laudem gloriāqꝫ fore constitutā/sed quia longissimi temporis progressus felicia semper ad bonum incrementa suscipiens/euidentissimū pretendere videtur diuine aspirationis argumentum: hancqꝫ ipsam proculdubio denotat diuinam ab exordio plantationem extitisse.

Contra detractores sanctarum professionum seu religionum/necnon eos qui illarum institutiones satagunt impugnare.

Caput.xxxvj.

Quorūdam vsqꝫ adeo nostris tēporibus inualuit proteruia/vt nec diuis ipsis parcere nouerit eorū licentiosa detractio. Tolerabile certe videretur/si proposite sanctimonie lapsum in multis deplorarent/aut bonis adhortationibus salubribusqꝫ monitis a priori ordinum ipsorum sanctitate declinantes ad pristinum religionis cultum/diuiniqꝫ amoris feruorem accēdere/aut cōmonefaciendo incitare niterentur. Uerum eo processit illorum detestanda nocendi libido/vt omnes ecclesiasticos ordines/sanctasqꝫ eorundē institutiones/nullo delectu habito/ad internecionem vsqꝫ persequi/funditusqꝫ euertere moliātur. Quibus/vt est apud Athanasium/id obijciendum est/videant quisnam illorum per diuinam gratiam assequutus est vt talia signa faciat/qualia fecisse noscuntur ipsarū sanctarum professionū autores/necnon pleriqꝫ alij qui eosdem hac in re sunt imitati. Nec ad rem facit quod ipsi impudenter occinunt/vnam tantū esse religionē Christianam/

stianam/cui nos omnes deuouimus:vnde putant aliarum quarumlibet religionū
nomen fore detestandū. Uerum quis est qui nesciat vnam pariter esse catholicā vni
uersalemqꝫ ecclesiam: Attamen Joannes beatissimus apostolus in Asia septem
ecclesias nominauit/ꝛ septem ecclesijs Asie rescripsit:nec absurdum putauit vt in
illo diffusissimo vniuersalis ecclesie gremio plures particulari nomine vocarentur
ecclesie/in quibus ipse apostolus varios singularū ecclesiarū mores adnotauit/di-
stinxitqꝫ. Legimus Ualentem imperatorem apud Anthiochiam in Christianos fu
rentem propter discordiā ꝛ varietatē ecclesiasticam quam cernebat/ad meliorē sen-
sum mentēqꝫ demum fuisse reuocatum viso libro Themistij philosophi/in quo ostē
debat non debere imperatorē adeo Christianis propter eam diuersitatem esse infe-
stum/cum apud paganos plusqꝫ trecentarū sectarū differentia cerneretur/ꝛ vnus-
quisqꝫ in sua sententia permaneret:subiunges ꝙ forte hoc deo potius gratum esset/
dū ipse varijs modis colitur. Et inter huiusmodi varietates non facile cognoscitur/
sed diuerso modo glorificatur/vt illum vnusquisqꝫ amplius timeat/dum integrita
tem sciētie eius/vel quomodo/vel qualiter/aut quātusqꝫ sit magis ignorat. Meri-
to igitur explodendi sunt malignarū assertores opinionū/qui adeo petulāter in reli
gionum diuersitatē debacchantur/quas sancti patres ad dei laudem ꝛ animarū sa
lutē in gremio vniuersalis fidei religionisqꝫ Christiane militantes instituerūt. Non
enim Augustini/Benedicti/aut Francisci regulares institutiones euāgelice regu
le aduersantur/nec ab eadē sunt aliene. Idem semper est scopus ad quem Christia-
ni omnes vota sua dirigunt/sed alij alio modo in patriam pergentes gradiūtur/in
deiqꝫ amore proficere pergunt. Sed hec ipsa varietas non in essentialibus seu sub-
stantialibus diuine legis preceptis/verum in exquirēdis ad perfectionis statū con-
sequendū cōpendiarijs tramitibus consistit. Quamobrem sancti patres volētibus
ꝛ cupiētibus similem cum ipsis in Christo ducere vitam/certas regulas specialesqꝫ
traditiones atqꝫ institutiones conscripserunt/in nōnullis quidam rebus secūdum
tempus/locorūqꝫ/ꝛ personarum diuersitatē differentes. Unde Gregorius ille ma-
gnus sic inquit: Regule sanctorū patrum pro tēporibus locis/et personis/instante
necessitate/vel opportunitate tradite sunt. Necesse est enim vt iuxta conditiones ho
minum/locorum/ꝛ temporū/diuerse bene viuendi regule traderētur/diuersas cau
sas/ꝛ argumenta/ꝛ origines habentes. Hec ille. Beatissimus certe apostolus Joā
nes septem(vt predictū est)scribēs Asie ecclesijs/in vnaquaqꝫ earum vel specialia/
vel vniuersalia vitia reprehēdit/vel virtutes probat. Ita ꝛ Paulus per singulas ec-
clesias specialibus medetur antidotis. Non enim est periti medici vno et eodē colly
rio omniū oculis velle mederi. Ea propter cum varie affecti reperiātur mortaliū ani
mi/operepreciū est varijs modis ꝛ formulis pro animorū ꝛ corporum diuersitate di-
uersas quoqꝫ viuendi institutiones esse constitutas. Minime igitur mirum cuiqꝫ
videri debet/si ab immensa illa societate inter Christianos contracta veluti genere
quodam generalissimo/inter aliquos in eandem viuendi rationem ac regulam con
sentientes/specialis quedam seu particularis societas fraternitasqꝫ contrahatur/et
pares cum paribus(vt est in veteri prouerbio)coniungātur/conciliāte eos inuicem
quadam morum/seu complexionū/ꝛ animorum similitudine/dum diligēter quisqꝫ
eorum apud se excutit suarū virium in laboribus/vigilijs/ieiunijs/parcitate/ac to-
lerantia facultatē/propriāqꝫ metitur virtutem:quādoquidem non omnes pereque
vni ꝛ eidem instituto apti reperiūtur/et vel humaniorē leniorēmqꝫ/vel austeriorem
viuendi ritum pro modulo proprij roboris quilibet sibi necesse habet deligere. Nul
la certe vniuersali societati catholice fit iniuria/si iure eiusdem illeso/inter aliquos
arctior cōmunio ac societas ineatur/aut siqui arctiori quodā vinculo inter se federē

tur. Quis dubitat etiam in ipsa religione Christiana esse gradus humane societatis? Ut enim ab illa infinita humani generis societate pgrediamur/propior est qui ex eadem natione/adhuc ⁊ interior gradus est eiusdē esse ciuitatis/arctior vero colligatio est propinquorū/seu cōsanguineorū/⁊ affinium/sed omnium societatū nulla est prestantior/nulla firmior ꝙ cum boni aliqui viri moribus similes adunantur/in quibus eadem studia sunt/eedemqꝫ volūtates/vt eque vnusquisqꝫ ipsorū altero delectetur ac seipso. Efficitur enim id quod Pythagoras vult/vt vnus fiat ex pluribus/pluresqꝫ vnum corpus constituere videantur. Que Christi dei nostri propria sanctio est. Deifica igitur censeri debet sanctarum religiosarumqꝫ societatum institutio/in quibus ne diuersitas volūtatum tranquillitati officeret/ ⁊ actuum inordinata confusio fratres interturbaret/opportuna fuit regularium institutorū editio. Non equidem inficior plurimos ibidem a professa vite sanctimonia valde alienos reperiri/sed ob id ceteri omnes minime sunt execrandi. Nunꝙ certe tam aurea secula fuerunt/vt nō multo plures semper nequitie ꝙ probitati dediti fuerint. Nec hoc tantum est peculiare nostrorum temporum/ꝙuis iuxta Neemie prophetantis eloquium/fatendum sit seculum indies magis ac magis caducum fieri/⁊ in deterius prolabi/pristineqꝫ virtutis emarcuisse vigorem. Quapropter in actis Grangensis concilij ita legimus: Quamuis multa sint que obseruari iubeat canonice sublimitatis autoritas/attamen defectus nostri tēporis quibus non solum merita/sed etiā corpora ipsa defecerunt/districtionis illius non patitur manere censuram. Et vt inquit Marcus Cicero/quoniam non cum perfectis viuitur hominibus/plenēqꝫ sapientibus/nemo omnino est negligendus/in quo aliqua virtutis significatio appareat. Hec prolixius ac tediosius forte ꝙ locus exigeret disserui/offerēte se occasione temporum istorum/quibus omnia nouis opinionibus procacibusqꝫ scriptis concutiuntur.

Qualiter ecclesia beati

Antonij per Calixtum Papam dedicata fuit/atqꝫ consecrata.

¶ Caput. xxvij.

VRbano secūdo rebus humanis exempto successit Gelasius/qui cum Henrici imperatoris persecutionem fugiens in Gallias se contulisset/apud Cluniacense monasterium vita excessit. Quo ecclesiastice tradito sepulture/cardinales qui ibidem aderāt Guidonem Viennensem archiepiscopū/ex regū Francie/Anglie/⁊ Germanie (vt historici tradunt) prosapia ortum/Burgundieqꝫ comitis fratrem/in Romanum pontificem elegerunt/qui non prius pontificatum acceptare voluit/ꝙ cardinalium Rome existentium/ac populi Romani consensum habuisset. Pie igitur pontifex beatissimus syncera erga eundem sanctū deuotione motus/statim post suam promotionē ad visitandū eiusdem almi confessoris corpus accessit/⁊ ecclesiam nouam in qua requiescebat/officiosissime consecrauit/atqꝫ dedicauit: cōcessa perpetuis temporibus plenaria omnium commissorum indulgentia/necnon peccatorum remissionem omnibus ipsam ecclesiam eadem die spe impetrande

ſpe impetrande venie viſitantibus. Huiuſce autem dedicationis decretum in eiuſdem eccleſie archiuis legitur ſub hac forma.

Dominus noſter Jeſus Chriſtus ante ſecula permanens vnus cum patre et ſpiritusancto deus in fine ſeculorum ex vera matre verus homo factus/omnibus in ſe vera fide ꝛ digna operatione credētibus/ celeſtis vite aditum humana mediāte natura aperire eſt dignatus. Qui etiā ad magne indicium pietatis apoſtolis ſuis eadem qua ꝛ nos terrena materia creatis/nec vllius carnalis ſapientie vel dignitatis excellentia fultis/ligandorum et ſoluendorum peccatorum poteſtatem conceſſit: beato Petro apoſtolo in perſonam vniuerſalis eccleſie ita inquiens: tibi dabo claues regni celorū/ꝛ que ligaueris ligata erunt/ ꝛ que ſolueris ſoluta erunt. Cuius vices nos licet indigni agentes/eccleſiam beati confeſſoris Antonij corpore venerabilem/ad laudem et nomen ſancte et indiuidue Trinitatis/ꝛ honorem beate Marie ſemper virginis ſub patrocinio tanti patroni .xiij. cal. Aprilis die conſecrauimus. Omnibus ergo ad eam ſpe impetrande miſericordie confugientibus/ſalutem et apoſtolicam benedictionem/remiſſionemqꝫ peccatorum/ſi ex corde peniteant/autoritate beatorum Petri et Pauli apoſtolorum exoptamus/et concedimus. Inuaſores autem et violatores cemiterij/ſiue rerum monachorum et clericorum in ea deo ſeruientium/ceterorumqꝫ hominum ad eam pertinentium/ab omni Chriſtianitate ſegregatos ſub anathematis excommunicatione ponimus/donec ad ſatiſſactionem veniant/et male peruaſa reſtituant. Affuit huic decreto laudator et confirmator Guigo Deſiderij cum filiis ſuis/qui manu ſua manui noſtre ſuppoſita iure ſacramenti firmauit/ꝙ in rebus monachorum vel clericorum eccleſie nullam inuaſionem aut violentiam in reliquum exerceret: ꝛ ſi forte faceret/infra .xiij. dies admonitus emendaret: terminos cemiterio prefixos a ſe ſuiſqꝫ inuiolatos teneret. Hoſtienſis epiſcopus/ Joannes Cremenſis/ noſtriqꝫ cardinales interfuere/ G. prior. B. capellanus. D. canonicus Romonēſis ꝛc. Soferde. B. preſbyter. Hautelmus Gago. P. prouincialis. G. Raſchas/cum ceteris clericis ſiue laicis: Anno domini milleſimo centeſimo decimo nono ab incarnatione.

Hic locus expoſcit illorum errorem coarguere/qui aſſerebant vetuſtam eccleſiam olim anteq̄ repoſitum ibi fuiſſet ſanctū corpus/ſub beati Petri nomine fuiſſe dedicatam. Nam preter id ꝙ antiqua documenta huic opinioni aduerſantur/ſatis in aperto eſt ꝙ in hac noua dedicatione mētio beati Petri non omnino ſuppreſſa fuiſſet/ſi prior eccleſia in illius honorem antea extitiſſet dicata: ſed quia beate Marie nomine antiqua ipſa eccleſia fuerat conſecrata/idcirco in noua dedicatione prioris tituli iura manſerunt intacta.

De tranſpoſitione ſancti corporis in capſam nouam ex cypreſſo fabricatam.

¶ Caput .xxviij.

Elziardo priore ecclesie sancti Antonij existente/prout antiquarum scripturarum testimonio cõprobatur/autoritate beatissimi Calixti Pape secundi/ꝗ̃plurimis magne autoritatis ⁊ nobilitatis viris cõuocatis/debitam cum veneratione/ac sub publico cõspectu/arctissima custodia adhibita/apertum fuit feretrum/seu archa/vel capsa antiqua ex Constantinopoli aduecta/repertumq; in ea venerandum corpus sanctissimi Antonij/vna cum veste quadam quam Pauli primi eremite fuisse nonnulli existimabant. Sigillatim itaq; singulis ossibus corporis dinumeratis/super mensa altaris maioris trãspositũ extitit ipsum sanctum corpus in capsam nouã/quam vir summe religionis ⁊ sanctitatis Sofredus prior Excubiarũ sub ordine Carthusiensi deuotissime ac religiosissime viuẽs/propria manu simpliciq; artificio fabricauerat ex cypresso. Maior autem ⁊ primaria domus Carthusie tunc prioratus Excubiarum vocabatur.

Qualiter in eo loco

Christus dominus per intercessionem sui gloriosi confessoris multa miracula operatus est.

Caput. xxxix.

Uariis antiquarum scripturarũ testimoniis compertum est ad contestandam sanctarum reliquiarum veritatem/presentieq; sancti corporis certitudinem/per Christum dominum in prefato loco innumera facta extitisse miracula. Quapropter sancta Romana ecclesia comprobante/tunc in ecclesiastico officio Hymnus decantari cepit his versibus: Urbs beata Viennensis/et beatus populus/apud quos non dubitatur esse dei famulus. Manum egris imperantem seruo dedit dominus/vt cum iubet/vi nature fiat morbi terminus/⁊ tollatur infernalis herpes estiomenus. Hec apparẽt per effectum hoc in loco clarius/vbi mira per eundem sanctum fiunt sepius/⁊ extingui sacrum ignem constat mirabilius. O quot ad eius infirmi confluunt ecclesiam/implorantes per eundem diuinam clementiam: ⁊ recipiunt ibidem sanitatis gratiam ⁊c. Possem hoc loco pene incredibilia ꝗ̃ꝗ̃ verissima referre/sed impresentiarum propositi nostri non est in his enarrandis diutius immorari/que pene iustum volumen per se exigere viderẽtur. Nec arbitror quenꝗ̃ scribendo assequi posse miraculorũ numerum. Unde in quibusdam authẽticis Viennensis ⁊ Auenionensis archiepiscoporũ/necnon etiã episcopi Viuariensis literis circa annum millesimum ducentesimum editis/apertissima contestatione declaratur non esse opus vt nuncij sancti Antonij falsa miracula confingãt/seu publicent/quandoquidẽ ipsa veritas permulta ⁊ maxima haud dubie subministrat/que veraciter ⁊ sine fictiõe qualibet referri possunt. Quod ⁊ olim Bonifacius octauus/Urbanus quintus/⁊ Martinus quintus Romani pontifices apertissime testati sunt. Quod idcirco duxi cõmemorãdum/ne cui forsan videri possit nos

possit nos nouis adinuentionibus aures hominum demulcere/aut vana pro veris astruere velle. Fuerunt nanque et sunt/vt diuus Hieronymus inquit/qui virtutes egregias et celestes per sanctorum reliquias iam vtique prope nostris temporibus effectas/maluerunt detractione mordere/quam veneratione suscipere: antiquum illud venenum in dei famulos Judaice infidelitatis euomentes/quod illi quondam in ipsum dominum viperinis linguis effuderunt/dicentes: in qua potestate hoc facis? Tepida/vt arbitror/consolatio/et de liuore generata/querere an diuinium sit quod vides esse diuinum/et rationem poscere cum credere sit necesse: et cum apostolus dicat: charitas omnia credit: quis dubitat quod sine charitate dei sunt qui fidem tantis non applicant virtutibus? Negat autem fidem qui tanquam tentator inquirit/quasi non manifestum sit in ea potestate sanctos nunc in spiritu miracula facere/in qua aduersarios suos prius in carne constituti vicerunt. Ceterum hec illis gloria/et in Dauiticis carminibus fuerat promissa his verbis: Letabuntur sancti in cubilibus suis. Cubilia posuit pro sepulchris/seu locis in quibus eorum corpora sunt reposita. Siquidem cubilia vere dicuntur in quibus nunc quiescunt. Hec Hieronymus. Nonne etiam sacre litere perhibent Helisei corpus post mortem suo attactu ingenti miraculo fuisse illustratum. Multa igitur miracula fieri in eo quo beatissimi Antonij corpus requiescit loco minime debet cuique dubium videri/cum ipsum beatissimum patrem olim in humanis agentem Christus tot tantisque gratijs illustrasse legatur.

Qualiter ab antiquo in die dominice ascensionis processionaliter sanctum corpus deferri consueuit.

Caput.xl.

Antique litere perhibent non esse noui moris vt in die dominice ascensionis maxima confluente peregrinorum turba corpus sanctum ab excelsiore quo repositum est loco demittatur/et subinde lustratio seu processio solennis fiat. Id etenim ab ipso statim repositionis dictarum reliquiarum tempore fuisse seruatum constat/qua etiam die quoddam miraculum patratum fuisse in persona nobilis viri Guigonis Desiderij domini ipsius loci quedam scripta indicant/licet rem gestam minime ad plenum explicent: sed sic habent de domino ville. Succedit in militaribus personis gloriose virtutis enarranda nouitas/que non minus admiranda fuit in illustribus personis experta/quam precedentia miracula in humilioribus admirata. Solet enim signorum quantitatem persone autoritas augere/quam licet non minuat curati vilitas/magis tamen quandoque publicat medicum languentis sublimitas/quam languoris asperitas. Cetera desunt. In huius autem processionis deuotissima celebritate/quanquam ab initio sanctum corpus in capsa repositum a loci domino/necnon quibusdam nobilibus illustribusque personis prouincie Viennensis deferri consueuisset/attamen annis iam propemodum ducentis Mediolani

duces id sibi iuris vendicarunt/vt humiliter ꝛ deuote huius subeundi muneris locum secundum per se vel deputatos exequantur/exoptatissimaqꝫ huiusce muneris functione perfruantur. Hoc quoqꝫ eadem celebri die ab antiquo ad nostra vsqꝫ tempora extitit obseruatum/vt dicti sancti corporis reliquie vino perfundantur: quod inde reseruatum/diuersorum languorum remedijs vtilissimum affluenti populo propinatur/atqꝫ exhibetur. Innumeris profecto experimentis probatum est eius sanctificati vini virtutem aduersus sacri ignis incendia presentaneam afferre medelam. Eoqꝫ ipso quo hec scripsimus anno/plurimos nouimus irroratione et conspersione vini illius ab ea sacri ignis lue/non sine summa diuine virtutis contestatione fuisse curatos. Nostraqꝫ memoria reges et principes eo salutari remedio vsos fuisse perspicuum est. Quapropter eiusdem vini sanctificationem sedes apostolica comprobauit/decreuitqꝫ nullibi licere tale vinum conficere/preterq̄ in ipso quo sancti corporis reliquie conquiescunt beati Antonij monasterio.

De donarijs seu pijs donationibus ecclesie beati Antonij circa eadem tempora per plures nobiles ꝛ insignes personas factis.

Caput. xlj.

Nonnulli in priuatis quibusdā commentarijs scripserunt Guigonem Desiderium temporalē dominum locorum Mote ꝛ Castrinoui donasse monachis septē ecclesias/amplissimosqꝫ prouentus eisdem assignasse: quod minime verum est. Nam locum ꝛ edificium duntaxat noue ecclesie inchoatum imperfectumqꝫ eisdem remisit/vna cum iure patronatus veteris ecclesie parochialis/que infra ambitum noui edificij maioris scilicet ecclesie conclusa ꝛ comprehēsa remanebat/pariterqꝫ ius patronatus ecclesie sancti Desiderij: quibus per Guntardum vicarium Viennensem addite sunt ecclesie sancti Marcellini/necnō et sancti Hilarij/ confirmatione Guidonis archiepiscopi postmodum subsecuta. Post deinde ecclesiam beate Marie de Montanea cum decimis eiusdem loci dedit ꝛ donauit nobilis Bernardus de Eschanagnijs/autorisante eodem Guidone archiepiscopo. Preterea vir quidam nobilis nomine Constantinus dedit capellam de Chapayssia/Nautelmus vero de Monte Lucido vna cum Poncio Ruso ecclesiam loci de Vinays/ꝛ quartam partem decime eiusdem loci contulerūt. Insuper Ardenchius de Vinays dedit ecclesiam sancti Joannis qui dicitur frumentalis/ꝛ nonam partem decime. Postremo Petrus Sofreys partem quam habebat in ecclesijs de Vinays et de Mōte Lucido legitur cōtulisse. He autem ipse donationes dicebātur fieri de ecclesijs/quamuis predicti nobiles in illis ius dūtaxat idoneum rectorem presentandi vacatione illarum occurrente obtinerent. Ipsarum vero ecclesiarum donationem postmodū Lucius Papa tertius/ꝛ pariter Innocētius terti⁹/additis ecclesijs de Roybone ꝛ de Quinceuo/apostolica autoritate confirmarunt.

confirmarunt. Prenominatus quoqꝫ Guigo Desiderius eum locum in quo nūc domus abbatialis sita est/necnon vineam adiacentem donasse legitur. Quedam preterea priuilegia eidem ecclesie contulit. Franco vero ⁊ Mallenus eiusdem Guigonis filij predicte ecclesie certas decimas reperiuntur contulisse. Addidit preterea Mallenus ipse quasdam vineas. Sic enim suas ille(vt scribitur)rationes instituerat/vt annis singulis quidpiam de suis facultatibus eidem ecclesie in festo reuelationis beati Antonij largiretur. Erat siquidem illa dies tunc frequentibus miraculis facta clarior. Pia quoqꝫ deuotione motus Guillielmus Viennensis ecclesie archidiaconus/dicti Guigonis filius/ecclesie beati Antonij locum de Condamines donasse legitur. Jisdem pariter temporibus Franco vir nobilitate insignis Hierosolymam petens dei misericordiam imploraturus/plura temporalia bona dicte ecclesie largitus est: tandemqꝫ ab eadem peregrinatione reuersus/semetipsum in eadem ecclesia sub habitu regulari Christo dedicauit. Alij preterea viri nobiles ꝗplurimi deuotionis feruore accensi/non pauca eidem ecclesie bona leguntur per ea tempora contulisse.

De donatione domus eleemosynarie per Guigonem Desiderium pro suscipiendis pauperibus sacro igne mutilatis facta.

Caput.xlij.

CUm autē nobilis ⁊ potēs Guigo Desiderius opera pietatis in pauperes sacro igne mutilatos magno deuotionis feruore per Gastonem/ sociosqꝫ et confratres illius exerceri perspexisset/ attendens eosdem non satis amplū idoneumqꝫ ad hoc locum habere/volensqꝫ ⁊ ipse particeps effici meritorum/domum que exinde eleemosynaria dicta est/syncera deuotione/pioqꝫ affectu ad tam sanctum opus largitus est. Quidam tamen referunt ab eodem non domum extructam/sed locum duntaxat/seu aream in qua postmodum ipsa domus edificata est/ fuisse collatam. Que sententia mihi probabilior videtur: eo maxime ꝙ in appendice veteris martyrologij/nonnullisqꝫ alijs locis legimus hospitale maius a Stephano sacerdote fuisse exedificatum. Quiquidem Stephanus eodem ferme quo et ipse Guigo Desiderius anno/ab humanis legitur decessisse/ millesimo scilicet centesimo atqꝫ trigesimo. Jn quibusdam tamen scriptis animaduerti domum eleemosynarie appellari illam in qua fratres residebant/ non autem eam in qua erant pauperes constituti. Erat autem domus residentie fratrum prope ecclesiam beate Marie/que de eleemosyna dicebatur/a septentrionali parte sita/vineisqꝫ contigua/in qua nunc horrea/torcular/locus concilij/ ⁊ bibliotheca conspiciuntur.

Compendij Antoniane historie
De obitu bone memorie

Gastonis/qui sancte fraternitatis ⁊ religionis sancti Antonij primariam plantationem fecisse traditur.

¶ Caput.xliij.

CUm igitur Gasto supramemoratus dicte sancte fraternitatis/necnon ad pia opera exercenda contracte societatis felicia fundamẽta iecisset/tandem(vt quedã indicant scripta)plenus dierũ/omnibus socijs ⁊ fratribus ad perseuerantiam sancti propositi cohortatis/deuotũ domino spiritum cõmendauit/⁊ cum patribus suis viam vniuerse carnis est ingressus. Quo autem id contigerit anno/minime scriptum reperi. Ipsius autem Gastonis quantũ coniectura assequi valeo/paterna domus fuit illa que nunc apud Aneronẽ domus eleemosynarie nuncupatur. Et(vt arbitror)ab eodem profecta etiam est domus Loyniarum/q̃uis aliqui putent ipsam olim fuisse prioratus Marnancij/vnioneq; dicti prioratus mediante/circa annum millesimum trecentesimum huic religioni accessisse. Quod ⁊ nõnulla scripta testari videntur/sed re ipsa altius discussa/compertum habeo ipsam domum Loyniarum longe ante dicte vnionis tempus huic religioni competijsse. Extantq; publica documẽta/quibus constat Falconem domnũ in eadem domo tanq̃ ad eleemosynã pertinẽti contractus celebrasse/⁊ bona quedã ibidem sita in emphiteosim tradidisse. Nec dubium est quin hoc ipsum ante vnionem Marnanciani prioratus per centum ⁊ amplius annos actum fuerit. Ceterum existimo ibidem quoq; olim fuisse domum aliquam ad prioratum de Marnancio pertinentẽ/que vnione facta cum suis pertinentijs alteri applicata est:sed inde cum vna sufficeret/fuisse sublatam/vel ruina collapsam.

Secunde partis
conclusio.

HEc de reuelatione inuẽtioneq;: necnon varijs translationibus reliquiarũ corporis beatissimi Antonij:ac insuper de origine religionis/que felicibus auspicijs sub eiusdem sanctissimi patris nomine fuit instituta/impresentiarũ dixisse sufficiat.

Pars Tertia Compendij Antoniane historie.

Proemium.

Diuinā Antoniane religionis plantationem/ab humilibus exortam primordijs/ felix postmoduz faustaq; subsequuta est propagatio atq; dilatatio. Fecundissimo nanq; pietatis & charitatis germine mirum in modum fructificante/quāplurimi nobiles non infimeq; cōditionis viri/pio deuotionis affectu/huic sancte societati iuncti sunt/signum Potentie siue Tau in vestibus assumentes: ūq; vulgo fratres eleemosynarie domus sancti Antonij nuncupabātur. Erant et alij ibidem/qui donati seu conuersi vocabantur: pariter & insignes quedam pietate mulieres/que Christi pauperum curam gerebant: ad diuinam gratiam et misericordiam promerendam / eisdem solicite ministrabant. Tantaq; subinde predicte sancte societatis & fraternitatis fuerunt incrementa/vt illius fama pauci temporis processu latissime diffusa vbiq; calescere atq; crebescere ceperit. Mortuo itaq; Gastone supra memorato/communi fratrum decreto statutum est / vt vnus deinceps ex illorum numero/dicte domus sancteq; societati & fraternitati preficeretur/per canonicamq; electionez in predicte congregatiōis caput assumeretur: qui magister seu dominus appellaretur/a Viennensi presule postea confirmandus. Quod quidem statutum ordinaria autoritate subinde roboratum atq; comprobatum/per annos circiter centum & septuaginta extitit obseruatum. Quamuis autem predicte congregationis fratres/nullis tunc ecclesiasticis ordinibus essent initiati/magistros tamē seu domnos qui eidem congregationi prefuerunt/ constat in sacerdotali gradu fuisse constitutos. Qui nam autem hanc ipsam administrationem gesserint/breuiter subijciemus.

De Stephano sacerdote/& domno/seu domus eleemosynarie sancti Antonij magistro.

Caput. j.

In enarrādis eorum gestis: qui ab initio huic societati & fraternitati prefuerūt/ necessitate potius q̄ voluntate breuitatem sectabor: quandoquidem de ijs ipsis pauca admodum scripta reperi: eaq; adeo sparsa & inordinata/vt rerū difficultate victus /tedioq; affectus/persepe destiterim ab incepto. Verum congeminato tandem ad eruendam veritatem labore (cum indignum existimarem ob nonnullarum rerum difficultatem/alia omnia pati interire) posthabitis quibusq; minus perspectis rebus/ea tandem scribenda censui/que indubita-

Externarum rerum status.

¶ Caput.iiij.

Post annum millesimum centesimum atq3 trigesimum/sub initium pontificatus Innocentij secundi/ipso Innocentio absente/Rome creatus est in antipapam Petr⁹ Leo/qui Anacletus dictus fuit. Innocētius vero in Frāciam se contulit:z apud Clarūmōtem concilium celebrauit. Dein de a Lothario Romanorum rege Romaz perductus/in pontificia sede restitutus atq3 stabilitus est. Huic successit Celestinus secundus:z Celestino/Lucius etiam secundus: deinde Lucio Eugenius tertius beati Bernardi discipulus. Lothario autem imperatore mortuo/ Conradus Sueuie dux legitimis suffragijs electus est:quo tēpore.Christiani in Asia grauissima atq3 cruentissima bella gesserūt. quibus suppetias ferre cupientes ipse Conradus imperator:necnon Ludouicus Frācorū rex/cruce insigniti duobusq3 potentissimis exercitibus instructi/in Asiā perrexerunt. Memoratus Conradus ille est qui Genuēsibus concessit priuilegiū cudendi monetaz atq3 signādi ipsius Conradi nota/ eiusq3 nomine expresso:quod nuncvsq3 apud eos seruari videmus. Beatus Bernardus Clareuallensis per hec tempora in Gallia sanctitate z doctrina prestantissimus habebatur.

De Guillielmo Ruso domus eleemosynarie sancti Antonij magistro.

¶ Caput.v.

Onnulli temporum supputationem parum admodum attendentes/immediate post Stephanuz supramemoratum/ Hautelmo Sofredo z Guillielmo Rufo pretermissis/ponunt Petruz Sofredū:quem constat anno millesimo ducentesimo secundo decessisse:quo fit vt si idem Petrus immediate prenominato Stephano successisse diceretur/quem anno millesimo cētesimo trigesimo legimus decessisse/fatendum esset ipsum Petrum hanc administrationē duorū z septuaginta annorum spatio tenuisse:quod nequaq̄ verisimile est. Preter ea etiam publicis constat documentis / prenominatum Hautelmum Sofredum seniorem/atq3 hunc Guillielmum Rufum huic administrationi ante dictum Petrum Sofredum prefuisse. Ipse autem Guillielmus Rufus singularis prestātie vir memoratur extitisse:cui⁹ prudētia z solicitudine/res hui⁹ sancte cōgregatiōis non mediocria susceperunt incrementa: multiq3 nobilitate insignes viri precipua deuotione moti/sub illius regimine signo Potentie assumpto/ad sanctissima pie

tatis opera exercenda / sese eidem ordini dedicarunt. Quapropter Algodius prior/7 monachi ecclesie/necnon prioratus sancti Antonij eiusdem congregationis exaltationem prosperosq3 successus non rectis occulis intuentes / excogitatis quibusdam medijs illam impugnare ceperunt: eo maxime pretextu/ꝙ prior ipse Algodius primatum 7 superioritatem in eadem eleemosynaria domo sibi vendicare nitebatur. Uerum ea controuersia postmodum amicorum interuentu discussa / inter easdem inita concordia est/publico diplomate super hoc confecto. De tempore obitus ipsius Guillielmi/nihil habeo quod certa fide possim referre.

Externe res: et temporum status.

Caput. vi.

Post Eugenium tertiū Anastasius quartus antea abbas monasterij sancti Rufi/ pontifex creatus est: cui successit Adrianus quartus/qui dicere solitus erat neminem esse Romano pontifice miserabiliorem: nec ambiendum esse pontificatum/nisi velit quis Romulo succedere in paricidijs. Hunc Adrianum ferunt cum in amenum quendam locum estiuo tempore processisset/ reperto quodam fonte lympidissimo/aquam hausisse: cumq3 bibendo / musca os eius subintrasset/gutturi eius herens/illi causam mortis attulisse. Hoc autem Germani asserunt illi contigisse diuino iudicio: eo ꝙ contra imperatorem diris execrationibus coniurationem fecisset. Eidem Adriano Alexander tertius subrogatus est / sed nō omnium consensu/ siquidem 7 alter creatus est/Uictorq3 appellatus: sicq3 schisma in ecclesia fuit. Nam predicto Uictori alij tres in errore successerunt: qui omnes ante Alexandrū decesserunt. Imperium tenuit Federicus/eius nominis primus/Aenobarbus vulgo Barbarossa vocatus/Sueuie dux: qui ducatum Boemie regni titulo insigniuit: 7 Austriam/ in ducalem dignitatem erexit: cum antea marchionatus esset. Infelicia hec tempora fuere / tum ob cruentissima bella in Italia gesta/cum omnes ferme Italie potentatus aduersus imperatorem conspirassent/tum etiam ob nephandum schisma quod in ecclesia dei aliq̄diu viguit: cuius tollendi gratia/imperator et rex Francorum Philippus prope Diuionē in Burgundia conuenerunt: verum nihil actum est. Alexander papa per id tempus Parrhisijs 7 in Gallia morabatur: nec quieta fuit a bellis Germania: quinimo cedes ac direptiones / 7 incendia/aliaq3 plura hostilia ibidem gesta sunt. Pariter etiam in Asie partibus Christiani principes grauia bella gesserunt. Per id etiam tempus Constantinopolitani audientes dissidia inter pontificem 7 imperatorem vigentia/missis ad pontificem legatis / maximopere conati sunt efficere/vt suppresso imperio occidentali quod olim fuerat a Constantinopolitano subtractum atq3 diuisum/vniuersa potestas 7 ditio imperij ad vnum rediret/ex duabusq3 monarchijs vnica tantummodo/vt olim/constitueretur: cum absurdum videretur duos in orbe imperatores/duasq3 monarchias in Christiana republica esse. Circa hec etiam tempora/potestas Delphinorum principum in Uiennensi prouincia cepit exoriri: ab eoq3 tempore/ prouincia ipsa Delphinatus nomen sortita

nomen sortita est. Mediolanum Federicus imperator/septennali bello ⁊ obsidiõe fatigatum/tandem captum euertit/soloq; equauit: terra quoq; aratro mota/sal ibidez seminauit. Hic ipse Federicus Barbarousse/pro redemptione filij sui Othonis qui apud Venetos captiuus habebatur/pacem cum Alexandro Romano põtifice inire coactus est: cumq; eidem Alexandro obedientiam prestaret/veniamq; humi prostratus postularet/idem Alexander/supra colluz imperatoris imposito pede/ait/scriptum est: Super aspidem ⁊ basiliscum ambulabis: ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem. Ad quem imperator/non tibi/inquit, sed Petro. Pontifex vero respondit/Et mihi/ ⁊ Petro. Hec ipsa Venetijs in diui Marci palatio depicta cernuntur.

De petro Sofredo
eleemosynarie domus magistro.

Caput.vij.

Gvillielmo Rufo Petrus Sofredus Hautelmi Sofredi ex fratre nepos/subrogatus est: vir certe in rebus gerendis strenuissimus/quem Marnanciane ecclesie canonicum regularem fuisse legimus. Quo autem anno administrationē adeptus fuerit/minime constat: verum in publico quodam instrumento traditur ipsum Petrum anno millesimo centesimo octogesimo primo vti dominum atq; eleemosynarie domus magistrum/quibusdam contractibus interfuisse. Huius temporibus/anno scilicet millesimo centesimo supra nonagesimum primum/Celestino tertio Romanam sedem obtinente/inter priorem/et monachos ecclesie beati Antonij/necnon ipsum Petrum Sofredũ/fratres quoq; domus eleemosynarie/grauis controuersia exorta est: eo ꝙ vtriq; ad piorum subsidiorum collectionem/sub nomine sancti Antonij nuncios hincinde destinabant. Domus siquidem eleemosynaria/perpaucis cum sit facultatibus dotata/proprijs eiusdem bonis ad hospitalitatis onera supportanda minime suppetētibus/semper necesse habuit pia fidelium subuentione adiuuari. Ea etenim charitatis opera/que in eadem domo ⁊ religione exercentur/maxima ex parte/baculo beatissimi patris Antonij/idest sola ferme nominis eiusdem claritate virtuteq; eidem almo confessori celitus collata/necnon pia fidelium subuentione perseruntur. Huic autem exorte controuersie finem imposuit partium conuentione inita transactio/qua cautum extitit/vt prior ⁊ monachi vnum tantummodo nuncium/idq; in sola Viennensi diocesi/ad opus fabrice ecclesie ⁊ prioratus destinarent: in ceteris vero prouincijs ⁊ diocesibus/soli duntaxat domus eleemosynarie fratres/pia ⁊ charitatiua subsidia per nuncios sub nomine sancti Antonij destinandos colligerent: ita tamen/vt si quid nuncio ecclesie in subuentionem operum charitatis nominatim ac expresse conferretur/in totuz domui eleemosynarie predicte applicaretur. Et viceuersa/si quid nuncijs domus eleemosyne/vel voti vel oblationis nomine traderetur/ecclesie aut ministrantium in eadem vsibus specialiter applicandum/idipsum priori ⁊ monachis fideliter redderetur. Hec autem transactio/ad tractatum prioris de Marnancio/nobilisq; ac potentis viri Aynardi de Castronouo/qui Huigoni/

Desiderio/Fráconiq;/⁊ Maleno/filijs eiusdē successerat/inita est ⁊ firmata:cuius hec summa extitit:vt deinceps ratio haberetur/quid cuiq; operi scilicet vel ecclesie vel pauperum subuentioni esset destinatum:quod nostris quoq; temporibus sedula consideratione censeo fore attendendum. Nam q̄uis olim alij essent/ qui ecclesie beati Antonij deseruiebant/et alij qui pauperum curam gerebant/sancteq; hospitalitatis munera exercebant / quorum omnium vices ⁊ loca/subsequuta rerum mutatione/nunc hec vna religio noscitur obtinere:attamen iuri consonū fore arbitror/vt in premissis/q̄tum facultas ⁊ opportunitas patietur/prouide considerationis respectus perpetuo adhibeatur/quatenus pie fidelium intentiones/suū/vt par est/laudabiliter sortiantur effectum.

¶ Hijsdem temporibus/anno scilicet millesimo centesimo nonagesimo primo/illustris ⁊ potens Odo/loci de Turnone dominus/dum in Hispaniam contra infideles militaturus proficisceretur/portum necnon ⁊ castrum seu arcem eiusdem loci/ vna cum omnibus illius appendicibus/sub protectione tutela atq; custodia gloriosissimi confessoris beati Antonij posuit ⁊ constituit:homagiumq; ⁊ fidelitatem eaRatione ecclesie ⁊ priori eiusdem prestitit:sese necnon ⁊ suos successores submittens obligansq; ad viginti solidos eidem ecclesie perpetuo annis singulis persoluēdos. Concessit preterea idem Odo francum transitum ipsius ecclesie personis / ⁊ rebus. Hanc vero donationem ⁊ concessionem postmodum Petrus/⁊ successiue Guigo dicti Odonis liberi/suis authenticis diplomatibus innouarūt/atq; confirmarūt.

¶ Circa hec tempora/reuerēdissimus dominus Petrus Capotius/sancte Romane ecclesie cardinalis/deuotione singulari motus/hospitalem domū sancti Antonij in Romana vrbe extrui fecit/vt author est Sabelic⁹ in Gregorij noni historia.

¶ Supradictus autem Petrus Sofredus/cum vir cordatissimus esset / egre admodum ferebat/se fratresq; dicte domus / propriam seu peculiarem ecclesiam non habere:quamobrem summopere nixus est/a Viennensi archiepiscopo proprie edificande ecclesie facultatem obtinere:verum prior ⁊ monachi/hoc ipsum ante presentientes/ab Alexandro tertio Romano pontifice literas impetrarunt:quibus apostolica autoritate decernebatur/nemini licere infra illorū parochiam/oratorium/ecclesiam /vel capellam/absq; eorum consensu erigere /vel construere: cuiusquidem apostolici indulti vigore/ dictum Petrum a proposito desistere coegerunt. Nec eo contenti/graues apud sedem apostolicam querelas contra ipsum magistrū/dicteq; domus fratres detulerunt:asserentes illos/acephalos ⁊ sine capite seu superiore esse/in alienaq; parochia collegium extra matricem ecclesiam propria autoritate constituere velle. Quapropter Innocētius ip̄e/qui tūc sancte Romane ecclesie preerat/ preposito Auenionensi/⁊ priori de Marnanco apostolica autoritate mandauit / vti super ijs que suggesta fuerāt/sollicite inquirerēt veritatē:⁊ que iuri ⁊ rationi cōsona viderētur / eadē autoritate decernerēt. Quarūquidē literarū null⁹ est effect⁹ subsequutus:quandoquidem inuidia potius suggerente/q̄ ratione promouente/ extiterant impetrate. Tandem vero idem Petrus Sofredus/multis rebus preclare administratis/anno millesimo ducentesimo secundo vite finem fecit / prout in appendice vetusti apud nos martyrologij legitur. Ex quo manifestius coarguere licet errorem illorum /qui asserunt Jocelinum de Turre domnum ⁊ magistrum anno millesimo centesimo nonagesimo sexto /et Guillielmum de Parnanco/ anno ducentesimo primo supra millesimū ab humanis decessisse : cum appareat dictum Petrum Sofredum per ea tempora in magistratus officio seu administratione fuisse constitutum.

Externe res circa hec tempora geste.

Caput.viij.

EJusdez Petri temporibus: Romane ecclesie prefuerunt Alexander tertius/Lucius tertius/Urbanus tertius/Gregorius octauus/Clemens tertius/Celestinus tertius/postremo Innocentius etiam tertius.

¶ Ad hec etiaz tempora prorogatũ est Federici Aenobarbi vulgo dicti barbarousse/imperium:qui nũꝙ quietus/cum audisset Mediolanum a se prius euersum a quibusdam ciuibus fuisse restauratum/iterum armata manu in Italiam contendit:ꝛ per montem Cinisium iter faciens/Secussiam diripuit et euertit:Alexandriam expugnare non potuit.Cũqꝫ ab Henrico Saxonie duce qui cum eo militauerat/desereretur/ipse imperator illum sibi reconciliare studens sequutus est/rogans vt se nõ desereret/tãtaqꝫ humilitate vtebatur/vt fere ad ducis pedes se prosterneret. Quod cum dux ipse pati nollet/quidam ex suis domesticis ait/Sine domine/vt corona imperialis ad pedes tuos inclinetur/ex hoc enim fiet/vt ipsa ad caput tuum facile deferatur. Circa hanc tempestatem Hierosolyma a Saladino Sultano capta est:quam antea Christiani nouem ꝛ octoginta annis possederant.Nec multo post Federicus imperator/Philippusqꝫ Francorum/ꝛ Ricardus Anglie reges/necnon Odo Burgundie dux/innumerabilesqꝫ populi/aduersus infideles arma sumpsisse referuntur:qui omnes vno consensu vitãde discordie gratia/vt quidam scribunt/in generalem Christianorum ducem/Bonifacium Mõtisferrati marchionem delegerunt.Res sane singulari admiratione digna/vt imperator/duoqꝫ potentissimi reges/sub vno marchione militarent:illiqꝫ sese cum suis exercitibus pro bono publico subiecisse viderentur.Consilium generale tunc Parrhisiis celebratũ est:vbi pene incredibilis multitudo crucem assumpsit:impositeqꝫ sunt decime super illorum bonis qui non militarent.

¶ Rem etiam multa admiratione dignam Uincentius historicus refert per ea tempora contigisse: crucem videlicet dominicam a Saladino ꝛ infidelibus/circa annum salutis nostre vndecies centesimum atqꝫ octogesimum septimum/captam extitisse:ꝙꝫ ij qui ab eo tempore citra nati sunt infantes/non tot habuerũt dentes/quot ij qui anterioribus seculis fuerant nati/habere soliti erant.Nam posterioris etatis homines asserit idem Uincentius/non nisi viginti aut viginti duos ab eo tempore dentes habuisse:cum ij qui precesserant/triginta duos vel triginta tres habuissent.Circa eadem quoqꝫ tempora Sarraceni qui Mauri dicuntur/regnũ Granate/que alio nomine Betica dicitur/in Hispaniis inuadentes/vi atqꝫ armis subegerunt:illudqꝫ ad nostram ferme etatem tenuerunt.

¶ Anno millesimo centesimo nonagesimo/Federic⁹ Barbarousse in oriẽtis partibus mortuus est/in rapido quodam flumine submersus: cui successit Henricus sextus:ad cuius instantiam Celestinus tertius Romanus pontifex/quandam sanctimonialem de monasterio eduxit/eidẽqꝫ Henrico desponsauit.Henrico deinde suffectus est Philippus Sueuus.

¶ Anno millesimo ducentesimo secundo/illud memorabile historici referunt

contigisse: q imperium Constantinopolitanum a Grecis bellica virtute ad Francos translatum est: quod per annos octo et quinquaginta seu vt alij tradunt sexaginta tres/ipsi Franci possederũt: Grecisq; imperarunt. Sic ita ĩdem Franci / nõ solum Romanum et Occidentale imperium/sed etiam Orientale et Constantinopolitanum aliquando obtinuisse leguntur: quod nulli Occidentalium populorum/ a tempore Constantini legimus contigisse. Nec minus etiam eãdem nationem illustrat Hierosolymitani regni possessio/quam soli ex Christianis Franci longo tempore tenuerunt.

De Brunone domus eleemosynarie sancti Antonij magistro.

¶ Caput. ix.

PEtro Gofredo in huius pijssime dom⁹ regimine suffectus est Burno seu Bruno/cui cognomẽ de Sens fuit: cuius temporibus cum hec ipsa domus celebris vbiq; haberetur/et ab omnibus affectu maximo coleretur/syncera deuotione exciti / domini Eustachius prepositus et canonici ecclesie Burgi/Valentie ecclesiam de Janaysa cum proprietatibus et iuribus ad illam spectantibus/prefato Burnoni magistro et fratribus domus antedicte donarunt/perpetuoq; concesserunt/vt fructus illius in vsum dicte domus perpetuo cederent. Extant super donatione ipsa authentice litere/sub anno salutis Christiane millesimo ducentesimo quarto confecte. Circa hec etiam tempora/ius cudendi signacula et imagines diui Antonij/aliosq; ab hac cudendi potestate prohibendi/ ecclesie beati Antonij quesitum est: prout publici instrumenti tenore cautum reperitur.

¶ Hic Burno non admodum diu superstes fuit: quamobrem a multis in cathalogo magistrorum seu domnorum extitit pretermissus: de tempore autem obitus illius minime constat.

Externarum rerum status.

¶ Caput. x.

PEr hec tempora res ecclesiastice tranquille fuerunt: viriq; sanctissimi Dominicus et Franciscus claruerunt. Imperium vero schismate mirum in modum vexatũ extitit: nam Philippus et Otho cruentissimis inter se certabant factionibus/vter ipsorum imperiali dignitate potiretur.

¶ Hisdem

¶ Hisdem quoq; temporibus / Tartari / gens Scythica finibus suis egressi / quingentorum millium exercitu instructo / multas vastarunt prouincias: ad quorum principem papa nuntios et literas / vt illius efferatam rabiem pijs suasionibus reprimeret / destinauit.

De Falcone sacerdote ⁊ domno huius nominis primo.

¶ Caput.xj.

Post Burnonez successit Falco: vir magnopere extollendus: nam cum huius sancte congregationis fratres exercendis pietatis operibus intenti absq; propria seu peculiari ecclesia annos ferme centum et tredecim permansissent / tandez hic Falco / a felicis recordatiōis Innocētio tertiō / qui tunc sancte Romane ecclesie presidebat / virosq; religioni ⁊ pietati deditos summopere promouebat / proprie ecclesie seu edicule cōstruende obtinuit facultatē. Cumq; ne id fieret magnis conatibus prior ⁊ monachi maioris ecclesie obsistere niterentur / tandem bone memorie Humbertus Viennensis archiepiscopus / compromisso in eum a partibus sub pena decem millium solidorum argenti facto / de consilio episcopi Biterrensis / necnon abbatis Bonevallis / aliorūq; nonnullorum ecclesiasticorum prelatorum / partes ipsas diffidentes / ad pacem et concordiam redugit: decernens magistro domusq; eleemosynarie fratribus licere ecclesiam / seu oratoriū / vel capellā / prope ipsam domū / sub inuocatiōe beate Marie virginis cōstruere: que tamen decē tesas longitudinis ⁊ sex latitudinis minime excederet: altitudo vero illi⁹ esset moderata: nec plus ibidē vna cāpana esset: eaq; mediocris / que nequaq̄ penderet altior tecto. Acto etiam / vt ecclesiam ipsam siue capellam fratres predicti proprijs sumptibus edificarent atq; perficerent / nec liceret eisdem ad opus fabrice illius charitatiua subsidia querere. Pleraq; insuper alia idem archiepiscopus adiecit / que ad pacis ⁊ concordie firmitatem esse videbantur opportuna: et que ipse venerandus antistes / ad precidendam litium materiam in posterum prospiciebat expedire. Hec autem acta sunt anno humane redemptionis millesimo ducentesimo octauo. Huius vero laudi / atq; sententie arbitralis prolatio / quāq̄ ab initio per monachos fuisset approbata / subinde tamen mutato proposito ad sedem apostolicam leguntur habuisse recursum / ab eademq; sede literas obtinuisse / quarum vigore opus ipsum impediretur. Verum his nequaq̄ obstantibus / magister ⁊ fratres inchoatum edificium perfecerunt. Et hec est ecclesia beate Marie iuxta eleemosynarie seu hospitalitatis domuz sita: non eo quidem quo nunc cernitur modo / aut ea qua nunc est specie seu amplitudine / sed anterior duntaxat illius pars / que obscurior atq; vetustior apparet. Altera nanq; eiusdem ecclesie portio que superior seu interior est / formaq; elegātiore cernitur / posterioris etatis est opus. Ante hanc vero ex edificatam ecclesiam / pijssime huius religionis fratres / in ecclesia maiori diuina officia audiebant.

bailliuie in hoc ordine institute / destributeqz / et distincte. Bailliuiam autem dicimus facultatem seu autoritatem atqz preeminentiam in certis locis/intraqz certos limites / in iis scilicet / que hanc ipsam religionem concernunt prestitutam. Ipsarum vero bailliuiarum instituendarum causa fuit / ne nuncii qui charitatiuorum subsidiorum colligendorum gratia per prouincias destinabantur/ob distantiã locorum dum sese a principali magistro longe remotos esse cernerent/concessa sibi facultate temere abuterentur. Per hec etiam tempora cõplures domus ꝛ preceptorie per prouincias erecte fuerũt: vt non vno tantum in loco/sed vbiqz sancte charitatis opera in pauperes sacro igne mutilatos huius ordinis ministerio exercerentur.

¶ His itaqz mediis/piissima hec religio preclara sub hoc magistro suscepit incrementa. Nam ecclesia constructa/breuiqz tempore omni ex parte absoluta / ceperunt magister ꝛ fratres predicte domus diuinis officiis celebrandis solicite insistere/et in eadem ecclesia domino deseruire. Preterea variis in locis/ vt predictũ est/per diuersasqz regiões ꝛ prouincias/plereqz domus seu preceptorie sub nomine diui Antonii erecte fuerũt/vltra illas que iandudum nonnullis in locis constructe/aut per sedem apostolicam vel locorum ordinarios eidem religioni fuerant applicate. Nec in occidentalibus solum regionibus / verũ etiam in transmarinis orientalibusqz partibus cõperio hanc sacram religionem per ea tempora fuisse felici propagatiõe dilatatam. Proinde cum anno millesimo ducentesimo decimo octauo/ super obedientia ꝛ pertinentia domus sancti Antonii ciuitatis Acconensis seu Ptolemaidis Hierosolymitani patriarche controuersia verteretur / definitiue declaratum fuit/domum ipsam magistro/huicqz religioni pertinere: quam sentẽtiã Honorius pontifex tertius postea apostolica autoritate confirmauit.

¶ Hoc loco/antiquis documẽtis testatum reperio non esse noui moris/vt huic religioni per vrbes/castella/ꝛ oppida/ sues tenere liceat publice nutriendos: siquidẽ haud dubie constat id iam per trecentos ꝛ eo amplius annos obtentum atqz obseruatum extitisse.

¶ Anno millesimo ducentesimo decimo quinto / ecclesiastici presules ꝙ plurimi generalis concilii celebrandi gratia / ad Lateranum ab Innocentio tertio euocati/ad venerationem reliquiis sancti Antonii deuote exhibendam istuc ex itinere diuerterunt: ex quibus nonnulli sese reformande pacis inter priorem ꝛ magistrum mediatores sponte exhibuisse leguntur.

¶ Prenominato Falconi domno seu domus eleemosynarie magistro / Innocentius tertius Romanus pontifex apostolica autoritate concessit facultatem sibi suppositos in casum rebellionis aut inobedientie per censuram ecclesiasticam coercendi.

¶ Honorius quoqz tertius/anno Christiane salutis millesimo ducentesimo decimo octauo/hanc ipsam religionem fauore ꝛ dilectione speciali prosequutus/magistrum predictum ipsiusqz religionis fratres tanꝙ veros religiosos approbauit/illosqz sub sua ꝛ sancte sedis apostolice protectione suscepit.

¶ Eodem anno scilicet ducentesimo decimo octauo supra millesimum/hic Falco magister quosdam census ꝛ prouentus ab abbatissa monialium Vallis Breyssiaci emptionis titulo comparasse legitur. Autorisantibus contractum ipsum Viẽnensi archipresule/ necnon abbate Bonarum vallium.

¶ Obiit tandem Falco ipse domus eleemosynarie sancti Antonii magister/multis rebus in suo ordine preclare gestis/anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo/iuxta supputationem appendicis veteris martyrologii.

Cōpendij Antoniane historie Externaruꝫ rerum status.

Caput.xij.

PEr ea tēpora quibus hic Falco Antoniane religioni preerat/ sedem apostolicam obtinuerunt Innocentius tertius/⁊ Honorius etiaꝫ tertius huius nominis. Imperii vero rexere Philippus Sueuie princeps/⁊ deinde eiusdem Philippi aduersarius Otho quartus/qui apostolicam sedeꝫ grauiter persequutus est/terrasq; ecclesie magnis affecit incommodis:vnde sententia lata imperij dignitate priuatus est:cui successit Federicus secūdus. Synodus maxima apud Lateranū habita est:vbi mille ⁊ trecenti prelati interfuisse feruntur.

Circa hec tempora in Viennēsi prouincia/ vt Vincentius historicus refert/lacus sancti Laurentij subito erupit:ac per Grationopolim in Isaram ⁊ Rhodanum cum impetu maximo decidens/multa hominum millia submersit:pluresq; terras destruxit.

His etiam temporibus: Hierosolyma a Corrhadino magni Soldani filio funditus est euersa:⁊ hec quinta illius euersio fuisse memoratur:nihilq; ibi preter templū ⁊ turrim Dauid integrū remāsit. De sepulchro vero glorioso destruēdo/cōsiliū infideles habuerunt:sed huic temeritati nemo est ausus manuꝫ apponere. Nāq; vt predictus Vincētius refert/ Machometus in libro sue Legis/qui dicitur Alchoranus/scripsit Iesuꝫ Christū ex Maria virgine fuisse cōceptū ⁊ natū/atq; sine peccato vixisse/prophetā ⁊ plusq̄ prophetam:quiq; ipse cecos illuminauit/leprosos mundauit/⁊ mortuos suscitauit : vnde nonnulli ex Machometanis/tēpore Hierosolymitane obsidionis/cū a bello iterdū cessaretur/ quādoq; Hierosolymā accedētes/codices euangeliorū sibi exhiberi postulabant:⁊ eosdē exosculabātur:atq; venerabant͂ ꝓpter mūdiciā atq; sanctitatē/quā Christus docuit:maxime aūt venerabātur euāgeliū Luce/exordiēs/ Missus est Gabriel angelus. Ipm tamē Christū negāt dei filiū fuisse. Lex vero Machometi dictata fuit per Sergium monachū ⁊ apostatā:quā exinde ipse Machometus vir illiteratus promulgauit:⁊ vt ipsi Sarraceni fatentur/lex ipsa a gladio cepit/ ⁊ per gladium tenetur/tandemq; gladio terminabitur.

In nonnullis locis circa eadem tempora dū crux predicaretur/diuino miraculo apparuerūt in celo crucis signa : quibus conspectis/maxima fidelium multitudo contra fidei hostes militatura/ vltramarine peregrinationi sese accinxit.

Circa illud ideꝫ tempus: Innocētio tertio presidente/ Ioānes Anglorū rex non mediocri deuotionis feruore motus/ pro suorū delictorum remissione obtinenda/concessit deo/⁊ beatis apostolis Petro et Paulo/sancteq; Romane ecclesie/regnum Anglie ⁊ Hybernie:ita vt ipse ⁊ sui successores illud in feuduꝫ ab ecclesia Romana obtinerēt:proq; eodē Regno predicte ecclesie

ecclesie homagium facere/atqꝫ annis singulis mille argenti marchas persoluere tenerentur: ⁊ hoc ipsum vltra denarium seu obolum/qui pro singularum personarū capitibus/ex toto ipso Anglie regno/beato apostolo Petro debetur.

De Stephano eius nominis
secundo/domus eleemosynarie sancti Antonij magistro.

¶ Caput.xiij.

PRedicto Falconi huius nominis primo/in hoc domus eleemosynarie ⁊ religionis sancti Antonij regimine/successisse comperio Stephanum eius nominis secūdum: testātibus hoc ipsum scriptis quibusdam antiquis/que ad diue Marie edem seu ecclesiam visuntur/in quadā videlicet ibidem appensa vetusta tabula/in qua legitur inscriptum ꝙ anno Christiane salutis millesimo ducentesimo trigesimo tertio/Stephano eiusdem ecclesie magistro existēte/reuerendus in Christo pater dominus Joannes archiepiscopus Viennēsis/sancteqꝫ sedis apostolice legatus/ reliquias in ecclesia ipsa existentes visitauit/⁊ approbauit: illasqꝫ condecenter atqꝫ honorabiliter conseruari sua autoritate mandauit. Nonnulli cathalogum magistrorū huius ordinis texentes/nequaꝗ Stephani huius meminerunt: quandoquidem parum illis cure fuit abstrusa queqꝫ scrutādi/vt veritas in lucem prodiret: satis tamen verisimile videri poterat/facta temporis supputatione / aliquem medio tempore inter Falconem predictū/⁊ aliū qui sequitur/ intercessisse. Quo autem tempore vel anno Stephanus ipse decesserit/minime constat: verum existimo illum annos circiter nouem huic regimine prefuisse.

Circa hec tempora Gregorius nonus Romane sedi presidens/priuilegiū decimas de manibus laicorum redimendi magistro ⁊ fratribus huius ordinis concessit/ac fauorabiliter indulsit.

Res quedam externe
circa eadem tempora geste.

¶ Caput.xiiij.

ROmane ecclesie circa ea tēpora Honorius tertius/ac subinde Gregorius nonus Decretaliū compilator prefuerūt. Imperij vero gubernacula/Federicus secūdus obtinuit: quem ecclesie persecutorē fuisse tradunt. Hic cū pecunia exhaustus/militibus stipendiū exoluere non posset/monetā ex corio fecisse dicitur/sua imagine ⁊ inscriptione insignitā que vnius aurei valorē obtineret/edicto proposito/vt quicūqꝫ post certum tempus talem monetam suo thesaurario presentaret/loco illius aureum reciperet: quod ⁊ factum est.

Hisdem ferme temporibus: amissa Damiata rex Hierosolymitanus in Franciam venit/auxilia aduersus infideles postu-

laturus. Italia multis per id tempus belloꝝ perturbationibus acriter vexata fuit.

De Falcone Mathionis

domno seu magistro eleemosynarie
domus sancti Antonij.

¶ Caput. xxv.

Post Stephanū supramemoratum/Falco Mathionis communi fratrum electione subrogatus est: vir certe in rebus administrandis summopere cōmendandus. Eius siquidem tēporibus hec religio mirum in modū aucta atq; illustrata fuisse legitur: illamq; felicis recordationis Innocētius quartus/qui tunc Romanam regebat ecclesiam/sub sua sancteq; sedis apostolice protectione specialiter susceptam/intimis fauoribus semper est prosequutus.

Circa hec tempora fabricata extitit argētea capsa/seu exterior theca: in qua conditum est beatissimi Antonij corpus: fuitq; opus ipsum consummatū anno millesimo ducentesimo trigesimo octauo. Cuiquidem operi faciūdo/Guillielmus abbas Montismaioris/necnon Raymundus eius nepos/ecclesieq; eiusdem loci prior/necessariam impensam suppeditasse leguntur/vt inscriptio docet.

Nonnulle autem Circa id tempus discordie inter priorē monachosq; maioris ecclesie/necnon ipsum Falconem exorte sunt/predialium decimarum/necnon etiam sepulturarū occasione: que postmodum medio ꝛ autoritate reuerendissimi in Christo patris domini Hugonis sancte Romane ecclesie presbyteri Cardinalis/apostoliceq; sedis legati/sopite fuerunt/perpetuaq; transactione amicabiliter terminate.

Aliam quoq; Idem Falco legitur cum predictis monachis transactionem inijsse/super alijs quibusdā rebus in litem deductis/sub anno ducentesimo quadragesimo supra millesimum.

Hic idem preterea sua sagacitate ꝛ prudentia/suorumq; fratrum consilio ꝛ auxilio effecit/vt ecclesia domus eleemosynarie subtraheretur a iugo ꝛ seruitute monachorum/qui antea totis viribus obstiterant/ne ecclesia ipsa amplioribus structuris decoraretur/pariterq; ne diuinis cultus in eadem libero iure celebraretur. Obtinuit etiam vt ecclesia ipsa propriū haberet cemiteriū: quod antea minime habuerat. Cūq; hāc ipsam libertatem fuisset assecutus/tum demum elegātissimo opere eandem ecclesiam aggressus est ampliare.

Idem etiam Falco Prope ipsam ecclesiam/refectoriū/necnon dormitorium/locumq; capituli/insuper etiam claustrum/atq; bibliothecam extruxit. Cūq; antehac vna tantum campana fratres vterentur/addidit ipse alteram.

Circa eadem tēpora Reuerendus pater dominus Guillielmus episcopus Ternacēsis / apostolice sedis legatus/eiusdem sedis autoritate statuta regularia edidit: quibus deinceps ipsi fratres vterentur/prouidēs circa electionē domni seu magistri/pariterq; circa substantialia vota emittēda/tum deinde circa diuina officia ab eisdem celebrāda/

postremo

postremo etiã circa habitum/omnẽq; viuendi ritum ꝛ modũ per eos obseruãdum.

Illud obiter Cõmemorãdum videtur/eo ipso tẽpore generale totius religionis capitulum/in diui Antonij celebritate fuisse solitũ cõgregari: quod nũc in dñice ascẽsionis celebritate aptius adunari cõsueuit.

Anno Ducẽtesimo trigesimo septimo supra millesimũ/Raymundo prioratum ecclesie sancti Antonij obtinẽte/magna celebritate/reserata atq; aperta extitit capsa/in qua sanctũ corpus reconditũ est: ex eaq; per reuerendũ patrẽ dominũ Joannem archiepiscopũ Viennẽsem sedis apostolice legatũ/alterũ ex brachijs extractũ fuit separatimq; repositũ: vt illius inspectione/pie fideliũ deuotioni satisfieret: idq; ad hanc vsq; diem extra cõseruatur: affluentiq; populo venerandũ ꝛ exosculandũ exhibetur. Adfuerũt huic extractioni/Vticensis episcopus/pluresq; ecclesiastici prelati/illustrissima quoq; comitissa Viennensis multis nobilibus comitata personis. Hoc autem brachium sanctum postea illustrissimorum Mediolanensium ducum liberalitate atq; deuotione/auro gẽmisq; inclusum/magnificoq; ꝛ sumptuoso opere exornatum fuit.

Anno vero Millesimo ducẽtesimo quadragesimo secundo/nobilissimus princeps. G. Delphinus Viennẽsis/comesq; Albonis/speciali deuotionis affectu/ecclesiã beati Antonij necnõ domũ eleemosynariã eiusdẽ visitauit: in eadẽq; eleemosynaria domo cõstitutus/ob remediũ ꝛ salutẽ anime sue/felicisq; memorie Andree Delphini sui quondã patris/sub sua protectione/securitate/defensione/guidagio/specialiq; custodia ꝛ cõductu/domũ ipsam eleemosynariã/necnon psonas ꝛ bona ipsius/ꝛ totius religionis suscepit: fratresq; ipsius domus/cum omnibus bonis ꝛ rebus eorũdem/liberos ꝛ immunes ab omni prestatione seu exactione esse voluit. Et si que eorũdem bona ab aliquibus vsurparentur/subditis suis vt illa tanq̃ eiusdẽ principis bona propria absq; mora de facto vẽdicarent/eidẽq; domui restituerẽt/mandauit. Insuper eidem domui ꝛ religioni/liberã quecunq; bona acquirendi/in suaq; prouincia possidendi/facultatẽ concessit/Authenticis super hoc literis dicto Falconi magistro indultis.

Prenominatus Quoq; venerãdissimus antistes Viẽnẽsis Joannes/huic sancte fraternitati ꝛ religioni suo tẽpore deditissimus fuit. Hic siquidẽ deuotione motus/domui eleemosynarie pro anniuersaria deprecatione facienda/centum libras Turonenses contulit/ꝛ donauit.

Ipse etiam Joãnes archiepiscopus/anno millesimo ducẽtesimo quadragesimo sexto. xiij. cal. Decẽbris secũdum ecclesiasticam traditionem/cemiterium ecclesie domus eleemosynarie solenni benedictione dedicauit: illudq; sancte religioni addixit.

Idẽ quoq; archiepiscopus. Altare sacelli diue Catarine in hospitali domo cõstructe cõsecrauit/anno scilicet millesimo ducẽtesimo quadragesimo septimo.

Dedicauit preterea Idẽ Joannes archiepũs/anno millesimo ducẽtesimo quinquagesimo primo/die sancti Blasij/altare inferioris capelle hospitalis ad honorẽ beate Marie virginis.

Antique etiam Scripture indicãt eodem tẽpore deditissimũ huic domui ꝛ religioni fuisse reuerẽdissimum in Christo patrem/dominum Nicolaum Tusculanum/sancte Romane ecclesie Cardinalem/amplissimisq; fauoribus hanc ipsam religionẽ fuisse ab eodem adiutam/atq; suffultam: quem etiam hac in parte/reuerendus pater dominus Amblardus episcopus Dignensis est imitatus.

Circa hec tempora Ab vrbe Romana allatum est ad locum sancti Antonij caput beate Felicitatis: quam diuus Augustinus non martyrem solum/sed etiam plusquam martyrem/fuisse dicit. Grauissimorum nanque tormentorum/que septem eius filij pro Christi nomine pertulerunt/non solum spectatrix/verum etiam supra muliebrem affectum/constantissima adhortatrix fuit: tandemque/post filios crudeli morte absumptos/ipsa inuictissimo animo/liquefactum ac feruidum plumbum in suo capite pertulit: diroque supplicij genere vitam finiuit. Fuit etiam eo tunc huc delatum caput beati Cassiani martyris/vna cum pluribus alijs sanctissimis reliquijs: condignoque honore/capita ipsa/cum ceteris reliquijs/in ecclesia domus eleemosynarie fuerunt reposita. Has autem preciosas reliquias attulisse legitur vir religiosissimus/frater Guillielmus de Cancellayo/huius ordinis professor/qui ecclesiam sancti Antonij Albenacij/necnon pariter ecclesiam sancti Antonij Perusie extruxit: apudque locum sancti Antonij vt quedam scripta ferunt/ad altare beati Blasij sacellum fundauit.

Circa hec quoque Tempora/prouida consideratione prospectum est/ vt infra terminos seu limites bacillimarum pridem institutarum/noue domus seu preceptorie minores ac inferiores statuerentur/et erigerentur: quequidem minores seu inferiores preceptorie/tanquam subalterne dependerent a maioribus domibus seu preceptorijs/in quarum bailliuijs atque terminis et limitibus site essent/illisque subderentur.

Hic Falco Magister et dominus plures laudabiles suo tempore acquisitiones fecit: cui etiam quosdam census donasse legitur Ambrosia nobilis mulier ex sancto Appollinari/anno scilicet ducentesimo quadragesimo octauo. Ipsius quoque Falconis prouidentia et solicitudine/hec piissima domus non mediocria tum in spiritualibus tum etiam in temporalibus suscepit incrementa.

Idem quoque Falco In emphiteosim tradidit quedam predia dicte domui eleemosynarie spectantia/apud Loynias sita/prout instrumento publico constat/sub anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo confecto: quo etiam clare apparet domum ipsam Loyniarum iam per ea tempora eleemosynarie domui spectasse: dicte nanque infeudationis contractus in eadem domo legitur fuisse initus/eo expresso/quod de pertinentijs esset eleemosynarie domus. Quapropter falluntur/qui putant eandem domum apud Loynias sitam/olim prioratui de Marnancio pertinuisse/medioque vnionis dicti prioratus ad hunc ordinem fuisse delatam: non tamen negarim fuisse aliam ibidem/que prioratui de Marnancio pertineret: quandoquidem hoc ipsum pleraque scripta testantur. Reperio etiam ipsum Falconem cum Petro et Hugone de Mirabello/pro quibusdam pascuis certam compositionem fecisse: suumque sigillum tanquam authenticum pluribus contractibus initis/tam per priorem et monachos eiusdem loci/quam per alias nobiles atque egregias personas apposuisse/ex quo mihi persuadeo illum non contemnende autoritatis fuisse habitum/seu reputatum.

Anno autem Ducentesimo quinquagesimo quarto supra millesimum/idem Falco generale capitulum totius religionis conuocauit: in quo affuerunt ex diuersis prouincijs preceptores omnium fere principalium domorum/que nunc extant/ibique decretum extitit/quod omnes et singule preceptorie maiores seu generales/per modum recognitionis iuris superioritatis/et ad subuentionem principalis domus eleemosynarie/que caput erat aliarum/annis singulis ipsi matrici domui certam pensionem exoluerent: fuitque tunc ipsarum annuarum prestationum seu pensionum taxatio facta/atque statuta.

Innocentius

Innocentius quartus Circa hec tempora apostolicã sedem obtinẽs/p̃dicto magistro ꝛ fratribus super decimis ꝛ legatis fauorabile priuilegium concessit:ꝛ contra eisdem aut eorum nunciis iniurias inferẽtes/censuras ꝛ penas grauissimas promulgauit.

Rebus igitur Adhunc modum laudabiliter administratis/tandẽ ipse Falco vitam morte commutauit/anno predicto millesimo scilicet ducentesimo quinquagesimo quarto. Cuius corpus ad septẽtrionalem minoris ecclesie portam/terre fuit honorifice cõmendatum:vbi cernitur adhuc illius sepulchrum tali epitaphio inscriptum.

Splendida gẽma bonis: vas nobile relligionis/Subsidium pronis iacet hic Falco Mathionis/Corpore magnificus/nulli carnalis amicus/Dapsilis extraneis/fertilis hospes eis. Hic dispersit opes/defendens iura suorum. Quo cibus ꝛ somnus capitur/locus est tumulatur. Per quem formatur/duplex cãpana paratur:Soluit ꝛ ad plenum totum domus es alienum. Hũcq; locum plenum linquit quem cepit egenum. Tu sibi da domine requiem qua sit sine fine.

Externarum rerum status.

Caput.xvj.

Circa ea tẽpora Romane ecclesie successiue prefuerunt Honorius tertius/Gregorius nonus/Celestinus quartus/ꝛ Innocentius quartus. Imperium autem occidentale aliquandiu tenuit Federicus secundus/qui postea in cõsilio Lugdunensi per Innocentiũ/ob contumaciam ꝛ pontificum persecutionẽ/omnium consensu imperio ꝛ regnis Sicilie atq; Apulie priuatus est: quo abrogato/vacauit imperium annis decem ꝛ octo:vel/vt alij scribunt/schisma in imperio fuit.

Hisdem etiam Temporibus ab Honorio Papa cõfirmatus extitit ordo minorũ seu diui Francisci:non tamen sine difficultate/quandoquidẽ huic cõfirmationi multi obsistere videbãtur. Eo quoq; tempore beatus Dominicus Bononie decessit. Veneti ab imperatore Constãtinopolitano/spongiã qua acetum Christo saluatori propinatũ/necnon lanceam qua latus eius vulneratũ fuit/acceperũt. Ludouicus sanctus apud Francos regnauit. In Italia Guelphi ꝛ Gebellini esse ceperũt. Qui enim pontifici fauebãt/Guelphi:qui vero imperatori/Gebellini vocabãtur:nomina ad Italie exitium reperta. Sancte Romane ecclesie Cardinales tunc primũ/ex Innocẽtij decreto/rubro galero vti ceperũt:vt eo signo meditarẽtur oportere eos semper paratos esse/pro fidei defensione propriũ sanguinẽ effundere. In Gallia/Vincẽtio teste/miseranda viguit persecutio/qua multi sacro igne sancti Antonij nũcupato/corripiebãtur:ꝛ accẽdebantur. Idem quoq; Vincẽtius refert per ea tempora apud Cremonã Italie vrbẽ/Lapidẽ glacie seu grandine concretũ/decidisse:in quo erat crux ꝛ imago saluatoris expressa:desuper quoq;/literis aureis scriptũ/Jesus Nazarenus rex Judeorũ.

Hisdem etiam Temporibus Scythe seu Tartari regnum Turcarum cõtriuerunt/quod iam tunc opulentissimum/

atq; florentissimum erat: vt idem ipse Vincentius scribit.

De Guillielmo Sofredo
domus eelemosynarie magistro seu domno.

¶ Caput. xvij.

Post Falconem Mathionis: in ipsius demortui locum suffectus est Guillielmus Sofredus: tam etsi nonnulli putent eum alio tēpore prefuisse. Uerum publica documentorū fide/ constat ipsum Guillielmum veluti domnum/ domusq; eleemosynarie magistrū/ quosdam contractus/ anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto iniisse: tum deinde apparet illum/ anno millesimo ducentesimo sexagesimo/ quandam fecisse transactionē cum domino loci Crispolii/ super pascuis totius territorii sancti Boneti.

Eundem quoq; Guillielmū iisdem prefuisse tēporibus/ ab eodē emanate testantur litere collationis ⁊ prouisionis preceptorie Constantinopolitane: cuiusquidem prouisionis tenorem/ ad vberiorem antiquarum rerum intelligentiam/ hoc loco subiecimus.

Nouerint vniuersi Presentes literas inspecturi/ ꝙ nos frater Guillielm⁹ magister hospitalis sancti Antonii Uiennēsis diocesis/ de consilio fratrum nostrorū in nostro capitulo existentiū/ dilectum in Christo fratrem nostrum Martinū exhibitorem presentiū/ preceptorē pro domo nostra in Constātinopoli/ super fratres/ sorores/ domos/ possessiones/ eleemosynas/ ⁊ alia bona/ que in vltramarinis partibus nomine beati Antonii/ ⁊ pauperum domus nostre conferūtur/ vel percipiūtur/ preceptorem constituimus/ ⁊ magistrum: dantes eidem potestatem ⁊ autoritatem instituēdi/ petendi/ seu petere faciēdi/ nomine nostre domus/ remouēdi/ transmutādi/ disponendi/ acquirendi/ fratres ⁊ sorores ad nostrum ordinē recipiendi/ ⁊ omnia alia faciendi/ que nos possemus facere. Si quis vero fratrum inobediens fuerit vel rebellis/ damus eidem potestatem ipsum excōmunicādi/ ⁊ absoluēdi/ secundū q̄d sibi videbitur. In cuius rei testimonium ⁊ firmitatē/ presentem chartam cum sigillo nostro/ ⁊ sigillo nostri capituli/ de volūtate ⁊ expresso consensu fratrum nostrorū/ fecimus sigillari. Datum apud sanctum Antoniū/ anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

Compertū autem Est olim in curia Hierosolymitani patriarche preditas literas iudicialiter exhibitas/ productasq;/ ⁊ exinde publicis actis insertas fuisse. In hisq; ipsis actis notāter forma ⁊ character sigillorū/ tam ipsius magistri q̄ etiam capituli dicte domus eleemosynarie ad hunc modum designantur.

¶ In primis quidem sigillū magistri ex candida cera/ in quo expressa erat imago sacerdotis sacris vestibus seu sacerdotalibus ornati/ librūq; in suis manibus tenētis. Sigillū vero capituli dicte domus eleemosynarie huius erat forme. In eo nāq; effigiata videbatur hominis imago/ in altera manuū/ scilicet sinistra/ Potentiā seu signum Tau tenētis: manus autem dextera eiusdem hominis sursum erat eleuata/ quasi pre se ferens speciē admirātis/ ⁊ de super/ quasi ab excelso/ alia quedā manus

procedere

procedere videbatur in modum benedicentis/seu benedictionem ex alto largientis formata. Et ad hunc modum in ipsis iudicialibus actis sigillorum predictorũ forma legitur designata.

Cum autem Eo tempore domus sancti Antonij ciuitatis Acconensis/que alio nomine Ptolemais dicta est/obedientiam detractare niteretur/sententia cõtra occupatores dicte domus definitiue in huius religionis fauorem/per Hierosolymitanum patriarcham fuit prolata.

Circa ea tempora Alexander Romanus pontifex huius nominis quartus/magistro ac fratrib⁹ huius religionis facultatem Romano vtendi officio in diuinis indulsit. Confirmauit preterea hisdem fratribus priuilegium eligendi magistrum seu domnum/vacatione occurrente/fratres ipsos tanq̃ veros religiosos approbans.

Statuit etiam ipse Alexander: Ac decreuit nemini licere/vota/legata/oblatiões/charitatiuaq; subsidia/sub nomine sancti Antonij colligere/vel percipere/preterq̃ magistro ⁊ fratribus huius ordinis/aut ab eisdem specialiter deputatis.

Urbanus Quoq; eius nominis quartus his tẽporibus hanc religionem specialibus fauoribus legitur fuisse prosecutus. Itaq; in ipsius fauorem voluit ⁊ decreuit ipsam religionẽ vti speciali prerogatiua dignã/a solutione decime super fructibus ecclesiasticorum beneficiorum/pro recuperatione terre sancte imposite/immunem fore/⁊ exemptam.

Clemens etiam quartus Qui eidem Urbano successit/pio fauorabiliq; motu/priuilegium eidem religioni concessit super iucundo aduentu/benignaq; receptione nunciorum huius ordinis/in quibuslibet locis. Statuens vt nullus in suarum confraternitatum publicatione/illis anteferretur. Decreuit preterea/vt nullus prelatorum personas huius ordinis excommunicet/aut ecclesias vel oratoria eiusdem ecclesiastico interdicto supponat/sine apostolice sedis mandato speciali/q̃q; episcopi ⁊ prelati eiusdem ordinis nuncios ab iniurijs ⁊ molestijs tueantur ⁊ defendant/nec ab eis quicq̃ extorqueri permitant. Insuper etiam decreuit vt si ijdem nuncij ad aliquem locum ecclesiastico interdicto suppositum venerint/liceat eisdem ianuis apertis ibidem celebrare diuina. Confratribus autem/⁊ beneficia annuatim eidem ordini persoluentibus priuilegia q̃plurima/amplissimasq; indulgentias dei omnipotentis autoritate largitus est. Ad eiusdem quoq; ordinis vtilitatẽ ac honorem plera q; alia idem beatissimus pontifex legitur statuisse/ que breuitatis gratia preterimus.

Hoc etiam tempore Inter Perusinum episcopum et predictum magistrum controuersia exorta est occasione domus sancti Antonij Perusie/quam idem episcopus ad se spectare cõtendebat: verum lis ipsa postmodum transactione sopita est/dicta q; domus Antoniane religioni proprio iure relicta.

Sub eodẽ magistro in Anglie seu maioris Britannie partibus hec religio maxime traditur claruisse/cui pridem Henricus Anglorum rex pio affectu in Londino ciuitate regia domum insignem contulerat / que in generalem preceptoriam fuerat erecta : illic q; preerat vir eximie

integritatis frater Lantelmus Olulius/qui anno ducentesimo sexagesimo primo supra millesimũ obediẽtie/necnon ⁊ deuotionis gratia ad locum sancti Antonij ueniens/maxima cum charitate magistrũ ⁊ fratres visitauit/permultaqꝫ preciosa donaria/que ex Anglia detulerat/sacello domus eleemosynarie contulit.

Obijt autẽ Guillielmus Sofredus magister ac domnus anno Christiane salutis millesimo ducentesimo sexagesimo sexto.

Externe res quedam circa ea tempora geste.

Caput.xviij.

Romane ecclesie p̃fuit ijs ab initio tẽporibus Alexander eius nominis quartus/cui successit Urbanus quartus/ac deinde Clemens etiã illius nominis quartus. Imperium vero ob electorum discordiam vsqꝫ ad Gregorij decimi tẽpora vacauit/interregnũqꝫ/vt Romani scriptores dicũt/fuit. Prenominatus Urbanus quartus per id tẽpus solennitatẽ corporis Christi cum processionibus ⁊ octauis instituit. Sicilie regnum Gallis cõcessum fuit/⁊ ab illis armorũ potentia obtentum.

De Poncio Rufo domus eleemosynarie sancti Antonij magistro.

Caput.xix.

Dc loco nõ mediocris difficultas obscuraqꝫ perplexitas occurrit/eo ꝙ licet Pontius Rufus statim post Guillielmũ Sofredũ eleemosynarie domus regimen assequutus fuisse credatur/attamen regiminis aut mortis illius tempora nequaq̃ aperte designãtur. Nam quod nõnulli putant illum ante annum millesimum ducentesimum quinquagesimum quintum eidem administrationi prefuisse/eodemqꝫ ipso anno decessisse/palam aduersatur publicorũ documentorũ assertioni/quibus cõstat eo tũc supramemoratũ Guillielmũ Sofredũ dicte domus gubernacula gessisse/quemadmodũ superiore loco fuit declaratum. Preterea cum illo anno Augusto mẽse Falco Mathio obijsse perhibeatur/hic vero Pontius de mense Septembris asseratur decessisse/ipsa tẽporis angustia non patitur hanc adeo momentaneã rerum mutationẽ verisimilem videri:eo maxime ꝙ Põtius ipse suo tẽpore multa preclara gessisse referatur. Quapropter nõ satis perspectã veritatẽ habẽtes nihil aliud certi hac in re possumus scribere/q̃ ꝙ de eodem

Pontio

Pontio ad septentrionalem portam edis beate Marie non admodum elaborato stylo legitur inscriptum.

Clauiger et domnus Ibi Pontius Rufus requiescit: Fama venusta eius tamen requiescere nescit. Clauigerũ per eum procerũqꝫ fulcimur amore. Preualuit/domnusqꝫ fuit/quia dignus honore. Nam vestimẽtis/alimentis/gentis egentis Alleuiauit onus/bonus acquirendo patronus. Ipsum lux prima nobis Septẽbris ademit/Pro quo plebs ima nobilitasqꝫ gemit. Annis. M.c.bis quater adde/videbis Quando decessit/modo Christus ei requies sit. Existimo autẽ in hoc ipso epitaphio tempus obitus erronee fuisse expressum.

Externe res quedam

circa ea tempora geste.

¶ Caput.xx.

CIrca hec tẽpora Romane ecclesie prefuit Clemens quartus/de quo id memorabile fertur/quod cum olim miles et coniugatus duas filias suscepisset/pontifex postmodum effectus/quia non de Christi patrimonio/sed de suo proprio quod perexiguum erat illas dotare volebat/se Christi vicariũ esse considerans/indignum existimauit illas alteri quam magistro suo Christo nuptui tradere qui easdem nequaquam respueret/quantumuis indotatas. Proinde illas ipsi Christo desponsauit in virginitatis proposito obsequentes. Nonnulli tamen scribunt ex his alteram viro nupsisse/trecentarum duntaxat librarum Turonensium dote constituta. Fertur etiam nepotem habuisse/cui non plusquam vnicam prebendã obtinere permisit/dicens non esse dignum sede Petri qui plus carni et sanguini quam deo acquiesceret. Excessit autem vita ipse Clemens optimus pontifex anno millesimo ducẽtesimo sexagesimo octauo/vacauitqꝫ sedes annis duobus ob dissidia Cardinaliũ. Imperium etiam longo tempore propter electorum discordias vero administratore caruit/quantumuis plures se electos assererent/et super imperio contenderent.

De Jocelino de

Turre/Guillielmo de Parnanco/et Guillielmo de Bonis.

¶ Caput.xxi.

SUb simili quoqꝫ ambiguitatis perplexitate versatur quibusnam temporibus huic domui et religioni prefuerunt Jocelinus de Turre/necnon Guillielmus de Parnanco / et etiam Guillielmus de Bonis/

quos constat olim magistros predicte domus extitisse/sed regiminis eorũdem tempora certa fide tradita non sunt. Et q̃q̃ nonnulla me legisse profitear/ea tamen nec fide digni autoris relatione/nec certa alia demonstratione fulcita esse comperiens/consultius fore arbitratus sum ea ipsa silentio preterire.

De Guillielmo Daniele alias Ruso.

Caput. xxij.

DErcẽsitis vetustioribus scripturis constat circa annum millesimum ducentesimũ sexagesimũ huius pie domus regimen fuisse assequutum Guillielmũ Danielẽ/quem etiã alio nomine Rufum cõperio fuisse nuncupatũ/in quodam scilicet publico instrumento transactionis de anno millesimo ducentesimo septuagesimo primo inter priorem ecclesie sancti Antonij/et viduam quandam olim inite/cuiquidem instrumento ad partium requisitionẽ ipse Guillielmus suum sigillum apposuit.

Circa autem Hec ipsa tempora illustrissimus dux Saxonie singulari erga sanctũ Antoniũ deuotione motus/huic religioni donauit parochialẽ ecclesiam de Pristino in Saxonia/seu ius patronatus illius: episcopus vero Magdeburgensis dedit domũ que in preceptoriam erecta extitit.

Eo etiam tempore Illustris ⁊ potens dominus Montislauri simili deuotione permotus/in hanc religionẽ transtulit ius patronatus ⁊ presentandi/quod in domo ⁊ preceptoria sancti Antonij Albenacij habere noscebatur.

Pariter sub hec Ipsa tempora reuerendus pater dominus Guido Viennẽsis archiepiscopus donauit ⁊ contulit eidem religioni xenodochiũ sancti Barptolemei apud ciuitatẽ Viennẽsem. Quod quidem xenodochiũ in generalem preceptoriam sancti Antonij subinde erectũ est.

Constat etiam Iisdem temporibus illustrissimũ Sicilie regem Carolũ/qui etiã Hierosolymitanus rex/comesq̃ prouincie dicebatur/deuotionis gratia cũ insigni procerũ comitatu ecclesiã sanctasq̃ reliquias corporis beatissimi Antonij visitasse/quo etiã in loco q̃plurimi precipue nobilitatis viri prouincie Viennẽsis ad ipsum regem visendũ cõuenisse memorantur/ex quibus nonnulli eundem postea in Siciliã proficiscentẽ sponte sunt secuti.

Anno Christiane salutis millesimo ducentesimo septuagesimo secundo nobilis ⁊ potens dominus Suycherus equestris ordinis aurateq̃ militie titulis clarus/de Castronouo nuncupatus/Cõmacurẽsis diocesis in Germania/singulari deuotionis zelo accensus/sese perpetuo constituit censualem erga domum dei ⁊ hospitale sancti Antonij Viennensis diocesis. Plures quoq̃ alij nobiles id idem in Germanie partibus fecisse/necnon ad procedendum obuiam nuncijs religionis beati Antonij quandocũq̃ aduẽtarent/pariterq̃ ad ipsos nuncios in eorum domibus benigne atq̃ honorabiliter suscipiendos sese sponte obligasse traduntur.

Fuisse etiam

Fuisse etiā legitur iisdē tēporibus huic religioni deditissimus reuerendus pater dominus Arnulphus Tharentasiensis archiepiscopus/a quo ipsa religio ꝙplurimis fuit amplificata fauoribus.

Anno millesimo ducentesimo sexagesimo octauo magister chori seu scholaster Romonensis certam pecuniarum quantitatem in prouentuum acquisitionem applicādam ecclesie beati Antonij donauit/cupiens vt in eadem ecclesia perpetuis temporibus festiuitas beati Bernardi Romonensis solenni celebratione celebretur.

Beatus quoqꝫ Ludouicus Francorum rex Christianissimus/qui his regnabat tēporibus/erga hanc religionē deuotus extitisse cōprobatur. Anno siquidē ducentesimo septuagesimo supra millesimū idem rex pientissimus contra infideles in Africam pergens/apud Nemausensem ciuitatē dicte religioni exemptionem ⁊ immunitatem a gabellis/atqꝫ pedagijs/necnon consuetudine/quam coustumam vocant/alijsqꝫ impositionibus/aut exactionibus quibuscunqꝫ in toto suo regno libere concessit.

Gregorius eius nominis decimus Romanus pontifex per id tempus cum in fauorem subsidij terre sancte mandasset/decreuissetqꝫ ne ad collectionē piorū subsidiorū aliqui preterꝙ dicte terre sancte nūcij publice admitterētur/postmodum pia consideratione exceptos esse voluit nuncios religionis sancti Antonij/quos etiam superiori mandato ⁊ decreto non obstāte benigne suscipi/charitatiueqꝫ pertractari mandauit.

Eisdem etiam tēporibus cōtrouersia inter ipsum Guillielmū/necnon priorem atqꝫ monachos maioris ecclesie super oblationibus/votis/⁊ legatis/que in honorem beati Antonij fiebāt/exorta est. Uerum cōtrouersia ipsa a partibus aliꝙdiu agitata/Romanus pontifex Clemēs quartus illā ad sancte sedis apostolice reuocauit examen: liteqꝫ adhuc in Romana curia pēdēte/ipse Guillielmus ab humanis excessit/Anno scilicet Christiane salutis millesimo ducētesimo septuagesimo tertio. Quo etiā anno frater Guillielmus de Camilayo Massillie preceptor/vir eximie religionis vtā vniuerse carnis est ingressus.

Externarum rerum status.

Caput.xxiij.

CIrca eam tēpestatem Romanū pontificatū tenuit Gregorius eius nominis decimus/fidei zelator prestātissimus/pacisqꝫ amator/qui cōciliū generale apud Lugdunum celebrauit: in quo Michael Paleologus Constātinopolitanus imperator personaliter interfuit. Ibiqꝫ Greci ad vnitatem et obedientiam sancte Romane ecclesie redierunt.

Romanū vero imperiū post diutinam

vacationem delatum est Rodulpho comiti Haspurgensi anno millesimo ducen-tesimo septuagesimo tertio. Gregorius nanq pontifex penarum et censurarum interminatione electores dissidentes ad concordem electionem faciendam procedere coegit/ne sedes apostolica defensore careret. Erat autem ipse Rodulphus vir ingentis animi/in armisq strenuus/ & in rebus administrandis prudentissimus/cuius virtute iura imperij in Germanie partibus propter diutinam vacationẽ labefacta restituit: Italiam vero in suis factionibus atq discordijs necnon partialitatibus reliquit/vt seipsam suis proprijs armis contereret. Dicebat enim ipse Rodulphus imitandam fore astutiam vulpecule/que nequaq̃ vult ingredi locum vbi videt tantũmodo apparere vestigia eorum qui intrauerunt/sed exitus eorundem pauca/aut nulla cernuntur indicia. Multos siquidẽ reges ante se aiebat intrasse Italiam robustos ac potentes/sed paucos redijsse tales vt ingressi fuerant: quod sane documentum posteri parum admodum obseruarunt.

De Stephano eius nominis

tertio domus eleemosynarie magistro/
seu domno.

Caput.xxiiij.

Post Guillielmum Danielis legimus quendam nomine Stephanum in magistrũ fuisse assumptum/qui paucis post suam promotionẽ diebus oneri cedens/administrationem resignauit/quemadmodũ ex tenore decreti postmodum celebrate electionis aperte colligitur: nec aliud quidpiam de eo scriptum seu memorie proditum reperitur.

De Aymone

vltimo domno.

Caput.xxv.

Inter oẽs qui huic ordini prefuerunt/Aymo ex Montanea nominatissimus fuit. Id siquidẽ generis nobilitate conspicuus/atq itidem opere & sermone potẽs/domus eleemosynarie magistratu per liberã supra memorati Stephani cessionem vacante/ex Auenionẽsi preceptore/communi fratrum omnium consensu in magistrum assumptus est. Cuius electionis decretum sub hac verborum forma comperimus factum extitisse.

Reuerẽdissimo in Christo patri & domino. G. diuina miseratione sancte Viennẽsis ecclesie archiepiscopo frater Nicolaus humilis cellerarius hospitalis sancti Antonij Viennẽsis diocesis/& capitulũ eiusdem loci salutẽ cum debita reuerentia & honore. Quum domus eleemosyne seu hospitalis sancti Antonij Viennensis diocesis domno/magistro/seu pastore vacaret/per liberam resignationẽ fratris Stephani quondam rectoris/seu magistri eleemo

syne/seu

ſyne/ſeu hoſpitalis predicti factam in manu noſtra/⁊ a nobis receptam ⁊ acceptatam/nouerit veſtra paternitas ꝙ anno domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio die Martis poſt Ramos palmarū congregatis fratribꝰ eleemoſyne/ſeu hoſpitalis eiuſdem in capitulo eorundem pro celebranda electione domni/ſeu magiſtri futuri/deliberato conſilio placuit omnibus ⁊ ſingulis per viam procedere compromiſſi ad electionem futuri paſtoris:vnde compromiſerunt in viros venerabiles dominum Gaufredum dei gratia epiſcopum Taurinenſem/Sirinum Palatinū Guillielmum de Roſſilione/⁊ Raymūdum de Paſterney fratres eiuſdē loci/dantes ⁊ concedentes omnes ⁊ ſinguli poteſtatem eiſdem eligendi nobis domnum ſeu magiſtrum in eleemoſyna ſeu hoſpitali predicto/⁊ prouidendi nobis de paſtore ac noſtre eccleſie viduate vſqꝫ ad conſumptionem cuiuſdam candele duraturam/dictis compromiſſarijs in preſentia omnium noſtrum tradite/promittētes nos omnes ⁊ ſinguli ſuper ſancta dei euangelia/⁊ tactis a nobis corporaliter ſacroſanctis euāgelijs/nos recipere/⁊ habere/acceptare/⁊ pro domno magiſtro ſeu paſtore noſtro habere/⁊ tenere illum quem omnes quatuor compromiſſarij ſupradicti nemine illorum diſcrepante/duntaxat de gremio noſtre eccleſie/duxerint eligendū/nobis et eccleſie noſtre viduate prouidēdo. Dicti vero compromiſſarij recepto in ſe huiuſmodi compromiſſo/et promittentes ſuper ſancta dei euangelia ꝙ ſecundum deum ⁊ conſcientias ſuas illum quem de gremio noſtre eccleſie meliorem ⁊ vtiliorē poſſent inuenire in domnum/magiſtrum/⁊ paſtorem hoſpitalis eligerent/vel prouiderent/deliberatione inter ſe habita diligenti/in fratrem Aymonem de Montagni vnanimiter ⁊ concorditer conuenerunt vt ipſum nominarent/⁊ eligerēt in domnum/magiſtrum/ſeu paſtorem eleemoſyne/ſeu hoſpitalis predicti: dantes/concedentes/⁊ cōmittētes ſupradicti dominus epiſcopus Guillielmus de Roſſilione/et Raymundus de Baſternay fratres dicti hoſpitalis facultatem fratri Sirino compromiſſario eorundem/vt ipſe vice ſua/⁊ vice ipſorum nominet/eligat/⁊ publicet dictum fratrem Aymonem in domnum/magiſtrum/et paſtorem eleemoſyne/ſeu hoſpitalis predicti. Propter quod predictus Sirinus de voluntate ⁊ mādato ſuorum compromiſſorum ipſum fratrem Aymonē nominauit/elegit/⁊ publicauit in domnum/magiſtrum/⁊ paſtorem hoſpitalis/ſeu eleemoſyne memorate in hec verba. Ego Sirinus Palatinus preceptor de Albenacio/⁊ frater hoſpitalis ſancti Antonij electus compromiſſarius a capitulo eiuſdem loci/vna cum domno. G. Taurinenſi epiſcopo/Guillielmo de Roſſillōe/⁊ Raymūdo de Baſternay fratribus ad eligendum cum ipſis communiter/ſeu ad prouidendum de domno/magiſtro/ſeu paſtore dicto hoſpitali/ex poteſtate mihi ⁊ compromiſſarijs meis conceſſa/de ipſorum voluntate et mandato nomine meo/⁊ nomine ipſorum eligo fratrem Aymonem de Montagni preceptorem domus ſancti Antonij Auenionis in domnum/⁊ magiſtrum eleemoſyne/ſeu hoſptalis ſancti Antonij/eligendo poſtulandum/⁊ ipſum poſtulo in eligendum/prout melius et firmius eſſe poteſt.

Quamquidem electionem ſeu poſtulationem in noſtra preſentia factam ⁊ publicatam/vt ſupra/petimus per vos reuerende pater cum inſtantia confirmari/rogantes. G. Taurinenſem epiſcopum/⁊ dominum prepoſitum Ebrodunenſem/et dominum Petrum de Marchias canonicum Viennenſem/et dominum Gerardum de Roſſillione canonicum ſancti Aldemari domini pape clericum et familiarem/vt ſigilla ſua huic preſenti inſtrumento apponant in teſtimonium premiſſorum. Et nos predicti ad preces dicti fratris Nicolai et capituli ſigilla noſtra huic inſtrumento publico duximus apponenda.

Circa hec tempora Innocentius eius nominis quintus Romanus pontifex hanc religionem maxime fouit/ priuilegijsq; adauxit/ presertim super honesta & charitatiua nuntiorum huius ordinis receptione/ ac quibusdam alijs ad honorem vtilitatemq; eiusdem ordinis facientibus.

Joannes Etiã.xxi.cõcessa huic ordini per suos predecessores/aut quoscunq; principes priuilegia fauorabiliter confirmauit.

Nicolaus Quoq; quartus reuocatis omnium hospitalium & ordinũ priuilegijs/soluz diui Antonij ordinem prerogatiua speciali decreuit esse exemptum/inhibuitq; etiam templarijs ne cuiuscunq; concessionis sibi facte pretextu nuntios religionis sancti Antonij in collectione charitatiuorum subsidiorum/aut votorum vel legatorum impedirent.

Non solum Autem Aymo supramemoratus in rebus administrandis habitus est clarissimus/verum etiam multarum rerum accessione felix/ atq;(vt aiunt)bene fortunatus fuit. Suis nãq; temporibus huius p̃ssime religionis facultates mirum in modum adaucte fuerunt/ non mediocribusq; accessionibus hec ipsa religio extitit illustrata.

In primis Siquidem paucis post illius promotionez diebus per Hysundonem Chayx/necnõ Beatricem eius vxorem ipsi Aymoni domuiq; eleemosynarie complura bona in locis de Ayn/& de Castillione donata fuerunt.

Nec multo post Per reuerendum patrem dominum archiepiscopum capituluq; ecclesie Lugdunensis syncera deuotione motos/huic religioni facta fuit donatio domus hospitalis sancti Andree Lugdunensis/ que extunc in preceptoriam sancti Antonij erecta fuit/ atq; instituta.

Anno Salutis Christiane millesimo ducentesimo septuagesimo sexto inuictissimus Romanorum rex & imperator Rodulphus singulari deuotione motus/personas & bona huius religionis sub sua sacriq; Romani imperij protectione & tutela suscepit/eãdem ipsam religionem eximens/ ac exemptam immunemq; esse volens in omnibus Romani imperij finibus a quacunq; exactione prestationeq; pedagiorum/theloneorum/transituum/gabellarum/ & quorumlibet tributorum/vel impositionum.

Anno Millesimo ducentesimo septuagesimo octauo illustris comitissa Foresij magistro & fratribus huius religionis certis medijs tradidit domum Montisbrisonis/in qua nũc generalis preceptoria sancti Antonij est instituta.

Deinde Anno Salutis nostre millesimo ducentesimo octogesimo sexto communi totius ordinis decreto sancituz extitit/vt generale capitulum ipsius ordinis quod antea circa festum beati Antonij adunari atq; conuocari consueuerat/singulis dehinc annis in crastinuz dominice ascensionis perpetuo celebraretur.

Ea tempestate Hec ipsa religio in vltramarinis partibus per multis egregijs magneq; religionis viris illustrata florebat. Ecclesiastici quoq; presules omnes atq; seculares principes syncero affectu ipsam religionem prosequebantur/& pro viribus eidem fauebãt: quemadmodum ex eorum authẽticis diplomatibus & literis apertissime constat.

Circa

Circa id etiam Tempus illustrissimus Nauarrorum rex Theobaldus deuoto animo ecclesiam ⁊ sanctas beatissimi Antonii reliquias visitauit/synceraqꝫ pietate motus in eleemosynaria domo anniuersariam deprecationem perpetuis temporibus fieri postulauit/nonnullis ad hoc prouentibus eidem domui assignatis.

Honorius Quoqꝫ quartus/qui per hec tempora Romane ecclesie preerat/singulari hanc ipsam religionem affectione prosequutus/illi aduersus quorumcūqꝫ molestias apostolice protectionis subsidium cōstituit. Cuius vestigia insequutus postmodum Nicolaus quartus illius successor/de procurationibus non soluendis priuilegium eidem religioni indulsit.

Per ea tempora Huic ordini et religioni accessit prioratus de Marnanco/magni olim nominis/conuentus religiosorum virorum sub certo candido habitu domino militantium. Ipsius autem prioratus vnionem/annexionem/atqꝫ applicationem/necnon translationem legimus sub hac forma expeditam.

Reuerendo patri In Christo domino suo specialissimo domino. J. P. sancte Cecilie presbytero cardinali apostolice sedis legato. G. dei et sua miseratione sancte Viennensis ecclesie archiepiscopus cum omni reuerentia ⁊ honore seipsum ad omnia sua beneplacita preparatum. Vestra nouerit paternitas reuerenda/me dudum in visitatione per Viennensem diocesim constituto/dolens inueni domum de Marnanco diocesis Viennensis ordinis sancti Augustini per priorem solitam gubernari/ad Viennensem ecclesiam nullo medio pertinentem/tanta oppressam mole ⁊ multitudine debitorum dormientium sub voragine vsurarum/vt creditorum importunitate non solum dicte domus mobilia/que quasi nulla vel modica existebant/sed etiam immobilia vendere ⁊ distrahere necessario oporteret/vt propter inopiam ⁊ paupertatem nimiam dicta domus/que in medio nationis peruerse posita est et fundata/diuino ⁊ assueto maneret officio defraudata/ac diuinus cultus esset in ea quasi penitus annullatus/sublata hospitalis eleemosyna destituta) ⁊ religio quodammodo dissoluta. Tandem cum scirem sufficere me non posse ad inueniendum super releuatione dicte domus remedium opportunum/capituli mei pluries conuocato concilio/cum diuersis et discretis viris tam religiosis q̄ secularibus/quorum adminiculo sperabam posse resurgere dictam domum que iam erat in articulo/super eius reformatione diuersas collationes habui et tractatus. Et tandem non inuento qui vellet aut posset prouidere super hoc iuxta votum/prior ⁊ fratres dicte domus de Marnanco de nostro consilio et licentia speciali ad religiosos viros magistrum ⁊ fratres hospitalis sancti Antonii diocesis Viennensis/qui sicut ⁊ illi de Marnanco beati Augustini regulam q̄q̄ sub alio habitu sunt professi/direxerunt suorum aciem occulorū. Et sperantes se per eos tanq̄ sibi contiguos et vicinos pre cunctis aliis religiosis diocesis Viennensis posse a tantis oppressionibus penitus liberari/et totaliter releuari/eisdem magistro et fratribus se spontanee et concorditer q̄tum in eis extitit vniuerunt/⁊ vnanimiter transtulerunt/ac etiam subiecerunt/petentes a me confirmari quod per eos factum fuerat in hac parte. Ego vero deliberatione super his habita diligenti/et rationibus et circunstantiis multis que circa istud negotium attendi poterant et debebant competenti prouisione pensatis/ratum et gratum habens quod per priorem et fratres dicte domus de Marnanco factum fuerat/in premissis eandem domum cum omnibus iuribus et bonis suis/ac ipsos priorem et fratres de Marnanco

ad sepe dictos magistrum et fratres et ordinem eorum transtuli/et eisdem vniui totaliter / et subieci iuribus meis / et ecclesie Viennensis ac cuiuslibet alterius / in omnibus archiepiscopis /episcopis / et dilectis / saluis. Quare vestre paternitati reuerende per presentes supplico cum quanta possum instantia humiliter et deuote/vt ad meam et dictorum magistri et fratrum petitionem humiliter quod actum est in premissis dignemini misericorditer et liberaliter ex certa scientia confirmare/ et scripti vestri patrocinio communire/ita vt dicti magister et fratres per hoc ad celerem dicte domus restaurationem vehementius atqꝫ velocius animentur. Conseruet vos dominus ecclesie sue sancte per tempora longiora. Datum in castro de Alexiano diocesis Valentie die lune ante natale domini. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo octogesimo sexto: cum appositione sigilli mei in signum et testimonium premissorum. Deinde subsequuta est confirmatio Viennensis capituli hunc in modum.

Nos capitulum sancte Viennensis ecclesie

notum facimus vniuersis presentes literas inspecturis ꝙ reuerendus in Christo pater dominus/ dominus Guillielmus diuina prouidentia dicte Viennensis ecclesie archiepiscopus / pensata et diligenter cõsiderata vtilitate et necessitate prioratus Marnancij Viennensis diocesis / quiquidem prioratus ad tantam inopiam et exinanitionem tam propter maxima et insupportabilia onera debitorum necessariorum et vrgentium cum vsuris / que quotidie augmentabantur/ in quibus debitis et vsuris prior et conuentus dicti prioratus erant pluribus creditoribus ex causis pluribus obligati / interpositis iuramentis/et penis adiectis/ adeo vt non esset qui resurgere posse in futurum speraret / tum quia reditus et prouentus eiusdem prioratus a deo erant ⁊ sunt tenues et exiles/vt nullo modo suppetant ad predicta debita persoluenda / nec etiam ad sustentationem ipsorum prioris et conuentus/et alia ipsius prioratus onera supportanda/tum quia non habebant mobilia per que possent dicti prior et conuentus bellorum infestationibus/et tribulationibus/et malignorum inuasionibus et rapinis / in quorum medio ipsi prior et conuentus et prioratus et bona ipsorum consistunt/resistere. Et intendendo releuationi eiudem prioratus/predictum prioratum et conuentum eiusdem / cum ipsius prioratus ecclesijs/prioratibus/grangijs/et pertinentijs vniuersis/religioso viro fratri Aymoni magistro hospitalis pauperum beati Antonij dicte diocesis pro se suisqꝫ successoribus et ipsi hospitali vniuit/submisit/et subiecit / et totaliter transtulit ad eosdem. Et in transferendo/vniendo/submittendo / et subijciendo dictos conuentum et prioratum predictis magistro ⁊ hospitali/predictus dominus archiepiscopus autoritate ordinaria/de consilio/consensu / et voluntate fratrum dicti hospitalis/et dicti conuentus/statuit et etiam ordinauit vt dictus frater Aymo et quicunqꝫ pro tempore magister dicti hospitalis fuerit/ sit prior et rector dicti prioratus / ⁊ ipsum prioratũ ad manum suam teneat / cum ipsius prioratus ecclesijs/prioratibus/grangijs/et pertinentijs vniuersis/et ꝙ qui pro tempore in magistrum dicti hospitalis electus canonice fuerit / pro electo in priorem et rectorem dicti prioratus ipso facto totaliter habeatur/ et cum in magistrum dicti hospitalis fuerit confirmatus/habeatur pro confirmato in priorem et rectorem dicti prioratus / facta prius obedientia ipsi domino archiepiscopo et ecclesie pro vtraqꝫ. Et cum de predictis omnibus et singulis plenarie nobis constet / nos tractatu habito plurimo et diligenti inter nos / pensata vtilitate et necessitate dicti

prioratus

prioratus/intendentes q̄tum possumus releuationi eiusdem/considerantes etiam q huiusmodi via poterit eidem prioratui salubriter subueniri/supradictis translationi/vnioni/submissioni/et subiectioni/ordinationi/patenter cōsentimus/et eas ratificamus/laudamus/et confirmamus/pro nobis nostrisq; successoribus/in futurum. Datū.xj.cal.Julij/Anno domini millesimoducentesimo octogesimo sexto. Subsequuta est deinde apostolica confirmatio ad robur omniū premissorum.

Ex preinsertarum vero literarum tenore colligi videtur/q ante decretum Bonifacij octaui super erectione prioratus sancti Antonij in abbatiam/regula diui Augustini in hac religione obseruabatur/quod tamen alibi non legitur.

Supradicte autem vnionis et applicationis medio/vt nonnulla scripta ferunt/huic religioni accesserunt prioratus vallis Capiliarum/et prioratus de Clay/preterea castrū de Arsolia/seu Belli fortis/cellarius Mirabelli/item et cellarius Capiliarum.

Anno millesimo ducentesimo octogesimo septimo communi fratrum predicte eleemosynarie domus deliberatione/conclusum extitit capitulum generale totius religionis fore congregandum/idq; arduorum negotiorum occasione/que eidem religioni tunc temporis imminebant: in quo quidem capitulo maxima frequentia preceptores tam generales q̄ inferiores conuenisse leguntur.

Anno millesimo ducentesimo octogesimo octauo reuerendus pater dominus Guillielmus episcopus Gratianopolitanus deuotionis gratia ecclesiam beati Antonij visitauit/sacrasq; eiusdē beatissimi cōfessoris reliquias veneratus est:assensu quoq; et beneplacito Viennensis archipresulis accedente/tria altaria in ecclesia domus eleemosynarie consecrauit altare videlicet primarium/necnō et altare beati Nicolai/ac insuper aliud beati Joānis euangeliste:sacellum autem diui Nicolai extruxisse legitur reuerendus pater dominus.G.episcopus Thaurinensis.

Circa eadem tempora visitata fuisse legūtur ornamēta dicte ecclie/in quib⁹ reperte sunt magno nūero cappe aurifrizate/aliaq; insup q̄plurima sacerdotalia ecclesiasticaq; idumēta/nōvili pretio estimata.

Per id tempus predictus Aymo magister et dominus transactionem inijsse legitur cū ecclesia Romonensi/super iure patronatus parochialis ecclesie ville Roybonis/declaratumq; fuit et conclusum/ipsum ius patronatus predicto magistro seu domino iure legitimo pertinere.

Hisdem etiam temporibus reuerendissimus dn̄s cardinalis tituli sancte Sabine/sedis apostolice in Germania de latere legatus/huic religioni donauit et confirmauit domum de Meminguen/que in preceptoriam huius ordinis erecta fuit et instituta.

Anno salutis nostre millesimo ducente

principalis ecclesie gubernacula/sanctiqꝫ corporis custodia/in huius piissime reli
gionis manus pleno tandem iure deuenirent/atqꝫ deferrentur:quandoquidez hec
ipsa quasi proprio iure/eidem religioni sub peculiari nomine sanctissimi Antonii
institute/deberi competereqꝫ videbantur. Cuius rei supernus rerum omnium mo
derator volēs primordia texere/longam occasionum seriem suboriri statuit/ vt his
mediantibus intercedentibusqꝫ /negotium eo tandem deuolueretur et deueniret/
quo res ipsas/summe preordinationis decreto/sancitum erat fore cōcludēdas. Hu
ius autem memorabilis rei successum/succincto sermone explicabimus. Cum pri-
dem Guillielmi Danielis predicte domus eleemosynarie magistri temporibus/
controuersia inter ipsum Guillielmum et monachos maioris ecclesie super obla-
tionibus votisqꝫ et legatis fuisset exorta/felicis recordationis Clemens eius nomi-
nis quartus Romanus pontifex/litem ⁊ controuersiam ipsam ad apostolice sedis
examen duxerat euocandam. Ubi posteaꝙ res ipsa aliꝙdiu agitata fuisset/tādem
predicto Guillielmo magistro rebus humanis exempto/Aymoneqꝫ in eius locuz
suffecto/anno salutis Christiane millesimo ducentesimo octogesimo octauo/ ceptū
est de concordia amicabiliqꝫ compositione tractari. Itaqꝫ partes ipse/litium an-
fractus et dispendia vitare cupientes /in Nemausēsisem episcopum communem
earundem partium amicum/totius cōtrouersie componende summam/facto com
promisso/ retulerunt. Qui prouide considerans/diligenterqꝫ attendens causaz hu
iusmodi vtiliori via nequaꝙ posse terminari / ꝙ per vnionem prioratus et domus
eleemosynarie cum monasterio Montismaioris faciēdā/ita ꝙ Aymo domus elee
mosynarie magister/eius vita durante/prioratum maioris ecclesie possideret/certis
quoqꝫ aliis conditionibus interpositis/idem episcopus/partibus iamdictis/ vt ei-
dem faciende vnioni suum hincinde preberent assensum / bonis adhortationibus
persuasit. Cumqꝫ pro tractate ad hunc modum vnionis complemento / nuncii ad
sedem apostolicam fuissent vtrinqꝫ destinati/Nicolaus quartus/qui tum Roma-
ne preerat ecclesie/negotium istud arduum fore arbitratus/prestantissimis atqꝫ lite
ratissimis quatuor sacri collegii/sancteqꝫ Romane ecclesie cardinalibus cognoscē-
dum/atqꝫ pro eorū prudētia singulari diligenter examinandū cōmisit. De quorū
nūero Benedictus cardinalis erat:qui postmodū /adepto pōtificatu/Bonifacius
octau⁹ extitit nūcupatus. Uerū ea ipsa pēdente cognitione/pōtifex ipse Nicolaus/
inopinata morte sublatus est. Quapropter apostolice sedis vacatione occurrente/
res aliꝙdiu suspēsa atqꝫ interturbata remāsit:vnde partes predicte / que negotiū
inter se pro expedito atqꝫ cōcluso habebāt/breuiqꝫ illud ꝑ sedē apostolicā haud du-
bie sperabant fore approbandum/longioris more impatientes/metuentesqꝫ ne per
longam dilationem optatum rerum successum quouismodo contigeret alterari/
eam ob rem inter sese mutuo conuenerunt / vt negotium pro concluso et expedito
habentes/non secus ex tunc rebus ipsis vterentur/ac si omnia effectualiter ab apo-
stolica sede forent approbata. Qua de causa/ Stephanus abbas Montismaioris
ipsum Aymonem ad prioratum regendum / maioremqꝫ ecclesiam administran-
dam suum constituit procuratorem specialem. Deinde vero/quia procurationis
titulus / non satis eidem Aymoni gratus videbatur / dictus Stephanus abbas/
anno millesimo ducentesimo octogesimo nono/Calend. xvii. Junii/ antedicti prio-
ratus regimen plenarium/ipsi Aymoni pretextu vnionis pridem inter ipsos tra-
ctate / regendum atqꝫ administrandum commisit / vt eo mediante titulo / Ay-
mo ipse absqꝫ literarū apostolicarum expectatione / dicto prioratu ad vitā ipsius
duntaxat libere potiri/illudqꝫ effectualiter in administrationem posset obtinere.
Huiusce autem concessionis et collationis tenorem hic duximus subiiciendum.

Nouerint vniuersi presentes literas inspectuⁿ ꝙ nos frater Stephanꝰ/dei gratia abbas monasterij Mōtismaioris Arelatēsis diocesis/attēdētes merita ꝓbitatis venerabilis ⁊religiosi viri fratris Aymonis magistri hospitalis sancti Antonij/Uiēnēsis diocesis/quodqꝫ per eius industriam/prioratus ecclesie beati Antonij dicte diocesis iura et bona non solum defensari/sed etiā cōtinuis augmētari poterūt incremētis/eidē magistro tanq̄ benemerito/fructus/reditus/ꝓuentus ⁊obuētiones/in quibuscūqꝫ insistāt/⁊quocūqꝫ noīe cēseātur/ad predictū prioratū quomodolibet pertineñ.ꝙdiu vixerit/ prout melius ⁊sanius potest intelligi/de speciali gratia concedimus tenore presentium/⁊ donamus/pretextu vnionis tractate ad inuicem atqꝫ facte/plenam administrationem dicti prioratus/cum omnibus membris ⁊pertinentijs suis/dicto magistro/ꝙdiu vixerit/in temporalibus libere duximus harum serie committendam de gratia speciali/dantes eidem magistro plenam ⁊liberam potestatem et autoritatem administrandi/regendi/disponendi/et ordinandi/et in ipso prioratu ac membris et pertinētijs suis mutādi/creandi/⁊renouandi officiales/⁊ de monachis predicti monasterij nostri/loco illorum alios subrogandi/in illis duntaxat officijs/ que per monachos ⁊religiosos consueuerunt hactenus gubernari. Alijs autem officijs/ que per seculares licite regi possunt/idem magister possit instituere personas idoneas religiosas vel seculares/pro sue libito voluntatis/quandocunqꝫ et quotiescunqꝫ sibi videbitur expedire/et fuerit opportunum. Item eidem magistro concedimus per presentes/ꝙ ad eius requisitionem/teneamur remouere priorem claustralem/et sacristam/in dicto prioratu sancti Antonij/nunc vel pro temporibus commorātes ⁊ in loco ipsoruꝫ alios abbatie nostre monachos subrogare:quos dictus magister ad hoc duxerit eligendos/quandocunqꝫ et quotiescunqꝫ fuerit opportunum/ et eidem magistro videbitur expedire. Adijcimus etiam/ꝙ quandocumqꝫ aliquas ecclesias vel capellas ad dictum prioratum spectantes vacare contigerit/idem magister autoritate nostra/licite prout ei videbit̄ valeat ordinare. Mādamus insuper/⁊ districte precipimus per presentes vniuersis et singulis monachis/clericis/hominibus/et subditis nostris/vt dicto magistro in omnibus et singulis supradictis pareant/obediant/et intendant proprie sicut nobis. Nos quoqꝫ predictam donationem/concessionem/⁊ commissionem/ac omnia et singula suprascripta/pro nobis et successoribus nostris promittimus rata/grata/et firma habere/ꝙdiu dictus magister vixerit/et tenere/et contra ea vel aliqua ex eis nullatenus facere/vel venire/vel contrafacere volenti/aliquatenus consentire. Supplicamus insuper reuerendo in christo patri domino. B. diuina prouidentia archiepiscopo Uiennensi et eius successoribus per presentes/necnon magnificum virum dominum delphinum Uienneñ. comitem Alboneñ. instanter rogamus/ vt vniuersa et singula suprascripta/ab omnibus quos res tangit/plene et inuiolabiliter faciant obseruari. In quorum omnium testimonium atqꝫ robur/sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum apud sanctum Antonium/Uiennensis diocesis/ anno domini millesimo ducentesimo octogesimo nono/xij. cal. Junij.

Rebus igitur ad huncmodum libera voluntate inter partes ipsas cōpositis quandoquidē diuina prouidētia lōge aliter disposuerat futurū/ꝙ ab ipsis partibus tractaretur:volebatqꝫ Christꝰ dñs/pijssimā hanc religionem sub speciali nomine sancti Antonij institutā/et erectā magis ac

magis ob

magis ob memoriam eiusdem almi sui confessoris exaltari/ et tam ecclesiam maio-
rem seu primariam/ꝙ etiam illius sui electissimi confessoris corpus/et reliquias
in manus eiusdem religionis transferri/vt nomina deinceps prout equum erat/re-
bus ipsis consonantia et conformia esse viderentur. Idcirco preter spem seu expecta
tionem omnium accidit/atq; diuina quadam preordinatione factum est/vt ad in-
consultam nõnullorum suggestionem/predictus abbas Stephanus/de fide predi-
cti Aymonis hesitans/a se prius concessa reuocare/subtiliq; medio cassare tentaue
rit. Proinde ad impediẽdum predicte concessionis effectum/alteram de ipso priora
tu collationem/seu prouisionem Gratoni cuidam monacho fecit:quiquidẽ Gra-
tonus Aynardi de Castronouo pridem domini temporalis loci seu oppidi sancti
Antonij germanus frater erat/illiusq; terrore et potẽtia fretus existimabat sese om-
nes dicti Aymonis conatus facile repressurũ. Eo igitur titulo munitus ipse Gra-
tonus/dicti prioratus possessionem mox est ingressus:seq; pro vero priore/tum pri-
uatis/tum etiam publicis actibus gerere cepit. Quod dum Aymo ad suam illu-
sionem fieri conspexisset/paucis interiectis diebus/sui prioris tituli/anteriorisq;
sibi facte prouisionis virtute/possessionis assequutionem modis omnibus fore ten
tandam existimauit. Itaq; negotio huiusmodi fratri Petro de Parnanco prece-
ptori Cabillonensi secrete demandato/fauẽtibus oppidanis/qui iampridem ratio
ne temporalis iurisdictionis eidem Aymoni subijciebantur effecit vt voti compos
euaderet. Nanq; preceptor ipse Cabillonensis/homo impiger/satellitibus aliquot
stipatus/intempeste noctis silentio/admotis scalis/dictum prioratum/his qui in-
tus erant minime sentientibus/est ingressus. Gratonus vero qui se pro priore gere-
bat/et monachi qui perpauci tunc eo in loco erant/subitaneo metu perculsi/despe-
rata defensione et resistẽtia/fere nudi ignominiose fuerunt expulsi. Et ita prioratus
ipse/necnon ecclesia in manus Aymonis/pretextu tituli pridem habiti deuenerũt/
illisq; libere potitus est:ad quorum tutelam/mox Podij Richardi dominum/vna
cum alijs quibusdam nobilibus viris/instituit et deputauit. Hoc loco manifeste va
nitatis argui possunt hi qui aliquando asserere non erubuerunt prefatos mona-
chos tunc cum expulsi fuerunt/sancti corporis reliquias exportasse. Nanq; vt pre-
missum est/repentino timore perculsi/nihilq; tale metuentes/per opacam noctem/
omnibus relictis/ferme nudi euaserunt. Quod non solum publica transactionũ
postea cum dicto Gratone initarum instrumenta testantur/verum etiam ipsorum
monachorum apud sedem apostolicam proposita super illorum eiectione querela
apertissime manifestat:cuius tenorem hoc loco/ad ampliorem huiusce rei cognitio
nem/censui subijciendum. Sunt autem Bonifacij octaui litere/per abbatem et mo-
nachos Montismaioris post expulsionem predictam impetrate/sub hac forma.

Bonifacius episcopus seruus seruorũ

dei/venerabilibus fratribus/archiepiscopo Arelatensi/et episcopo Massiliensi/sa
lutem / et apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filij abbas et
conuentus monasterij Montismaioris/ad Romanam ecclesiam nullo medio per-
tinentis / ordinis sancti Benedicti / Arelatensis diocesis / ꝙ cum olim inter
ipsos/ex parte vna/et magistrum et fratres hospitalis sancti Antonij / quod est
situm in villa/que sanctus Antonius vulgariter appellatur/Viennensis dioce-
sis/ex altera / super eo ꝙ dicti magister et fratres/ legata/ promissiones / et vota/
que a Christi fidelibus/pietatis intuitu/ ac deuotionis causa/sancto Antonio/cu-
ius corpus requiescit in ecclesia prioratus eiusdem ville / qui est immediate

subiectus monasterio predicto / fiebant/et ad abbatem/⁊ conuentum/ac monaste-
rium / et prioratum memoratos / de iure pertinebant / sibi contra iustitiam
appropriabant/⁊ vsurpabant/orta esset materia questionis/ac felicis recordationis
Clemens papa quartus precedecessor noster questionem huiusmodi ad examē apo
stolicum reuocasset/tandem post diuersos variosqꝫ processus habitos in causa pre
dicta/partes ipse in venerabilem fratrem nostrum episcopum Nemausensem / su-
per his / ⁊ etiam alijs causis multiplicibus atqꝫ rebus / propter quas partes ipse
sumptus/damna plurima subibant ⁊ labores/tanq̃ in arbitrum/arbitratorem / et
amicabilem compositorem/sub certa pena/iuramento hincinde prestito / compro-
mittere curauerunt:ordinandi super premissis/statuendi/disponendi/prouidendi/
precipiendi/⁊ faciendi omnia/que vtilitati et quieti predictarum partium expedire
videret/concedentes eidem plenam ⁊ liberam potestatē. Predictus vero episcopus
diligenter attendens q̃ cause huiusmodi non poterant salubrius et vtilius termi-
nari/q̃ per vnionē de hospitali predicto cum eodem monasterio faciendam/et con-
siderans q̃ per antiqua priuilegia sedis apostolice/dictuꝫ hospitale memorato mo
nasterio/et eidem prioratui sancti Antonij subiectum extiterat/hospitale ac mona
sterium supradicta/cum membris eorum duxit insimul vnienda: dummodo sedi
placeret eidem arbitrium et vnionem huiusmodi confirmare. Cumqꝫ partes pre-
dicte arbitrium huiusmodi acceptassent/ac a pie memorie Nicolao papa quarto
predecessore nostro per procuratores suos ⁊ nūcios speciales suppliciter petijssent/
vt arbitrium ⁊ vnionem predicta dignarentur autoritate apostolica confirmare/di-
ctus predecessor Nicolaus/nobis tunc in minori officio constitutis/ac dilecto filio
nostro Jacobo sancte Marie in via lata diacono cardinali/ac bone memorie. B.
Portuensi episcopo/et. P. tituli sancti Marci presbytero cardinali/arbitrium et
vnionem ac processum super his habita/examināda commisit. Sed medio tēpore/
dicto predecessore Nicolao rebus humanis exempto/aliqua super predictis con-
firmatio non extitit subsequuta / verum apud sedem predictam/dicto negotio sic
pendente/idem magister et fratres / ad ecclesiam et prioratum predictos nocturno
tempore accedentes/electis exinde priore ac monachis dicti monasterij/qui pro ab-
bate et conuentu predictis / in ecclesia ⁊ prioratu predictis existebant/ecclesiam et
prioratum predictū per violentiam occuparunt/⁊ detinent occupatum/confirma-
tionem vnionis predicte apud sedem predictam petere siue prosequi non curantes/
in ipsorum abbatis ⁊ conuentus / dictorumqꝫ monasterij ⁊ prioratus preiudicium
et grauamen. Quapropter pro parte dictorum abbatis et conuentus fuit nobis
humiliter supplicatum/vt salubre super hoc remedium apponere/de benignitate
apostolica curaremus. Nos itaqꝫ finem imponi litibus cupientes/ne nostris fiant
temporibus immortales/ fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus vt
vos vel alter vestrum / per vos vel per alium aut alios/ tam abbatem et con-
uentum/q̃ magistrum et fratres predictos/ex parte nostra/peremptorie citare cu-
retis/ vt intra duos menses / post citationem vestram / abbas et magister predicti
personaliter / conuentus vero ⁊ fratres predicti per procuratores sufficientes et
idoneos cum omnibus actis iuribus et munimentis/predicta omnia contingen-
tibus / apostolico se conspectui representent: facturi et recepturi super predictis
omnibus et singulis quod iustitia suadebit/ac mandatis nostris et beneplaci-
tis parituri. Diem vero citationis / et formam / et quicquid super premissis
omnibus dixeritis faciendum / nobis per vestras literas harum seriem continen-
tes / studeatis fideliter intimare. Datum Rome / apud sanctum Petrum. xvij.
Calend. Junij/pontificatus nostri anno secundo.

Hoc

Hoc inopinato rerum Euentu / vehementer permoti atq3 perculsi monachi/quid potissimum agerent/ignorabant:nam Aymo/ob non seruatā sibi a Stephano Montismaioris abbate fidem/non mediocriter irritatus/z quia post sibi collatam dicti prioratus administrationem/ipse abbas in eiusdem Aymonis elusionem/ac preiudicium/alteram concessionem fecerat/suis in Romana curia procuratoribus mandauit edixitq3/ne pridem tractate vnioni suo nomine prestarēt assensum. Preterea/idem Aymo iamdicte concessionis prouisioniq3 sibi per dictum Stephanum abbatem facte/confirmationem ab apostolica sede sub certa forma procurauit obtinere/ vt fortiori iuris vinculo / sue possessionis colorem roboraret. Quamobrem predicti monachi/future vnionis expectatione frustrati /possessioneq3 eiusdē prioratus exclusi remanserūt. Interea Aynardus de Castronouo/ob iniuriam fratri illatam / vehementer excandescere atq3 in furorem maximum concitari/apertoq3 bello ipsi Aymoni indicto / ferocissime in personas et bona ad Aymonem ipsum quouismodo spectantia / seuire cepit: ex quo varie hominum strages/incendiaq3 locorum/necnon alia permulta execranda subsequuta sunt mala. Nec his contentus ipse Aynardus/maiore dehinc collecta manu/dispositisq3 insidijs/Aymonem ipsum incautum/nihilq3 tale metuentem circumueniens/intercepit: indeq3 ad Castri noui arcem captiuum perduxit: vbi per dies aliquot asseruatum/satisq3 inhumaniter habitum/tandem in colloquium admisit. Itaq3 Aymo ipse viri seuitiaz z immanitatem extimescens/in quasdaz illicitas pacis z concordie leges/iniquasq3 conditiones iurare coactus est:quarum hec primaria fuisse leguntur capita.

In primis renunciabat Ipse Aymo emptioni pridem facte de Castro ac iurisdictione/ necnon temporali dominio ville z oppidi / totiusq3 territorij loci sancti Antonij/ promittens omnia ipsi Aynardo libere restituere / ac si vendita minime fuissent. Ad hec pollicebatur Aymo ipse facere/procurareq3 vt Podij Ricardi dominus/ qui manu armata prioratum tenebat / ab illo exiret/vacuamq3 illius possessionem relinqueret. Item cauebatur expresse/vt Aymo prioratum z ecclesiam/vna cū corpore sancti Antonij/quod in eadem ecclesia existebat/necnon etiam toto thesauro/ et iocalibus eiusdē ecclesie/restitueret relaxaretq3. Quod non leue est argumentum contra eos/qui asserunt sanctum ipsum corpus fuisse a monachis tunc cuz a dicto prioratu recesserunt/exportatum. Insuper etiam cautuz erat/vt prioratus ipse per Aymonem z suos/vt prefertur/relaxandus/in manus illustrissimi Caroli Sicilie regis z Hierusalem retineretur asseruandus/quoad cognitum esset cui prioratus ipse de iure pertinere deberet. Postremo/ipse Aymo ad solutionem maximarum pecunie q̄titatum pro illatis damnis astringebatur.

Premissa Ad hunc modū/dicto Aymone apud Castrūnouum detēto/ sub publici instrumenti cautela z fide cōuenta fuisse leguntur/ anno Christi millesimo ducentesimo nonagesimo primo. Verū postea q̄ idē Aymo pristine restitutus est libertati/qz nō spontaneus consensus fuerat/valdeq3 ab equitate aliene cōditiōes esse videbātur/ea ꝑpter amicorū oīm suasione z cōsilio/prestiti sacramēti relaxatio a supiore petita est/atq3 obtēta. Preterea eccliasticarū cēsurarū declarationē/publicationēq3 tā i ip̄z Aynardū/q violētas i psonā ecclīasticā man⁹ iniecerat/q̄ in ipsi⁹ fautores quoscūq3/dict⁹ Aymo/iuncta sui ordinis cōitate/implorauit:atq3 i eosdē sacrilegos ꝓferri/publicariq3 obtinuit. Quāobrem magis ac magis succēso furore/irritatisq3 animis/ceperūt hicide crudelissime cedes z strages fieri. Tota nāq3 Viēnēsis puicie nobilitas diuisis affectib⁹/huic negotio icūbebat:

⁊ alij aliorū causa arma sumebant. Rebus igitur ad hunc modum tumultuantibus/illustrissimus princeps Humbertus Delphinus/vna cum .G. archiepiscopo Viennensi/hosce tumultus/grauissimasq; seditiones sopiri desiderātes/tractāde seu inter partes ipsas reformāde paci/annū adiecerūt. Conuocatis itaq; ex tota prouincia nobilibus atq; etiā literatis viris/apud Romonense oppidū publica habita sunt comitia/ibiq; iamdictis partibus accersitis/⁊ auditis vtrinq; earundē querelis/tandem dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo nonagesimo secundo/prioribus que metu extorte fuerant pactionibus sublatis/⁊ pro nihilo habitis/de nouo concordia inita est: pacisq; leges ad hunc qui sequitur modum / inter partes ipsas concluse firmateq;.

In primis q̄tum ad Castri iurisdictionisq; et oppidi/necnon territorij sancti Antonij pridem factam venditionem attinet/ ita demum ab ea recessum est/vt tamē alia de nouo celebraretur/⁊ fieret pretio quindecim milliū atq; ducentarū librarum Viennensium/illustrissimi principis domini Delphini ad hoc accedente consensu. Item Gratoni monacho in prioratu predicto ius pretēdēti/annua pensio trecētarum librarū super fructibus eiusdē prioratus cōstitueret/assignareturq; annis singulis psoluēda: qua mediāte/ipse ab omni molestatiōe desisteret/iuriq; pretēso cederet/in dicti Aymonis fauorē. Ad hec Aymo ipse censurarū promulgatarū sublationem/ seu absolutionē illorū qui in eadē censuris incidisse dicebantur/suis sumptibus curaret obtinendam. Quasdā insuper pecuniarum quantitates/idē Aymo nonnullis personis damnificatis intra statutum terminū persoluere teneretur. Hisq; intercedentibus pactis/firma pax ⁊ illibata cōcordia inter partes ipsas in posterum vigeret/atq; illatarum hincinde iniuriarum memoria et recordatio perpetuo supprimeretur/obliuioniq; traderetur.

Harum autem adimplendarum promissionum pro ipso Aymone sese vades fideiussoresq; ibidē sponte constituerūt illustrissimus princeps Delphinus/et .G. archiepiscopus Viennēsis/necnon Rogerius loci Cleriaci dominus/⁊ Falco dominus Montiscanuti: vnde coniecturam sumere licet/quante autoritatis ipse Aymo habitus sit / pro quo tanti proceres fideiubere voluerūt. Eo autē ipso tēpore viri generis nobilitate clari in ea Viēnensi prouincia/etiā inscio principe bellū indicere/armaq; impune sumere poterant. Nec dum etenim tanta erat erga principes his in partibus obedientia.

Eiusdem autem concordie medio/statim noua ibidē cōtracta est vēditio castri ⁊ iurisdictionis/territorijq; sancti Antonij/vna cū Affare de Mōtanea ac gardia prioratus eiusdē sancti Antonij/alijsq; iuribus vniuersis/que in eodē loco olim predicto Aynardo spectarāt atq; cōpetierant: cuiquidē cōtractui seu vēditioni / dicti Aymonis suiq; ordinis fauore/iamdictus princeps Delphinus/necnō dña Anna eius vxor/eorūdēq; primogenitus/laudemijs de iure ⁊ cōsuetudine debitis eisdē psolutis/ cōsenserūt: inuestiturāq; solito more adhibuerūt. Abbas aūt ⁊ monachi Mōtismaiors/attēdētes in trāsactionibus ⁊ tractatibus predictis nullā de ipsis mentionē habitā fuisse/pponēdarū sup his querelarū gr̄a/ad apostolicā sedē nuncios destinarūt: atq; inde ab eadē sede citatorias īpetrarūt: quarū tenor superius est insertus/sub anno scilicet pōtificatus Bonifacij octaui secundo/qui fuit Christiane salutis millesimus ducentesimus nonagesimus sextus. In his aūt ipsis proposite querimonie literis p̄dicti abbas ⁊ monachi expresse fatētur se fuisse ⁊ esse spoliatos prioratu/necnō ecclesia in qua beati Antonij corpus requiescit: quēadmodū ex supra inserto earundē literarū tenore apparet/ que tribus ferme annis post vltimate

initam

initam transactionē impetrate fuisse cernuntur. Unde cum in eisdē abbas ꝛ mona-
chi exponant se fuisse ꝛ esse dicto prioratu ecclesiaq̃ in qua sanctū corpus requiescit
spoliatos/clarissime apparet ꝙ ab electionis tēpore/nunꝗ in eorū manus ipse prio
ratus redierat: ꝙq̃ sacras reliquias inde auferendi nusꝗ habuerāt facultatē/qua-
rum etiā restitutio in trāsactione primo loco inita/apparet expresse fuisse postulata.

Pendente igitur Apud Romanā sedem cognitione/tam super
allegate spoliationis querela/ꝗ etiā super anti
quis controuersiis inter ipsas partes/occasione oblationum/necnon votorum ꝛ le
gatorum/que sub nomine sancti Antonii fiebant/ꝛ colligebātur/iampridē exortis/
felicis recordationis Bonifaci⁹ eius nominis octauus pōtifex Romanus/huius
religionis diui Antonii amplitudinē paterna cōsideratione perspiciēs/in primisq̃
attendens dictum prioratum iam in ipsius religionis manus deuenisse/ab eadēq̃
religione possessum esse/ꝙq̃ res admodū equitati consona videbatur/vt sanctū cor
pus ꝛ ecclesia predicti gloriosi confessoris/quasi proprio seu hereditario iure/apud
eos qui sub eius nomine specialiter fuerant instituti permanerēt/de consilio fratrū
suorum sancte Romane ecclesie Cardinaliū/deq̃ plenitudine apostolice potestatis/
prioratum ipsum cum omnibus ecclesiis mēbrisq̃ ꝛ pertinentiis eiusdem/a iurisdi-
ctione obediētia ꝛ potestate abbatis Mōtismaioris eximens/illum ob beati Anto
nii reuerentiā/cuius corpus venerandū/vt predicti Bonifacii referūt litere/in eccle
sia eiusdem prioratus requiescere noscebatur/in abbatiam erexit/domum elemosy
nariā seu hospitale/cum illius mēbris omnibus/eidem abbatie subiiciendo/aliaq̃
opportuna statuendo/que ex Bonifacianarū literaruin tenore clarius innotescent/
qui talis est.

Bonifacius episcopus Seruus seruorū dei/ad perpetuā
rei memoriā/ad apostolice digni-
tatis apicem superna dispositione vocati ex incūbente nobis solicitudinis officio/
vices temporū/qualitates locorū/ꝛ conditiones personarum/solerti cōsideratione
pensare habemus/vt debitū ad singula respectū habentes/sic circa ipsorum statum
prosperū ꝛ salubrem vigilanti solicitudine intendamus/ꝙ gratia fauente superna/
votiua prosperitate letētur/ꝛ optata suscipiāt incremēta. Sane inter dilectos filios
abbatem ꝛ conuentū monasterii Montismaioris/ad Romanā ecclesiam nullo me
dio pertinentē/ordinis sancti Benedicti/Arelatensis diocesis/ex parte vna/et ma-
gistrum ꝛ fratres hospitalis sancti Antonii Uiennensis diocesis/ex altera: tam su-
per prioratu sancti Antonii eiusdem diocesis ad ipsum monasteriū pertinēte/ꝗ su-
per votis ꝛ promissis ipsi sancto factis /ꝛ legatis in testamētis relictis eidem/aliisq̃
diuersis articulis/suscitata/instigante humani generis inimico/iamdudū materia
questionis/ex qua olim strages corporū/animarū pericula/ꝛ rerū grandia discrimi
na prouenerūt/ꝛ prouenire poterant in futurū/nisi sedis apostolice circūspecta pru
dētia/cuius interest singulorū prout est possibile precauere periculis/super his op-
portunū remediū adhiberet: nos qui regis pacifici existentes ministri/vt cōmissum
nobis ministeriū digne implere possimus/quietē ꝛ pacem inter vniuersos solicitu-
dini nostre cōmissos/sed inter religiosos potissime/quos a rixis ꝛ contētionibus /vt
deo/cuius obsequiis se specialius ceteris mancipatunt/possint liberius famulari/
omnino decet esse semotos / intēte solicitudinis studio/votisq̃ feruentib⁹ procura-
mus pretacta discrimina/sedula meditatione pensantes ꝛ attēdentes/ꝙ licet dudū
tam felicis recordationis Clemēs Papa predecessor noster declarationē quandam
cui vota promissa et legata predicta/de quibus erat contentio/deberentur/ꝗ bone
memorie Huguo tituli sancte Sabine presbyter Cardinalis/ꝛ aliqui alii/vt pacem

darent/partibus compositiones seu ordinationes diuersas super questione huius-
modi duxerint faciendas/nunq̃ tamen(sicut experientia nos docuit/⁊ fide proba-
uimus oculata)inter ipsas partes pax vel concordia reformari potuit/aut discrimi-
nibus obuiari predictis. Nec credatur etiam hoc fieri posse in posterum/dicto pro
ratu in solito statu manente/cum tanta sit ipsius et predicti hospitalis vicinitas/et
permixtio iurium vtriusqꝫ/ꝙ vix aut nullo modo sit possibile quin contentiones et
rixe/vt de inuidia ⁊ odio taceamus/assidue inter partes excitentur. Eadem pater-
na solicitudine/que libenter cōsilium capit pro filijs/illud excogitamus salutare re-
medium in hac parte/per quod superni fauoris dextera suffragante/finis vt credi-
mus predicte imponetur discordie/ac via deinceps pretactis discriminibus preclu
detur. Habito igitur fratrum nostrorum consilio et assensu/predictum prioratum
cum omnibus ecclesijs/membris/iuribus/⁊ pertinentijs suis existentibus vbicūqꝫ
ab omni spirituali et temporali potestate/iurisdictione/dominio/subiectione/iure/
obedientia/et dispositione quacunqꝫ predicti monasterij Montismaioris/necnon
abbatis/⁊ conuentus/⁊ personarum eiusdem monasterij/autoritate presentium/et
de apostolice potestatis plenitudine omnino eximim⁹:ipsumqꝫ ab eis decernimus
esse liberum penitus/⁊ exemptū: priorem/monachos conuersos/⁊ alios quoscūqꝫ/
si qui sint in ipso prioratu per abbatem vel conuentum/vel eorum mandato seu au-
toritate per alios forsitan deputati/ab eo totaliter amouentes:eisdemqꝫ priori/mo-
nachis/⁊ conuersis precipiētes/vt ad dictum monasterium redeant/inibi domino
seruituri/non obstantibus quibuslibet questionibus/controuersijs/seu litigijs pre
missorum occasione apud sedem apostolicam/vel alibi coram quibuscunqꝫ iudici-
bus/auditoribus/vel quibusuis alijs personis hactenus suscitatis/⁊ quibuslibet
processibus/ordinationibus/compositionibus/conuētionibus/⁊ pactionibus ha-
bitis super ipsis/seu statutis/consuetudinibus quibuscūqꝫ dictorum monasterij ⁊
prioratus iuramento/cōfirmatione dicte sedis/vel alia quacūqꝫ firmitate vallatis:
aut si monasterio/prioratui/abbati/⁊ conuentui memoratis/communiter/vel diui-
sim fuerit a sede predicta indultū ꝙ ipse prioratus sub potestate/iurisdictione/sub-
iectione/⁊ dispositione omnimoda dictorum abbatis ⁊ conuētus persistere semper
debeant/⁊ per monachos ipsius monasterij tantūmodo gubernari/ac alijs priuile-
gijs seu indulgentijs quibuscūqꝫ ipsis vel eorum alicui ab eadem sede sub quacūqꝫ
forma vel verborum expressione concessis/etiam si de ipsis ⁊ toto tenore ipsorū ple-
nam ⁊ expressam/ac de verbo ad verbum oporteat fieri mentionem/per que premis-
sorum effectus impediri posset quomodolibet vel differri. Ceterum quia prioratū
eundem propter ipsius beati Antonij reuerentiam/cuius gloriosa merita per vni-
uersas ecclesias in huius orbis latitudine constitutas manifestius innotescunt/cu-
iusqꝫ corpus sicut fama celebris transmisit ad posteros/et innumera que per eun-
dem sanctum ibidem dominus miracula iugiter operatur/patenter ostendunt/in
prioratu ipse quiescit/cōdignis efferri honoribus non tam dignum q̃ debitum exi
stimantes/prioratum ipsum in abbatiam erigimus/de eorūdem fratrum consilio/
⁊ eiusdem plenitudine potestatis. Et vt dissensionis ac emulationis cuiuslibet occa
sio inde precidatur/predictū hospitale cum omnibus membris suis in quibuscūqꝫ
mundi partibus cōstitutis/eorumqꝫ pertinētijs ⁊ iuribus ipsi abbatie subijcimus/
⁊ vnimus/autoritate apostolica statuētes vt locus ipse/qui prioratus antea diceba
tur/sit ⁊ appelletur deinceps abbatia/iiqꝫ qui ei prefuerint nomen semper ⁊ digni-
tatem obtineant abbatis/abbatiamqꝫ ipsam ⁊ dictum hospitale sibi vnitum simul
perpetuis temporibus/constitutione vel consuetudine quauis contraria non obstā
te/gubernent:nec magistri vel domni hospitalis decetero/sed abbates monasterij

ſancti Antonij tautūmodo appellentur/quibus vniuerſi fratres hoſpitalis ⁊ membrorum eorūdem/quos canonicos ſeu fratres monaſterij ſancti Antonij volumus decetero nuncupari/pareant humiliter in omnibus ⁊ intendant.

¶ Statuentes vt triginta canonicorū ſeu fratrū numerus in ipſis monaſterio ⁊ hoſpitali perpetuo habeatur. Et ꝙ tam in hoſpitali predicto q̃ in alijs quibuſlibet hoſpitalibus ipſi hoſpitali ſubiectis/hoſpitalitas nihilominus infirmorū ſancti Antonij obſeruetur in perpetuum/ſicut cōſueuit ſeruari hactenus in eiſdem: ad quam ſeruandam omnia bona ipſorum monaſterij hoſpitalium et membrorum eſſe volumus obligata. Cupientes inſuper vt ipſum monaſteriū tanto patrono tantiſqꝫ precioſis reliquijs a gratiarū omnium largitore dotatum potioris ſemper honoris prerogatiua letetur. Et eo amplius/vt quantominus aliorum turbatum fuerit moleſtijs/fauente diuina gratia proſperetur/monaſteriū ipſum cum hoſpitali predicto/⁊ omnibus membris/ac bonis ſuis exiſtentibus vbicunqꝫ/⁊ abbatem/canonicos/ſeu fratres eiuſdem/preſentes/atqꝫ futuros/ab omni iuriſdictione/poteſtate/ſubiectione/ac dominio archiepiſcopi/epiſcopi/⁊ ordinarij cuiuſcunqꝫ duximus eximenda/decernentes ea omnia immediate/ac ſoli duntaxat Romano pontifici ſubiacere. Et inhibentes diſtricte/ne quis dioceſanus vel ordinarius ſuper viſitationibus/correctionibus/procuratoribus/vel exactionibus quibuſcunqꝫ ipſa de cetero impetere/moleſtare/ſeu turbare/aut in ea aliquam iuriſdictionē/vel cenſuram eccleſiaſticam exercere preſumat. Nos enim excōmunicationum/ſuſpenſionum/⁊ interdicti ſentētias/quas contra tenorem exemptionis ⁊ inhibitionis huiuſmodi promulgari/⁊ proceſſus quoſlibet quos a quibuſcūqꝫ contra premiſſa fieri contigerit/⁊ haberi/exnūc decernimus inanes/et irritos/nulliuſqꝫ penitus exiſtere firmitatis. Volumus preterea vt ipſum monaſterium priuilegijs/⁊ indulgentijs/ac immunitatibus quibuſlibet hactenus ipſi hoſpitali/necnon ⁊ eidem monaſterio/dum prioratus erat/⁊ ſub nomine prioratus conceſſis gaudeat. Et ꝙ dictum hoſpitale omnibus priuilegijs/indulgentijs/immunitatibus conceſſis ſibi dudum ⁊ ipſi monaſterio/dum erat prioratus/⁊ ſub prioratus nomine/coletetur: ac ſi ſpecialiter ſimul ipſis conceſſa fuiſſent.

¶ Porro volumus ⁊ mandamus vt in eodē monaſterio ⁊ hoſpitali ac membris regula beati Auguſtini ſeruetur/⁊ ſecundum eundem dicti abbas ⁊ canonici ſeu fratres perpetuo viuere teneantur.

¶ Habitū vero cum ſigno/quod Potentiā vocant/in honorem ipſius beati Antonij tam abbas q̃ canonici ſeu fratres predicti iuxta morem ſolitum ipſius hoſpitalis ſemper ⁊ quocunqꝫ deportent.

¶ Quoties autem monaſteriū ipſum abbatis fuerit ſolatio deſtitutum/cōuentus eiuſdem eligendi ſibi abbatem/iuxta formam in huiuſmodi electionibus a ſacris canonibus introductam/plenam ⁊ liberam habeant facultatē. Nec preceptores alios dictorum membrorum ad electionem/cum illud vacare contingerit/teneātur vocare. Si tamen preceptores aliqui de predictis/clerici duntaxat/ſi tunc in monaſterio predicto repererint/anteq̃ ſit ei de abbate prouiſum/in electionis negotio in eo ſtatu in quo ipſum inuenerint/admittantur/⁊ vocem habeant in eadem.

¶ Electionem quoqꝫ ſedi apoſtolice repreſentare procurent/confirmandā ab ea vel infirmandam/prout iuſtitia ſuadebit.

¶ Poſtremo quia equitati ⁊ rationi congruit vt predictū monaſteriū Montiſmaioris nobis et eccleſie Romane (vt premittitur) immediate ſubiectum/ac abbatem ⁊ conuētum eiuſdem/quos ſyncera in domino charitate proſequimur/ſic benigno reſpiciamus affectu/ſic eis in hac parte ſolita ſedis apoſtolice clemētia cōſulamus/

vt exemptio ⁊ alia que nunc in fauorem dicti monasterij sancti Antonij ⁊ hospitalis
predictorum/ac propter bonum pacis ⁊ concordie sunt per nos superius ordinata/
in ipsorum non cedant omnino dispendium ⁊ iacturam/autoritate apostolica ordi-
namus/statuimus/⁊ mādamus/vt in recōpensationem eorum que premissorū occa
sione sunt subtracta/eisdem abbas monasterij sancti Antonij infra Ebrodunēsem/
Aquensem/Arelatensem/⁊ Narbonēsem prouincias/vel aliquam earūdem/bona
stabilia de iam acquisitis si habet/⁊ voluerit/alioqui emat ⁊ acquirat(quorum re-
ditus ⁊ prouentus mille trecentarū librarum Turonensiū paruarum cōmuni esti-
matione annuatim valorem ascēdant)in locis idoneis/nullis prorsus expensis com
putatis in ipsis/teneantur dare et assignare dictis monasterio abbati et conuentui
Montismaioris habenda/possidenda/⁊ retinenda ad plenam proprietatē/per eos
ꝑpetuo pacifice ⁊ quiete. Interim vero quousq; ab eodē abbate sancti Antonij hu-
iusmodi bona stabilia ad annuos reditus mille trecentarū librarū(vt predicitur)
ascēdētia memoratis abbati ⁊ cōuētui Mōtismaioris fuerint assignata/idē abbas
sancti Antonij mille trecētas libras monete predicte apud ciuitatē Nemausensem
in domo fratrum minorum vel predicatorū/eiusdē abbati ⁊ conuētui Montisma-
ioris singulis annis in octauis pētecostes sine difficultate aliqua soluere teneatur.
Si quando vero dictus abbas sancti Antonij huiusmodi solutionem integram vel
maiorem partem facere voluerit ante terminū supradictū in loco predicto/idem ab-
bas ⁊ conuētus Montismaioris noluerint recipere absq; iusta ⁊ rationabili causa
huiusmodi solutionē/sufficiat dicto abbati sancti Antonij consignare ⁊ deponere
apud predictā domum pecuniam memoratam. Si autem ipse abbas sancti Anto-
nij predicta bona/que simul de facili non possent inueniri venalia/nec ab eo etiam
comparari/diuersis locis ⁊ tēporibus emenda vel acquirenda duxerit/⁊ dictis ab-
batis ⁊ conuētui Montismaioris intra ⁊ ad id statutas prouincias assignāda/idē
abbas ⁊ conuētus dummodo in locis Idoneis assignata fuerint/siue de iam acqui
sitis/siue de acquirendis bonis extiterint stabilib⁹/ita recipere sine difficultate vlla
teneantur /vt tunc tantum quantū ascenderint huiusmodi reditus dictorum bono
rum/licet particulariter assignatorū/de sequētibus detrahatur solutionibus/⁊ ad
tātum minus idem abbas sancti Antonij sit astrictus. Esset quidem nimium one-
rosum eidem/si factis aliquibus huiusmodi bonorū stabilium particularibus assi
gnationibus/ad solutionem dicte q̄titatis nihilominus ex integro teneretur. Pro
dictis inquam omnibus ⁊ singulis omnimode adimplendis tam abbatem mona-
sterij sancti Antonij ⁊ successores eiusdem/donec ea sint completa/q̄ ipsum mona-
sterium/⁊ hospitale predictum/ac omnia membra/⁊ bona ipsorum presentia ⁊ futu
ra dicto monasterio Montismaioris abbati ⁊ conuentui eiusdem ex nunc decerni-
mus/⁊ esse volumus efficaciter obligata. Ad hoc etiam vt eisdē abbati ⁊ conuentui
Montismaioris super predictis caueatur plenius/⁊ dictus abbas sancti Antonij
ad solutionem solicitus ⁊ intentus omnino reddatur/statuimus et ordinamus au-
toritate predicta/ꝙ quandocūq; idem abbas sancti Antonij defecerit in solutione
aliqua(vt premittitur in premissis octauis annis singulis/quousq; predicta stabi-
lia dicti reditus predictis abbati et conuentui assignata fuerint)facienda/eo ipso
absq; alia sententia sit abbatia ipsa omnino priuatus/nec extunc dicti canonici seu
fratres eidem vt abbati vel prelato obediant in aliquo vel intendant/sed alium po-
tius sibi eligant in abbatem. Qui postq̄ fuerit confirmatus/⁊ administrationē bo-
norum ipsius abbatie seu maioris partis ipsorum habuerit/intra tres menses id
quod predecessor suus soluere pretermiserat omnino persoluat. Quod si nō fecerit/
aut si in aliqua de solutionibus sequentibus/vt supra exponitur/faciendis defece-
rit ipso.

rit/ipso facto pena consimili percellatur. Et idē in omnibus qui in abbatia ipsa suc cesserint/quousqꝫ prescripta omnia cōpleta extiterint/irrefragabiliter obseruetur. Per premissa siquidem nolumus memoratis monasterio Montismaioris abbati ꝛ conuentui eiusdē quoad alios prioratus seu ecclesias/quos seu quas in partibus Viennēsibus obtinere noscuntur aliquod preiudicium generari/quominus ipsos sicut antea teneant/habeant/ꝛ possideant/ꝛ de ipsis prout ad eos pertinet libere ordinent ꝛ disponant. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis/amotionis/precepti/erectionis/subiectionis/vnionis/statuti/exemptionis/inhibitionis/mandati/ꝛ ordinationis infringere/vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hec attentare presumpserit/indignationem omnipotentis dei/ꝛ beatorum Petri ꝛ Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Urbē veterem.iiij. Jdus Junij/pontificatus nostri anno tertio.

Hic annus quo prioratꝰ beatissimi Antonij in dignitatem abbatialem erectus est/secundum veriorem supputationē/a domini saluatoris natiuitate millesimus ducentesimus atqꝫ nonagesimus septimus fuit. Constat nanqꝫ supramemoratum Bonifacium anno ducētesimo nonagesimo quarto supra millesimum in vigilia natalis dominici pontificatum inijsse. Sic igitur Aymo in huius administrationis numero decimus sextus sub nomine atqꝫ titulo magistri seu domni/hanc religionē annos circiter vigintiquinqꝫ rexit: tandēqꝫ per eum ipsum huiusce regiminis nomen titulusqꝫ finem accepit.

Externarum
rerum status.

Caput.xxvi.



Regorius decimus Romanam ecclesiam ad annum vsqꝫ millesimum ducentesimū septuagesimū rexit/post quem breui temporis curriculo complures in apostolice sedis regimine mutationes fuerunt. Eidē nanqꝫ Gregorio successit Jnnocentius quintus/seditqꝫ menses sex. Jlli deinde suffectus est Adrianus quintus/qui sedit mense vno/diebus nouem. Eoqꝫ defuncto/Joannes vigesimus primus in pontificem est assumptus/qui etiam ad annos dūtaxat duos menses quatuor Romane sedi prefuit. Huicqꝫ subrogatus extitit Nicolaus eius nominis tertius: cui etiam vita breuis fuit. Siquidem anno suī pontificatus tertio/mense octauo/ab humanis excessit. Per cuius obitum vacantē sedem assecutus Martinus quartus/annos tantum quatuor/menses duos ecclesiam rexit. Et hūc in sedis regimine subsecutus est Honorius quartus/qui nec diu superstes fuit. Paulo enim plus anno vno pontificatum tenuit. Post quem sedes mensibus decem vacauit. Deinde creatus est Nicolaus quartus/prefuitqꝫ annos quatuor/mensem vnum. Eo autem viam vniuerse carnis ingresso/ cardinales post longuam vacationem decreuerunt se neminem ex collegio electuros. Quapropter Petrum Muranum anachoritam siue eremitam elegerunt / illum Celestinum quintum appellantes: qui simplicitatis ꝛ solitudinis desiderio permo

tus/sexto aut septimo sui pontificatus mense papatui cessit/sedisq3 apostolice regimen sponte resignauit:eiusq3 loco supramemoratus Bonifacius octauus pōtificatum adeptus est. Et ad hunc modum varijs successiuisq3 pontificū mutationibus ecclesiasticarum rerum fluctuante statu/non admodum felicem fuisse temporum illorum conditionem facile est deprehendere/atq3 conijcere. Imperium autem Romanum Rodulphus ad annum vsq3 millesimum ducentesimum nonagesimū primum tenuit. Ipsoq3 de medio sublato/Adulphus comes de Nassau imperator est appellatus/qui sexto postmodum anno vita excessit. Hec ipsa tēpora apud Germanos parum tranquilla fuerunt/graues etiam in oriente dirasq3 clades respublica Christiana accepit:cruentissimis quoq3 Gallia vexata extitit bellorum incommodis:nec quieuit Italia/siquidem regnum Sicilie permultis infestationibus laborauit.

Conclusio
Tertie partis.

HEc igitur est rerū in hoc ordine gestarum summa/ab eo quo magistri siue domini eidē ordini preesse ceperunt/tempore:annorum scilicet paulominus spatio ducētorum. Nec ambigo q̄ plurima alia gesta fuisse/que aut literis tradita non sunt/aut longissimo temporum excursu memoriā intercipiente suppressa. Quamobrem operepreciū mihi visum est pauca hec literis mandare/ab obliuionisq3 perpetue iactura quantum in nobis fuit in posterum vendicare.

Quarta Pars Compendij
Antoniane hiſtorie.

Prefatio.



Erſpectiſſimo toti⁹ orbis
indicio/ q̄ maxime congruum rationiq; conſentaneū
videbatur/vt religio que ſub beatiſſimi Antonij no-
mine ſpecialiter fuerat inſtituta /felicibuſq; incremen
tis ſub Antoniane appellationis titulo per omnes
Chriſtianas prouincias diffuſa clarebat/ſacris tandē
ſui patroni reliquijs/pariterq; tēplo ſeu eccleſia eiuſ-
dem potiretur. Quod eidē pie religioni / Poſt annos
ab ipſius origine circiter ducentos / diuina pietas be-
nigniter indulſit. Cumq; inſuper equiſſimum cenſeretur/vt ea ipſa religio / tanto
munere ſuſcepto illuſtrior reddita / clariori etiam eccleſiaſtice dignitatis titulo de-
coraretur/inſignireturq;/idcirco apoſtolice poteſtatis beneficio/ad ampliorem eiuſ
dem beatiſſimi patris venerationem et honorem. Bonifacius octauus Romanus
pontifex memoratam eccleſiam in abbatialem erexit dignitatem. Itaq; qui pridem
in hoc ordine primatum gerebant/magiſtri ſeu domni vocabantur/dignitatis pre
rogatiuam adepti/atq; etiam pontificalibus infulis exornati abbates nuncupari
ceperunt:ſub quibus iam annos ducentum triginta quinq;/ſummi creatoris pro
uidentia/eiuſdem piiſſimi ordinis ſtatus/non mediocribus illuſtrationibus con-
ſpicuus/per vniuerſum orbem feliciter enituit. Exacta igitur ea temporū ſerie/ qui
bus magiſtri ſeu domni predicte religioni prefuiſſe tradūtur/ſupereſt vt reliquam
partem abſoluamus/in qua ſingulorum qui eidem religioni hactenus prefuerūt/
abbatum promotiones/memorabileſq; rerum ſub eiſdem geſtarum ſucceſſus bre-
ui q̄tum fieri poterit atq; dilucida, necnon etiam fide digna narratione referre cu
rabimus. Qua in parte prefari mihi libet/quod iam ſuperiore tractatu ſum prefa-
tus/de his ſcilicet temporum geſtis/pauca admodum pro rerum ſaltem geſtarum
magnitudine ſcripto tradita reperiri/cum tamen multa et magna geſta fuiſſe/cla-
riſſimoſq; viros per hec ipſa tempora hoc in ordine excelluiſſe/nemini dubium exi-
ſtat/quandoquidem id ipſum plurimis rerum argumentis cernimus eſſe teſtatū:
verum quia parum admodum congruum eſſe ducimus / pro cognitis incognita
prodere/vel dubia pro certis aſſerere / ea ꝓpter ſatius fore exiſtimauimus / debita
cum modeſtia/breuitatem ſectari/q̄ multa et magna que non ſatis perſpecta habe
mus/vel quorū authores ac tempora ignoramus/leſa hiſtorica fide impudenter in
medium proferre. Eum autē de induſtria ſeruabimus ſcribendi modum/ qui om
nibus etiam lippis/vt aiunt et tonſoribus/peruius eſſe poſſit. Non enim exquiſitā
aut elaboratam ſermonis facundiam/ſed facilem intelligentiam expetimus: quan
doquidem qui familiariter loquitur/omnibus inſeruit:qui vero ſermonis elegan-
tiam curioſius ſectatur/dum ſe paucioribus viris doctis accōmodare ſtudet/co-
pioſiorem aliorum multitudinem excludit. Magnificum quidē eſt ex arte dicere:
ſed et communis atq; incomptus ſermo minimeq; elaboratus / veluti ſimplicita-
tis amicus/ſuam apud bone fidei poſſeſſores gratiam obtinet.

eiusdem religionis pertinentia / salubriter ordinauit. Alia quoqz statuta non pa-rumvtilia/anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo duodecimo/idem Aymo subinde promulgauit.

Paucis post Erectam abbatialem dignitatem annis / Bonifacius octauus Romanus pontifex/ob gloriosi sancti Antonij honorem/cenobium illud modis omnibus cupiens auctius decorare/q̄ plurimas indulgentias/spiritalesqz gratias omnibus et singulis monasterium ipsum visitantibus/apostolica autoritate largitus est. Idem quoqz decreuit/gratias et prerogatiuas olim eidem loco personisqz eiusdem ante dignitatis predicte erectionem indultas/per eam mutationem seu status alterationem / minime expirasse vel censeri extinctas : quinimmo illas in suo robore statuit permansuras.

Adiecit preterea Idem beatissimus pontifex huic religioni domum et ecclesiam prioratumqz sancti Andree Romane vrbis:deqz apostolice potestatis plenitudine/ipsam domum z ecclesiam/necnon prioratum ad hunc ordinem transtulit.

Insuper Bonifacius Ipse/animarum curam quoad curiales seu Romanam curiam sequētes exercendam/et facultatem sacramenta ecclesiastica omnibus curiam ipsam sequentibus ministrandi/eidem religioni indulsit. Pro qua quidē animarum cura seu facultate exercenda/vnus postmodum ex hoc ordine vir religiosus deputatus fuit/qui Romane curie prior vocabatur: et vna cum tribus aut quatuor eiusdem ordinis fratribus/sub eiusdem obedientia regiminēqz cōstitutis/huic pio operi insistebat. Ambulatoria autem erat facultas huiusmodi/prout curia ipsa ex loco ad locum migrabat. Alia autem erat cōditio prioris domus/seu prioratus sancti Andree:hic nanqz fixam stabilemqz sedem habebat. Ex quo apparet in Romana vrbe duos olim fuisse huius religionis priores/quandiu scilicet curia ibidem morabatur/idqz ex antiquorum statutorum tenore/satis euidenter colligitur:sed postmodū generalis capituli decreto/ipsi prioratus simul perpetuo fuerunt vniti/inuicemqz annexi. Inter ceteras autem eiusdem prioris Romane curie prerogatiuas/ea erat/q̄ singulis diebus ferculum vnum ex mensa pontificis accipiebat:verum postea rebus omnibus fedissimo ecclesie schismate perturbatis/id in dissuetudinē abijt. Super facultate z iuribus dicti prioratus Romane curie/necnon cura animarum eidem annexa/egregium olim consilium scripsit clarissimus iurisconsultus Oldradus de Laude/ cōcludens etiam sancte Romane ecclesie cardinales in eadem inclusos/atqz de iure comprehensos / esse facultate.

Huius Aymonis abbatis Temporibus / Joannes Valentinensis et Diensis episcopus / erga hanc religionem singulari zelo ductus prioratum sancte crucis Diensis diocesis/vna cum pluribus ecclesijs ab eodem dependentibus / ipsi religioni adiunxit:perpetuoqz concessit. Nec multo post/etiam huic religioni applicatus fuit prioratus sancti Medardi Valentinensis diocesis : quamobrem suborta exinde inter religionem z predictū episcopum discordia/tandem Anno millesimo trecentesimo quarto/negotiū huiusmodi amicabili transactione sopitū est. Ipsum autem prioratum sancti Medardi/Benedictus eius nominis vndecimus Romanus pontifex/Bonifacij octaui successor/predicte religioni cōcesserat/et applicauerat : cuiquidem applicationi/episcopus antedictus se grauari asserens/suum recusabat prestare consensum.

Subſequenter ab ipſo Aymone abbate inita eſt cū reuerendo domino archipreſule Uienneñſi amicabilis concordia ſuper viſitationibus parochialiū eccleſiarū/ad ipſum monaſterium pertinentiuz/publicis exinde diplomatibus ſuper ipſa tranſactione confectis.

Circa eadem tempora Per reuerendum patrem dominuz epiſcopū Taurinenſem/huic religioni applicata ſeu adiūcta fuit prepoſitura ſancti Dalmacij Taurineñ.ciuitatis/accedente ad hoc conſenſu fratris Rufini Arpini illius poſſeſſoris.

Hic ipſe. B. Taurinenſis Epiſcopus legitur huius religionis ordinez fuiſſe profeſſus:illumqꝫ pluribus capitularibus actibus/vna cum ceteris fratribus conuētualibus huius monaſterij/conſtat interfuiſſe.Obtinebat autem preceptoriam domus ſancti Antonij Pontis de Ratto/Lectorēſis dioceſis.Hic etiā ille eſt/qui in eccleſia beate Marie domus eleemoſynarie/ſacellum beati Nicolai extruxit atqꝫ fundauit.

Anno milleſimo Trecenteſimo quinto nobilis et magnificus vir Guigo Alamādi miles Ualliſqꝫ Boneſij dominus/Aymoni abbati et religioni huic donaſſe legitur caſtrū de Murnelio/quod de feudo archiepiſcopi Uienne mouebatur.

Per id quoqꝫ Tempus Aymo ipſe cū Illuſtriſſimo domino Delphino certam permutationem fecit cuiuſdam homagij ſibi per Amedeuz Ornaceui dominuz/occaſione ſylue/que dicitur Foualhay/cum pertinentijs et appeñ.debiti.

Nec pretereundum eſt Ab eo tempore propter ſummam huiuſce monaſterij preſtantiā atqꝫ claritatem/ſpeciali quadam prerogatiua/tum illuſtriſſimi principis Delphini/tum etiam procerum totius patrie Delphinatus/ſeu Uiennenſis prouincie voluntate fuiſſe conſeſſum/vt in generalibus comitijs/publicoqꝫ conuentu/necnon generali trium ſtatuum congregatione eiuſdem prouincie/reuerendo patre Gratianopolitano epiſcopo abſente/Abbas huius monaſterij ſancti Antonij preſit/primumqꝫ conſeſſum obtineat/et tanq̄ ipſorum ſtatuū vertex/procerum aliorūqꝫ aſſiſtentium ota ſciſcitetur/⁊ colligat.Quod ad hanc vſqꝫ diem extitit obſeruatū.

Negotiorum que predicti Aymonis temporibus huic ordini incumbebant/grauitas ſeu arduitas fecit/vt maximis debitorum oneribus ipſa religio inuolueretur:qua de re/ſupra memoratus pontifex Bonifacius octauus/religionis ipſius ſtatui paterna ſolicitudine volens conſulere/apoſtolica autoritate decreuit/vt reſeruata abbati et preceptoribus quibuſqꝫ dicti ordinis congrua et neceſſaria fructuum portione/ſuperextantes tam abbatialis dignitatis q̄ preceptoriarum fructus/in ſolutionem eorundem debitorum conuerterentur. Huius autem decreti realiter ad effectum perducendi gratia/pontifex ipſe eadem autoritate totius negotij ſummā archiepiſcopo Ebroduneñ.delegauit:qui omnibus religionis eiuſdē patribus ad monaſterium ipſum euocatis/reſeruata primum ⁊ ſtatuta ipſi abbati/et deinde ſingulis preceptoribus/competenti ad eorum ſubſtentationē/onerūqꝫ illis incumbentium ſupputationem fructuum ⁊ prouentuum portione/reſiduū in exonerationem debitorum conferri debere ſtatuit:apoſtolicaqꝫ autoritate decreuit.Et inſuper beneficiorum vacaturorum fructus primi anni/et decedentiū preceptorum ſpolia/

eidem negotio statuit fore applicanda. Eris autem alieni q̃titas/quo tunc hec ipsa religio creditoribus obnoxia tenebatur/ad quadraginta octo florenorum aureorũ millia legitur ascendisse.

Posteaq̃ autem ipse Aymores Monasterij cõpositas/⁊ ad ampliorem statum prouectas conspexit/multis ecclesiasticis prelatis ac magnatibus/necnon nobilibus ⁊ illustribus personis conuocatis/cum honore et reuerentia capsam in qua cõditum est sanctum corpus/que annis ferme centum ⁊ triginta clausa manserat/aperiendam esse/diuiq; patris Antonij reliquias visitandas/atq; inspiciendas fore statuit. Itaq; anno millesimo trecentesimo septimo/maxima adhibita solennitate/ipsa capsa per reuerendum patrem dominum archiepiscopũ Viẽnensem/sancte sedis apostolice legatum/fuit referata: que tamen cum firmissime compacta et obserata esset/nec alique claues haberentur/non facile/vt scripta docent/potuit aperiri. Sed tandem ea referata/inuentum ibi fuit primo diui patris Antonij caput/in diuersis pãnis ab exteriore parte lineis/ab intra vero sericeis/separatim inuolutum: quiquidem panni suprema vetustate consumpti et corrosi erant. Inuenti preterea fuerunt ⁊ alij panni/in quibus reliqua dicti sancti corporis ossa cernebantur esse recondita atq; inuoluta. Erantq; pariter panni ipsi exterius linei/interius vero sericei. Insuper inuentum fuit vasculum quoddam ex cupro seu oricalco/cera antiquissima/spongiosoq; carduo obturatum: in eoq; ipso vasculo/reperta paruula quedam membrane portio/seu schedula oblonga/in qua literis antiquissimis/et aliq̃tulum vetustate deletis/scriptum erat. Hoc est corpus et reliquie sancti Antonij abbatis et confessoris/ex Egypto/Amẽ/Amẽ. Aderãt tunc ibidem preter ipsum Viennensem archiepiscopum/sedisq; apostolice legatum/Antoni⁹ abbas sancti Saturnini/Antonius abbas Mãsiassillis Apamensis diocesis/Bernardus abbas de Candelis/Oddo abbas de Sulhelis/magister Antonius in theologia doctor/Guido de Mirapice abbas Lomberiensis/plures q; alij insignes viri/prout scripta authẽtica super hoc cõfecta testantur.

Post Bonifaciũ Octauum/qui tot tantaq; huic religioni prestitit beneficia/Romanam sedẽ obtinuit Benedictus eius nominis vndecimus/qui et ipse/q̃uis octo vel nouem duntaxat mẽsibus prefuerit/fauorabiliter tamen pro tempore confirmatis eiusdem religionis priuilegijs/multas indulgentias hoc sacrum monasterium visitantibus/dei omnipotẽtis autoritate largitus est. Idem etiam concessit vt abbas ecclesias pollutas possit reconciliare: et vt a quocũq; antistite ipsius religionis fratres libere possint ordinari.

Clemens etiam Eius nominis quintus/predicti Benedicti successor/non parum extitit huic religioni fauorabilis. Grauissimas nãq; censuras/et penas/contra nolentes aut differentes admittere nuntios beati Antonij/libere et gratuite absq; exactione qualibet/pariterq; etiã contra molestias eisdem nuncijs inferentes/promulgauit. Concessit etiam facultatẽ oratoria in locis et domibus huius religionis erigendi/cimiteriaq; statuendi. Preterea huius ordinis benefactoribus/q̃plurimas indulgẽtias apostolica autoritate largitus est. Et alia insuper varia priuilegia indulsit: que in archiuis huius monasterij recondita cernuntur.

Anno Millesimo trecentesimo quartodecimo per abbatem et monachos Morbacẽsis monasterij/Basilieñ. diocesis/accedẽte Romani põtificis autoritate/trãslata est in hãc Antonianã religionẽ celebris domus in Isenhẽ/

Compendij Antoniane historie

que in generalem apud Germanos preceptoriam fuit erecta.

Post multa vero egregia patrata opa/decessit ab humanis Aymo ipse primus sui ordinis abbas / millesimo trecentesimo sextoqz et decimo nostre salutis anno / ingenti sui nominis gloria ad posteros transmissa.

Externarū rerum status ab anno.1297.vsqz ad.1316.

Caput.ij.

HActēpestate Bonifacius octauus ecclesie prefuit: qui Anni Jubilei institutionē fecit/in quo plenaria peccatorū remissio/limina apostolorum deuote visitantibus conceditur:eāqz ipsam institutionē in quolibet annorū centenario seruari cōstituit. Jdē etiā Bonifacius sextū canonici iuris librū compilauit. Post ipsuz vero Bonifaciū/Benedictus vndecimus sedit menses nouem. Cui successit Clemēs quintus/antea Burdegalensis episcopus /a quo sedes apostolica fuit in Gallias translata:vbi per annos circiter septuaginta mansit. Jdē etiam Clemēs generale conciliū apud Viennā Delphinatus ciuitatē anno millesimo trecētesimo vndecimo celebrauit:i quo trecēti episcopi affuisse referūtur. Sub eodē clemēte ordo Tēplariorū deletus est. Rhodū isulā circa hec tpa/scilicet anno millesimo trecētesimo octauo/Christiani in suā potestatē receperūt:q̄ religioni ₇ militie hospitalariorū sancti Joānis Hierosolymitani fuit assignata. Hic ipse Clemēs obijt āno millesimo trecētesimo decio tertio:post quē sedes vacauit ānis duob⁹. Deide cū cardinales eligēdi potestatē in Jacobū Portuēsez cardinalē cōtulissent/ ip̄e seip̄m elegit/fuitqz Joānes.xxij.appellat⁹/q Clemētinas decretales pmulgauit.

Imperiū per Hec tēpora tumultuarijs Germanorū principū discordijs fuit agitatū:sed tādē Adulphus qui prīdē cōcorditer fuerat electus/ex sentētia pcerū/imperio priuatus est:₇ Albert⁹ dux Austrie eidē subrogat⁹. Cause aūt priuationis cōtra dictū Adulphū asserebātur/p̄io q̄ ip̄e pecuniā receperat a rege Anglie/vt eū iuuaret cōtra regē Frācorū. Jtē q̄ adulterinā/seu falsaz monetā cudebat. Preterea/q̄ fecerat sacerdotē decollari:₇ q̄sdā ecclesiasticos spoliari. Gallia etiā multis bellorū icōmodis fuit ea tēpestate afflicta. Circa hec quoqz tpa/scilicet āno millesimo trecētesimo sexto/Heluetij/q ₇ Suitēses primā ligā inter se fecerūt:vnde ad hāc vsqz diē dicūtur lige Suitēsiū. Fecerūt ₇ alias subinde maiores ligas seu cōfederationes:vnde finitimis terrori esse ceperūt. Predicto Alberto imperatori successit Henricus septimus dux Lucemburgeñ.

De Pontio Aleraco abbate/atqz de rebus sub eodē gestis.

Caput.iij.

Secundus huius monasterii abbas Pontius Aleracus fuit: cuius virtus singularis eximiaque probitas/antiquis literis insigniter celebratur. Hic secundo post suam promotionem anno generali sue religionis capitulo congregato/ pleraque laudabilia statuta / ipsius religionis decorem concernentia edidit: ipsum autem generale capitulum tunc apud Ualreacum Uasionensis diocesis oppidum legitur fuisse celebratum. His temporibus / compertum est hanc religionem immensa eris alieni/necnon debitorum pridem contractorum mole/sarcinaque fuisse pregrauatam: adeo vt debita ipsa quadraginta florenorum millia excedere dicerentur. Arduitas siquidem negotiorum/que sub Aymone abbate occurrerant/adegerat magnam pecuniarum quantitatem hincinde mutuo sumere: quamobrem mandato iussioneque Romani pontificis / Anno millesimo trecentesimo vigesimo septimo/celebratum fuit generale capitulum totius ordinis/ ex omnibusque Christianis prouinciis preceptores conuocati/quorum omnium consensu sancitum extitit/vt omnes et singuli preceptores/per anni spatium/in ipso monasterio residentiam facerent personalem: et reseruata cuique eorum necessaria impensa/quod ex fructibus beneficiorum superesset/communi religionis thesauro/in exoneratione communium eiusdem religionis debitorum/conuertendum applicaretur.

Anno Millesimo trecentesimo vigesimo tertio predictus Pontius abbas aliud generale capitulum sui ordinis apud Alestum celebrauit: in quo vnio perpetua domus et preceptorie Ranuersi cum officio cellerarie huius monasterii/ad faciliorem supportationem onerum alimentationis religiosorum / in eodem monasterio residentium. necnon et pauperum sacro igne mutilatorum/qui in hospitali maiori eiusdem monasterii suscipi et sustentari consueuerunt/facta fuisse legitur. Plura quoque alia in eodem capitulo salubriter fuerunt constituta: que tamen ob temporum malignitatem minime potuerunt adimpleri.

His temporibus: anno scilicet millesimo trecentesimo decimo octauo/princeps illustrissimus Joannes Delphinus Uiennensis/speciali erga diuum Antonium/hancque religionem deuotione motus/quadringentas libras Turonensium huic monasterio/legati nomine/moriens reliquit atque donauit.

Circa hec ipsa tempora Quemadmodum nonnulli arbitrantur/ Tullensis ciuitas apud Lhotaringos imperialis/in specialis deuotionis / necnon eiusdem vrbis diuo Antonio commendate/signum/solita huius ordinis insignia assumpsit/publicisque eiusdem ciuitatis operibus insculpsit. Alii tamen asserunt hoc ipsum longe prius factum extitisse. Sunt et in Italia frequentes vrbes seu loca insignia/que pari pietatis et fiducie motu/idem effecerunt.

Joannes eius Nominis vicesimus secundus Romanus pontifex/ per ea tempora huius religionis statum syncero fauore prosequutus est. Hic namque ad instar Alexandri quarti sui predecessoris / constituit vt nulli sub nomine sancti/Antonii vota/legata/oblationes/aut pia charitatis subsidia petere vel recipere possint/preterque fratres aut nuncii huius monasterii et religionis. Preterea/ad instar Clementis quinti/ob monasterii huius celebritatem/ gratiose indulsit /vt abbas pro tempore existens in eodem/mitra et aliis episcopalibus ornamentis vti possit. Pleraque insuper alia priuilegia huic ordini idem Joannes papa legitur concessisse: que duodecim diplomatibus seu literis apostolicis sub plumbo expeditis continentur.

Obijt autem: et Ab hoc seculo migrauit idem Pontius abbas millesimo trecetesimo vigesimo octauo humane redemptionis anno.

Externe res et temporum status.

Caput.iiij.

His temporibus beati Petri sedem tenuit Joannes.xxij. Apud Aymonem residens/in cuius odiuz/Ludouicus Bauarie dux/qui se pro imperatore gerebat/ Rome alterum papam seu antipapam creauit.

Imperium scismate Laborauit/duobus in discordia electis/Ludouico scilicet Bauaro/ et Federico Austrio/vnde maximi bellorũ tumultus exorti sunt: et propter predones vbiqz grassantes/plurime ciuitates inter se confederationem ligamqz fecerunt/ vt iunctis inuicem viribus/sese mutuo tutarentur.

De Guillielmo Mitte abbate/et rebus sub eodem gestis.

Caput.v.

Guillielmus Mitte ex puincia Lugdunẽsi oriũdꝰ/post Pontiũ/ad regimẽ huiꝰ monasterij et religionis assumptus est: i quo laudabiliter versatus fuisse phibetur.

Anno millesimo Trecẽtesimo trigesimo quinto/in generali capitulo /per Guillielmum ipsum abbatem perpetuo vnita fuit preceptoria Liberonis officio camerarie huius monasterij: vt ex illius fructibus camerarius aduentãtes fratres hospitaliter suscipere charitatiueqz exhibere posset: ita scilicet vt suppeditatis huic operi necessarijs impẽsis/legale computuz/annis singulis idẽ camerarius reddere teneretur: sed nescio quo malo facto/vnio ipsa minime ad effectum perducta sit.

Circa annum Millesimum trecentesimum trigesimum sextum/extructum fuit hospitale nouum/ quod maiori hospitali coheret/vna cuz sacello eiusdẽ seu capella. Est aũt id opus fratris Aymonis Girodi preceptoris Aruernie/vt quedam scripta indicare videntur.

Anno millesimo Trecẽtesimo trigesimo nono/abbas ipse remisit priori Capiliarũ ordinis sancti Benedicti ecclesias parochiales locorum Murineysij et Quinceueti/cesso sibi per eundem priorem iure decimaruz in parochia Roybonis.

Hic idem bonus pater Anno millesimo trecentesimo septimo/fabricã ecclesie maioris/que lõgo temporis

go temporis spacio fuerat intermissa/magno animo/sumptuqz non mediocri agressus est instaurare.

Eodem quoqz Anno optima ratione prouisum fuit vt preceptoria Turrispini officio infirmarie huius monasterij perpetuo vniretur: quod tamen constat minime fuisse seruatum.

In memorato preterea Generali capitulo declaratum fuit preceptoriam Ranuersij/cuz iuribus et dependencijs suis/fuisse vnitam/annexamqz/z/applicatam officio cellerariatus huius monasterij/ ita et taliter/ q cedentibus vel decedentibus quibuscunqz preceptoribus eidem preceptorie Ranuersij subditis/ eorum domus et preceptorie pariter censerentur dicto officio applicate: quas inde cellerarius per procuratores ad nutum deputandos regi et administrari faceret.

Idem Guillielmus Abbas/vna cuz quodã Petro Weyer/ cõmuni eorundem consensu/in hoc monasterio loca et prebendas duorum religiosorum claustralium instituisse/ fundasseqz leguntur/ad diuini cultus augmentum.

Insuper idem Abbas quatuor florenorum millia contulit ad structuram refectorij/dormitorij/et claustri. Preterea in maiori dicti monasterij templo/sacellum ad honorem sancti Joannis euangeliste ipse fundauit: in quo post decessum voluit corpus suum tumulari.

Subsequenter ipse Guillielmus fundauit pro quolibet religioso claustrali florenũ vnuz auri/ in diui Antonij festo die percipiẽdum: vt ex eo calciamẽta fratrib' cõparari possent. Aliũ preterea florenum in festo natiuitatis beati Joannis baptiste/pro habitu seu pallio ac mantello cuilibet ex fratribus comparãdo annis singulis perpetua fundatione assignauit.

Deinde pro Infirmis seu mutilatis/certam panni grossi q̃titatem idem Guillielmus fundasse reperitur.

Item ipse Guillielmus Abbas certum debitorum q̃titatem remisit cellerario monasterij/ad instructionem hospitalis/quod Frecherium dicitur/vt in illo pauperes igne sacro tacti/ab initio inualescentis morbi/et donec curarentur/suscipi z manere possent. Remisit insuper debita quedam magne q̃titatis fabrice ecclesie: permissioneqz per sedem apostolicam sibi facta/solenne condidit testamentum/in quo pia legata reliquit q̃plurima.

Eo etiam tempore Idem abbas et capitulum generale concesserunt infirmis maioris hospitalis dicti monasterij/in augmentum prouisionis eorũdem/emolumenta oblationesqz z prouentus communis arce dicti hospitalis/que a tempore Aymonis abbatis cellerarius percipere cõsueuerat: voluerunt tamen vt eorundem emolumentorum distributio inter ipsos infirmos fieret/arbitrio abbatis priorisqz claustralis huius monasterij.

Eiusdem Guillielmi Tẽporibus/Clemẽs Romanus pontifex eius nominis sextus/syncero affectu hanc religionem fouit: z eidem pleraqz priuilegia fauorabiliter concessit. Statuit siquidem nulli licere deferre signum Tau seu Potentiam preterq̃ personis huius religionis. Item concessit oratoria/capellas/et cemiteria in singulis hospitalibus et domibus huius ordinis erigi/atqz haberi posse. Ad hec mãdauit prelatis ecclíarũ vt nũcios sancti Antonij benigne exciperent/ z charitatiue pertractarent

votaqꝫ et legata eidem religioni debita/solui iuberent et sine controuersia mandarent. Concessit et alias eidem religioni prerogatiuas: que varijs super hoc editis literis apostolicis/plumbi munimine roboratis continentur.

Appositus est Autem ad patres suos ipse Guillielmus abbas/salutis Christiane anno millesimo trecentesimo quadragesimo secundo.

Externarum rerum status.

Caput. vj.

PRedicti Guillielmi abbatis temporibus/sedes apostolica in Gallijs apud Auenionez residebat: illicqꝫ per eam tempestatem prefuit Joannes vigesimussecundus/ qui plures extrauagantes constitutiones ad canonici iuris enucleationem edidit. Hic autem Joannes pontifex ex decimis ecclesiasticorum prouentuum quas exegerat/magnam vim auri moriens reliquisse dicitur. Naz si credere dignum est/in illius thesauris millies viginti quinqꝫ millia aureorum reperta fuisse traduntur/que viginti quinqꝫ milliones efficiunt. Huic successit Benedictus duodecimus.

Imperium autem Ludouicus Bauarus Joannis vigesimi secundi temporibus/vsurpauit: et de facto cum de iure non liceret/coronam imperialē in Romana vrbe est adeptus. Veniēs enim cum valido exercitu in Italiam/a Romano clero et senatoribus/occursu honorifico/magnoqꝫ apparatu exceptus/totius Romani populi et cleri iussu/apud Lateranum a Stephano columna/imperiali diademate redimitus atqꝫ coronatus est. Pretendebant enim Romani hoc eis licere/eo presertim ꝙ papa vocatus non venerat/nec quenqꝫ mittere curauerat. Sic itaqꝫ preter voluntatez ꝛ cōsensum pontificis coronatus ipse Ludouicus/ex consilio Romani senatus/in odium predicti Joannis vigesimi secundi/alterum Rome papam creauit/qui Nicolaus vocatus est/a quo etiam nonnulli cardinales creati fuerunt: sed postea ipse Nicolaus suum agnouit errorem: captusqꝫ/in perpetuum carcerem coniectus est.

De Petro Lobeto abbate/ꝛ sub eodem gestis.

Caput. vij.

PEtrus Lobetus quartus huius monasterij et religionis pastor/ex nobili apud Delphinates familia ortus/ob singularem qua pollebat bonitatem/inter optimos ecclesiasticos presules/merito venit ascribendus.

Hic capellaniaz

Hic capellaniam Sacellumq; ad altare beatorum Petri et Pauli in maiori ipsius monasterij templo extruxit fundauitq;: binis rectoribus institutis/quos voluit curam gerere/vt nouitii in monasterio constituti/laudabiliter instruerentur atq; erudirentur.

Huius Petri temporibus Odobertus Castrinorij dominus controuersiam mouit/litemq; suscitauit occasione iurisdictionis castriq; et dominij tēporalis loci sancti Antonij/ per ipsius Odoberti progenitores Aymoni huius oliz religionis magistro venditis / verum controuersia ipsa amicabili demum transactione sopita est.

Iis temporibus Innocentius eius nominis sextus Romanus pontifex huiusce ordinis fauore statuit decreuitq;/vt nullus de rebus et prediis ipsius ordinis ante generale cōcilium habitis/ decimas exigere/aut eo nomine vel pretextu huic religioni molestiam inferre presumeret.

Item statuit Sub anathematis censura ne quis sub diui Antonij nomine vota/legata/vel oblationes/piaq; subsidia reciperet/nisi huius ordinis permissione speciali. Insuper etiam ecclesiarum prelatis mandauit vt nuntiis sancti Antonij commendatitias opportunas sub pena dupli minime/quouis quesito colore/differrent concedere. In omnibus quoq; idez beatissimus pontifex suo tempore sese huic religioni apprime fauorabilem exhibuit/ quemadmodum pleraq; scripta apostoliceq; litere testantur.

Supradicto Etiam Petro religioni eidem presidente/ anno scilicet millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto/in generali capitulo decretum extitit medios fructus primi anni vacantium generaliuz preceptoriarum fabrice ecclesie / necnon refectorij et claustri huius monasterij fore applicandos.

Circa id quoq; Tempus Urbanus quintus Romanus pontifex eidem fabrice fructus preceptorie Uapincensis applicauit / eandemq; preceptoriam officio operarie iamdicti monasterij perpetuo vniuit.

Ipse idem pontifex Urbanus summopere suis temporibus huic monasterio fauorabilis extitit: quod etiam suis ipse literis testatur valde solenne esse/quodq; deus propter sancti Antonij merita in eodem magna stupendaq; miracula iugiter operatur. Quapropter ad illius reparationem et instaurationem statuit ordinauitq; subsidium ad viginti annos super domibus et preceptoriis huius religionis imponendum.

Eiusdem Petri abbatis Tēporibus prior conuentusq; huius monasterii castrum iurisdictionemq; et dominium temporale loci Dyonayci/volente et cōsentiēte Christianissimo Francorum rege Carolo/emptionis titulo acquisiuerunt/idq; non tam vtilitatis impulsu/q̄ procul pellende ferocium hominum vicinitatis gratia factū fuisse existimo.

Eodem quoq; Tempore reuerendus pater dominus Alcherius Papiensis episcopus eidem religioni contulit applicauitq; hospitalem domum non procul ab ecclesia beate Marie de Bethleem extra muros ciuitatis Papiensis sitam/fuitq; extunc domus ipsa in preceptoriam sancti Antonij erecta.

Tunc Etiam domus hospitalis sancti Blasij Laudensis per Andruinum sancte Romane ecclesie cardinalez huic religioni perpetuo applicata fuisse legitur.

Sub id etiam Tempus deuotissimi quidam ciues Pistorienses preceptoriam sancti Antonij seu domum et ecclesiam eiusdem in Pistoriensi ciuitate extruxerunt/dotaruntqꝫ/fratre Joanne Guidoto preceptorie Tuscie hoc ipsum fieri procurante.

Anno Christiane salutis Millesimo trecentesimo sexagesimo quarto/ reuerendus pater abbas monasterij sancti Rufi prope Ualentiam/ad subsidium generale super toto ordine pro edificijs et reparationibus monasterij imponendum/apostolica autoritate extitit cōmissarius deputatus/ laudabiliterqꝫ sibi cōmissa adimpleuit.

Subsequutis Dehinc annis duobus / illustrissimus princeps Philippus Burgundie dux / Jonnis quondam Christianissimi Francorum regis filius/deuotionis gratia ad hoc sacrum monasteriuz venisse/beatissimiqꝫ Antonij reliquias pia veneratione visitasse legitur. Quo etiam in loco nonnullos germanie principes constat eo tunc cōuenisse/vt super matrimonio inter Philippum ipsum/necnon et Elisabetham Hungarorum regis neptem contrahendo verba facerent. Qua re ad votum expedita/ abbatiali eiusdem monasterij domo ad dictum matrimonium contrahendum Caroluz imperatorem Bohemie regem publica interueniente scriptura suum procuratorem constituit specialem.

Circa eadem Tempora huius religionis deuotissimus extitit quidam Jaquemardus/de sancto Georgio nūcupatus/ qui complura mobilia bona huic monasterio cōtulit. In primisqꝫ Balthen̄ quoddam argenteis fibulis munitum ad pondus nouem marcharum argenti. Preterea et vestem quandam purpuream argenteis literis desuper cōtextis decoratā nō mediocris precij/et valoris. Insuper etiam trecētas libras Turonenses pia deuotione motus eidem monasterio idem ipse legitur contulisse.

Anno Quadringentesimo sexagesimo quinto post millesimum illustris comes Montismaioris ex Sabaudiēsi ꝓuincia/singulari deuotionis affectu ad hoc monasterium profectus/non contemnenda munera preciosaqꝫ iocalia ecclesie obtulit. Similiter etiā nobilis domina Francesia vice comitissa Polligniacij/pia deuotione mota predictum monasterium visitauit / ꝛ pleraqꝫ donaria eidem contulit.

Eodem quoqꝫ Tempore pꝛ̄stissimus atqꝫ Christianissimus rex Carolus eius nominis quintus voti gratia cum duobus suis filijs Carolo scilicet dalphino/ necnō ꝛ Ludouico Aurelianensi duce/maximaqꝫ principum comitiua ad hoc sacrum accessit monasterium/sanctasqꝫ beatissimi Antonij reliquias deuotissime veneratus est. Ad ampliorem quoqꝫ sue deuotionis effectum/a posteriori parte are maioris alabastrite lapide suis sumptibus sacellum extrui mandauit. Cernuntur adhuc ibidem ipsius regis necnō Joanne Borbonensis eiꝰ vxoris et regine/dictorūqꝫ Caroli et Ludouici filiorū exculte imagines/seu lapidea simulachra armorum insignibus decorata. Sunt qui scribant eiusdē Caroli regis vxorem fuisse Margaritā Ludouici Flādrie comitis filiā: verumtū cōstat dictā Joannā Borboniēsem altera ꝑmortua eidē regi postea nupsisse.

Anno vero Millesimo trecentesimo sexagesimo octauo Carolus ipse rex Christianissimus singulari erga beatissimuz Antoniū

deuotione

deuotione motus/pro remedio animarū inclyte recordationis Philippi eius aui/⁊ Joanne regine/patrisqꝫ ⁊ matris ſuorum/huic religioni contulit quandā domum per ipſum in alma Parrhiſiorū ciuitate acquiſitam / necnō ad diuini cultus augmentum/piaqꝫ opera charitatis exercenda comparatam/volens/autoritateqꝫ regia decernens/vt in ea degentes fratres/ſeu familiares/⁊ ſeruitores/aut alij quicunqꝫ ad eandem domum recurrentes plena immunitate corporum/necnon tuitione bonorum fruerētur et gauderēt/prout in eiuſdem Caroli literis plenius continetur/in quibus hec verba leguntur adnotata. Cordis noſtri oculos erigentes ad totam curiam ſupernorum ciuium/⁊ maxime ad glorioſiſſimū ⁊ ſanctiſſimum eius confeſſorem meritis excelſum ſanctū Antoniū abbatem/cuius ſacrum corpus in Delphinatu noſtro Uiennenſi requieſcit/⁊ quem locum ipſius ſancti gratia perſonaliter viſitauimus/ob cuius glorioſiſſimi confeſſoris beati Antonij reuerentiam/cuius merita glorioſa per vniuerſalem eccleſiam in huius orbis latitudine conſtitutam maniſeſtius innoteſcunt ⁊c.

Item in alijs Eiuſdem Caroli literis/datis ſub anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo/ſic legitur. Nos dudum zelo charitatis ⁊ precipua deuotione/quam ad almum confeſſorem beatiſſimum Antonium abbatem/cuius ſacrum corpus in Delphinatu Uiennenſi in abbatia ad ipſius honorem fundata requieſcit/ſedula mente gerimus ⁊c.

Mortuus Eſt autem ⁊ in bona pace quieuit ipſe Petrus abbas milleſimo trecēteſimo ſexageſimo nono noſtre ſalutis anno/eiuſqꝫ corpus(vt quidam ſcribunt)in tumulo recōditum/quod ipſe ſibi viuens in ſacello beatorū Petri ⁊ Pauli apud maiorem dicti monaſterij eccleſiam parauerat. Probabilius tamen vero eſt ipſum in parochiali eccleſia Murineyſij fuiſſe ſepultum/ quēadmodum pleraqꝫ argumenta teſtantur.

Externe res.

Caput.viij.

SEdem Petri per hec tēpora tenuit Clemens eius nominis ſextus/qui indicte remiſſionis annū/ iubileum vocatum/a Bonifacio octauo quolibet annorum centenario celebrari ſtatutum/ad numerum quinquagenariū reduxit. Deinde ſedem ipſam rexit Innocentius ſextus/cui demum ſucceſſit Urbanus quintus.

Imperiū vero Ludouicus Bauarus/et poſtmodū Carolus eius nominis quartus adminiſtrarunt. Jiſdem temporibus lugubris ⁊ miſeranda peſtis vniuerſum orbem per annos ferme tres crudeliter vexauit/adeoqꝫ in omnes gentes deſeuit/vt ex mille vix decem euaſerint/ſeu ex centum vix vnus ſuperſtes fuerit. Inaudita certe deſolatio/ſtupēdaqꝫ perſecutio. Multe nanqꝫ vrbes deſolate/monaſteria deſerta/oppida habitatoribus vacuata/ deniqꝫ etiam nōnulle regiones ⁊ inſule in ſolitudinem reducte fuerunt. In hac autem tā horrenda vaſtitate/luctuoſaqꝫ deſolatione/id ſolatij mortalibus datū fuiſſe ferunt/ꝙ omnes in extremis conſtituti ad implorandā maximo affectu dei clementiam mouebātur/⁊ ſpe fiduciaqꝫ ſingulari ſpiritum haud inuiti exhalabant. Nam

et paruuli seu infantes supra etatis modū diuinam clemētiam collaudabant/iubilandoqꝫ moriebātur. Preterea eos qui antea grauioribus delictis irretiti erāt/anteꝙ pestilētiam sentirent/totis animis penitebat/adeo vt etiam vltro mortem expeterēt/ nec iam de vita/sed de morte soliciti essent. Sub hec tēpora/ anno scilicet millesimo trecētesimo quadragesimo tertio/Viennensis prouincie principatus/qui Delphinatus dicitur/regis Francorum primogenito certis pactionibus cōcessus fuisse legitur/atqꝫ donatus.

De Pontio Mitte.

Caput.ix.

Pontius Mitte ex nobili apud Lugdunēses familia ortus/post Petrum Lobetum quintus huius sacri cenobij regimen est assecutus.

Hic ipse Pontius religione et prudentia valde insignis/ et ob id Urbano pontifici gratissimus acceptissimusqꝫ fuisse memoratur. Nam pontifex per multa secreta negotia sedem apostolicā concernentia/illi expedienda cōmittebat/deqꝫ illius prudentia atqꝫ integritate fiduciam conceperat singularem. Nec dubium est quin illum ad maiorem dignitatē statuisset promouere/sed nescio quo fato/seu diuina prouidētia et volūtate ad hanc vsqꝫ diem factum est/vt cum abbatiali huius monasterij apice nullus vnꝙ extraneī regiminis curam/maioremve dignitatem assequi potuerit vel obtinere. Quinimo cum interdum casus ad hoc visus est sese obtulisse/vel morte/vel alio impedimento negotium interceptum atqꝫ interturbatum fuit.

Ea tempestate Illustris domina Beatrix marchionissa Salutiarum ob diui Antonij reuerentiā et honorem/singulari hāc religionem affectu prosecuta fuisse/ꝙ plurimaqꝫ bona huic monasterio pia intentione contulisse dignoscitur.

Anno Millesimo trecētesimo septuagesimo supradictus Pontius abbas nōnullos venerande religionis viros ad partes vltra marinas visitādarum domorum et preceptorum huius ordinis illic existentium gratia destinauit. Et insuper fratri Guillielmo de Ulmerijs contulit preceptoriam sancti Antonij Achaie seu de Lamoree/que tunc generalis preceptoria habebatur/cui parebant et subijciebātur preceptoria Athenarum/preceptoria Nigripontis/preceptoria Clarentie/preceptoria Modonensis/preceptoria Coronensis/preceptoria Caphensis/ preceptoria Constantinopolitana/et preceptoria de Pera. In Ethiopia quoqꝫ perplures fuisse et esse diui Antonij familias/pluresqꝫ conuentus Sabellicus tradit.

Eodē quoqꝫ Tēpore huic religioni parebāt plurime domus in Tartaria et Africa/prout in publicis legitur documentis.

Per eam etiam Tempestatem illustris et potēs dominus Aymo de Gebēna Baro de Antone/ex marchionibus Salutiarum ortus/singulari erga diuum Antonium deuotione accēsus/in suo testamento vltimaqꝫ voluntate legauit ecclesie huius monasterij Lampadem vnam argenteam/seu Lampadarium vasculum ex argento non parui ponderis/statuens vtante

vt ante corpus sancti Antonij reponeretur/ibiq₃ perpetuo Lampas ipsa luceret ac censa. Legauit insuper atq₃ fundauit perpetuo binas cereas faces/volens vt altera illarum nonnullis solennibus diebus ante aram primariam sanctiq₃ corporis reliquias fulgeret/altera vero accensa lucensq₃ teneretur in sacello quo repositum est et asseruatur sancti corporis brachium. Postremo idem testator in certum euentū donauit huic monasterio locum/territorium/⁊ oppidum/necnon castrum/ac iurisdictionem Ville noue Roxbonis.

Non multo Post reuerendissimus dominus Cardinalis de Salutijs nūcupatus/maxima deuotione hanc religionem legitur fuisse prosecutus. Nam ad extructionem refectorij huius monasterij maximos sumptus/magnamq₃ pecuniarum q̄ntitatem subministrauit. Donauit propterea calicem vnum argenteum deauratum magni ponderis ⁊ pretij. Nōnulli asserunt Cardinalem ipsum egre admodum tulisse q̄ Pontius abbas predictus sua ipsius abbatis insignia structuris dicti refectorij fecisset apponi/cum ipse Cardinalis maiores pro his suppeditasset impensas.

Anno millesimo Trecētesimo septuagesimo secundo predictus abbas fabricare fecit argenteum caput deauratum egregij operis/non contemnēdiq₃ pretij/in quo postmodum reliquias cap.tis gloriosi martyris beati Cassiani honorifice reposuit.

Fecit insuper Idem bonus pater fabricari argēteam tabulam/que ad altare primarium maioris templi et ecclesie beati Antonij cernitur esse reposita/in qua simulachra duodecim prophetarum exculta sunt/beati Antonij effigie seu imagine in medio constituta.

Ad hec vsq₃ tempora Preceptores domorum sancti Antonij que de mensa dicuntur/annis singulis apud Montem Pessulanum dominica proxima post octauas paschatis seu dominice resurrectionis conueniebant/ibiq₃ capitulum presidēte abbatis vicario ad hoc ipsum illuc destinato/celebrabatur: sed postmodum consultius visum est vt omnes in monasterio comparerent/⁊ generali capitulo interessent.

Beatissimus pontifex Gregorius vndecimus hac tempestate apostolicam sedem obtinēs/apprime fauorabilis extitit huic ordini/⁊ inter alia statuit ac decreuit vt pro debito pecuniario monasterium istud ecclesiastico interdicto subijci non possit. Item plures indulgentias visitantibus ipsum monasterium/⁊ aliquid de bonis suis ad fabricā illius conferentibus largitus est.

Per hec quoq₃ Tēpora in hoc ipso monasterio magne religionis ⁊ sanctimonie vir frater Petrus de Vallenauigio eiusdem monasterij prior claustralis magno in pretio habebatur. Circa hec tempora/quemadmodum Florentinus historicus scribit/apud Cesenam Etrurie vrbem/cum Bruto quidam cruento gladio depictam in pariete beatissimi patris Antonij imaginem impeteret/vibratisq₃ in eam ictibus lacesseret/ignis mox eius membra corripiens/horrendo spectaculo etiam in medijs fluctibus positum miserabiliter absumpsit.

Fecit autem memoratus Pontius abbas vite sue finem/⁊ in pace quieuit post Christum natum anno millesimo trecentesimo septuagesimo quarto.

Compendij Antoniane historie
Externe res:

Caput.x.

Supramemorato tēporis decursu Romana curia apud Auenionē residente/Urbanus quintus sedē obtinuit/cui successit Gregorius eius nominis vndecimus/ a quo curia ad Romanā vrbem est reducta/postq̄ in Gallijs annos septuaginta stetisset. Quo etiam tempore post Carolum Uuēzeslaus eius filius natu maior imperauit. Infelicia hec tempora fuerunt/potissime in Italia/vbi plena omnia bellorum tumultibus viguerunt. Gregorius pontifex totis viribus nixus est Carolum imperatorē ad expeditionem cōtra infideles desumēdam/necnon ad recuperationem terre adhortari sancte/verum Carolus ad hec respondit eam adhortationem iniquam sibi videri/quandoquidem sine maxima Christiani sanguinis effusione id bellum geri nequaq̄ poterat/quamobrem potius abhorrendum q̄ expetendum videbatur.

De Bertrando Abbte.

Caput.xi.

Bertrandus sextus huius monasterij abbas/Pontij eius immediati predecessoris ex fratre nepos/ huic religioni/cum bona apud omnes estimatione/prefuit. Qui etiam officium cellerariatus eiusdem monasterij prius laudabiliter exercuerat.

Sub hec Tempora illustrissimus princeps Ioānes Galleacius comes Uirtutum/qui exinde in ducalem dignitatem sublimatus/primusq; Mediolani dux appellatus fuit/syncerissima erga diuum Antoniū deuotione motus/congruis huic monasterio prouentibus assignatis/locum & prebendā vnius religiosi claustralis in eodē instituit/& fundauit/missamq; vnā singulis diebus perpetuo celebrandam ordinauit.

Idem quoq; Clarissimus princeps continuato erga beatissimū Antonium deuotionis feruore/aliquot aureorum millia oblationis nomine ad hoc monasterium transmisit. Et post paucos subinde dies/ destinatis ad abbatem conuentumq; dicti monasterij literis/sue mentis esse declarauit/vt ex dicta auri q̄titate figura atq; similitudo brachij diui Antonij fabricaretur:ad quod postmodum ipse gemmas sumptusq; suppeditauit. Quoquidem insigni opere fabricato/reposite fuerūt in eodem reliquie brachij dicti gloriosi sancti. Cernitur autem ad hanc vsq; diem hoc ipsum opus ex auro purissimo mira arte fabricatum/comitisq; Uirtutū insignibus adornatū. Suis preterea sumptibus princeps ipse deuotissimus egregia pictura exornari mandauit sacellum/in quo dictū sanctum brachiū asseruatur. Misit insuper idem princeps/beatoq; Antonio obtulit argenteam

tulit argẽteam quandam ocream/ſeu tibie hominis ſimilitudinem deauratam/nõ pauci valoris/que ad noſtra vſqꝫ tempora ante ſancti corporis reliquias/arãqꝫ maiorem/pependit.

Tanta deniqꝫ Fuit dicti optimi principis erga diuum Antonium/necnon hanc ſuam religionẽ deuotio/vt toto vite ſue tempore nunq̃ deſtiterit/quin aſſidue memorabili aliquo facto/aut munere/in amplificãda/necnon decoranda ipſa religione animi ſui feruorem patefecerit/declarauitqꝫ. Quapropter iure merito illuſtris eius memoria nunq̃ deſinet ſummis ſemꝑ laudibus hoc in ordine celebrari. Cuius etiã pietatem ſingularẽ illuſtriſſimi eius ſucceſſores poſtmodum ſunt imitati. Extant celeberrime ipſius Joannis Galeacij Uirtutum comitis ad abbatem ⁊ conuẽtum huiuſce monaſterij litere / quibus ſeſe eiſdẽ obnixe faciebat cõmendatũ. Effulſit quoqꝫ eodem tẽpore erga beatiſſimũ Antonium deuotio ſingularis magnifici Caroli filij comitis Barnabouis Mediolanẽſis/qui plura ſuo tẽpore pretioſa munera huic monaſterio ſeu eccleſie beati Antonij obtulit. Et cũ primis magnã vnam argentcã ſtatuam/ingenti pretio eſtimatã.

Per id tẽpus Prefatus Bertrãdus abbas vigentis in eccleſia dei ſchiſmatis occaſione/maximas vexationes atqꝫ moleſtias pertulit. Nam cũ alteri ex põtificibus adherere obedireqꝫ cogeretur/ab altero priuationis in eum ſententia promulgabatur/eidemqꝫ ſubtrahebantur prouẽtus/quos in illius obedientie territorio poſſidebat: auxilio tamen ⁊ interuentione illuſtris comitis Fundorum multa rerum euaſit diſcrimina.

Circa hec Tẽpora/ſingulari deuotione promouente/ad hoc monaſteriũ veniſſe legitur reuerẽdiſſimus domin⁹ Robertus/ſancte Romane eccleſie Cardinalis Gebẽnẽſis nũcupatus/in Lõbardie partibus apoſtolice ſedis de latere legatus/qui eccleſie beati Antonij perpulchrũ vnũ argẽteũ calicẽ deauratum cõtulit, ſuoqꝫ tẽpore ſummo ſemper affectu hanc religionem fouit.

Anno poſt Chriſtum incarnatũ milleſimo trecẽteſimo octogeſimo ſecũdo illuſtriſſim⁹ princeps Robertus dux Barrẽſis/ac marchio Pontis/ſyncerũ gerens erga hanc religionẽ deuotionis affectum/domũ dei oppidi Barrenſis/pluresqꝫ alias hoſpitales domos eidem religioni donauit/et in illam tranſtulit/vt exinde vna generalis preceptoria ſancti Antonij erigeretur/cuius poſſeſſor primus extitit frater Biſuntius de Arboſio.

His quoqꝫ Tẽporibus ſciẽtia ⁊ religioſis moribus in hoc monaſterio florebat frater Guigo Jay prior maior/qui prebendã vni⁹ canonici clauſtralis in eodem monaſterio fundauit/eiuſqꝫ temporibus menſa conuentualis dicti monaſterij non mediocribus incrementis aucta extitit.

Per id etiam Tẽpus eximia ſanctitate conſpicuus dominus Bartholemeus de Montecaluo/epiſcopus Bitterrenſis/huius religionis profeſſor/claruit: qui laudabili propoſito motus/in hoc monaſterio duos clauſtrales/eleemoſynarium ſcilicet atqꝫ ſubeleemoſynariũ ad opera pietatis in pauperes peregrinos exercenda fundauit/conſtitutis ad hoc ipſum certis prouentibus ⁊ bonis per illum acquiſitis.

Fundauit etiam Hic ipſe reuerẽdus preſul in eccleſia huius monaſterij ſacellum ad altare ſancte crucis/preterea ⁊ hoſpitalem domũ in oppido ſancti Antonij/vt in eadem peregrini charitatiue ſuſciperẽtur/extruxit. Cõplura inſuper argẽtea vaſa/ſacraqꝫ repoſitoria/necnon aureos/⁊ ſericeos pannos/non pauci valoris/eccleſie pia intentione contulit/et donauit. Uoluit quoqꝫ corpus ſuum poſt obitũ in primario eiuſdẽ monaſterij tẽplo eccle

ſiaſtice tradi ſepulture. Qui etiam ob inſignes virtutes/viteqꝫ ſanctimoniã/quam in humanis geſſiſſe comprobatur/in beatorum numerũ referẽdus a pleriſqꝫ exiſtimatur. Hic primo preceptor domus ſancti Antonij de Lauda/atqꝫ inde cellerari⁹ huius monaſterij/preceptorqꝫ Ranuerſij fuit: poſtea ſuis exigentibus meritis/ad Bitterrenſem epiſcopatum fuit promotus.

Reliquit tandem Hoc ſeculum dictus Bertrandus abbas/et humane vite finẽ fecit anno dominice incarnationis milleſimo trecenteſimo octogeſimo nono.

Externarum
rerum ſtatus.

¶ Caput. xij.

Execrandũ ſchiſma per eam tempeſtatem in eccleſia dei viguit. Nam Rome vnus/qui Urbanus ſextus fuit nũcupatus/ſedẽ tenuit/cui Italia/Germania/⁊ Pannonia/ſeu Hungaria adheſerunt. Et apud Auenionem alter/quẽ Clementẽ ſeptimum vocabant/ſe pro vero pontifice geſſit/cui Gallia/Hiſpania/Cathalonia/et Anglia obedientiã preſtiterunt. Durauitqꝫ ſchiſma iſtud omnium fediſſimũ ad concilium vſqꝫ Conſtãtienſe/annos ſcilicet triginta nouem. Altera autem factio alteram execrabatur/atqꝫ anathematiſabat. Et ex vtraqꝫ parte viri religioſiſſimi/quodqꝫ maius eſt ſanctimonia ⁊ miraculis clari fuiſſe tradũtur. Quapropter dicendũ atqꝫ inferendũ videtur excuſabilem apud deum fuiſſe illorum opinionẽ/qui ſyncero propoſito vni aut alteri partium earundẽ adheſerũt. Nam ꝗuis de neceſſitate ſalutis exiſtat credere vnicum eſſe Chriſti vicarium/ſicut vnam ſanctã eccleſiam/attamen vbi contingit per ſchiſma plures vno ⁊ eodem tempore creari/non videtur de neceſſitate ſalutis credere vel ſequi hunc aut alterũ/vbi non plane conſtat quis eorum ſit de iure potior. In hoc ſiquidem populi ſuos poſſunt ſequi maiores ſeu prelatos. Caueant tamen ij qui honorũ/aut beneficiorũ/vel officiorũ aſſequendorũ ſeu retinendorũ gratia/potius ꝙ probabilis dubij occaſione ſeſe alteri adiungunt parti. Imperium per id tempus rexit Uuenzeſlaus.

De abbate Gerentone
de Caſtronouo nuncupato.

¶ Caput. xiij.

Gerentonus ex nobiliſſima Caſtrinoui familia ortus/poſt Bertrandum ſeptimus huius monaſterij abbas/pietate ⁊ deuotione valde inſignis ſuo tempore habitus eſt.

Hic vna cum Abbatiali dignitate perceptoriã Caſtri Ceſaris/que generalis eſt Hiſpanie/in

nie/in commendam obtinebat.

Extruxit autem Beretonus ipse sacellum in ecclesia maiori ad altare sancti Pauli primi eremite/ vbi sepulchrum eius ad hec vsqꝫ tempora visitur/ quis aliqui putent eum in oratorio beate Marie/ que alba dicitur/ vbi nudi hominis simulachrum apparet/ fuisse sepultam.

Huius tẽporibus Edita fuerunt statuta circa arcam communem missarum/ que in monasterio celebrantur/ anno scilicet millesimo quadringentesimo secundo.

Hic bonus Presul/ cum a fatidico quodam vanissimoqꝫ (vt fertur) homine accepisset futurũ esse/ vt is qui dicto monasterio preesset de proximo moreretur/ nimium credulus/ ⁊ parum sibi constans/ abbatialẽ dignitatem inconsulte resignauit: quamobrem solitis prouẽtibus destitutus/ pro sue sustentationis auxilio coactus est opportunam ab apostolica sede prouisionem postulare. Cui pontifex compatiens/ annuam mille florenorum pensionem super monasterij fructibus de speciali gratia mandauit assignari.

Huius Abbatis Temporibus Benedictus in sua obediẽtia decimus tertius pontifex nũcupatus/ huic monasterio ⁊ religioni mirum in modũ fuit affectus. Hic siquidem ante suam promotionem Cardinalis legatus existẽs/ beati Antonij ecclesiam deuote visitauit/ suarũqꝫ fide literarum contestatus est venerandũ corpus gloriosi sancti Antonij in dicta ecclesia existere. In his autem ipsis literis ita legitur: gloriosi confessoris sancti Antonij collaudanda merita frequenter in nostre mentis armario deuotissime recẽsentes/ ingentem deuotionis affectum/ quem a puerilibus annis gessimus ad eũdem/ libenter ingerente se casu per effectum operis demonstramus.

Idem etiam Benedictus/ cum sibi monasteriũ Montismaioris reseruasset/ cui quidem monasterio ex cõstitutione Bonifacij octaui annua pensio mille trecentarum librarum Turonensium super fructibus huiꝰ monasterij sancti Antonij debebatur/ singulari deuotione motus/ quãdiu vixit magnam eiusdem pensionis partem sponte remisit/ ita vt nunquã minus tertia parte fieret remissio/ ⁊ frequenter ipse sola dimidia maneret contentus.

Hic etiam Summe desiderans monasterium istud in suis structuris ampliari/ motu proprio ad annos quadraginta fabrice eiusdem monasterij/ seu publicorum operum officine/ applicauit fructus officij cellerarie/ eidemqꝫ annexe preceptorie Ranuersij. Hanc autem applicationem Ioannes eius nominis vigesimus tertius Romanus põtifex/ eo quod vnione causante res ⁊ bona dicti officij predicteqꝫ preceptorie administratore carentis deperibant/ postmodum reuocauit.

Circa eadem Tempora magnificus ⁊ potens vir dominus Boncicaudus aurate militie eques/ Francieqꝫ mareschalus/ pia deuotione motus donauit ecclesie ⁊ religioni sancti Antonij oppidum atqꝫ territorium Valreatij/ Vasionẽsis diocesis. Uerum quia oppidũ ipsum in terris apostolice sedis situm erat/ supradictus Benedictus decimus tertius pontifex appellatus/ loci opportunitate motus/ eodem oppido ad ius ⁊ proprietatem Romane ecclesie reducto/ prioratum de Monteulx compensationis gratia huic religioni contulit perpetuo iure possidendum.

Idem quoqꝫ Boncicaudus auream crucem gemmis ornatam non mediocris pretij huic monasterio cõtulit/ ⁊ pleraqꝫ alia

bona largitus est. Sacellũ insuper ad honorem beate Marie pietatis in maiore dicti monasterij templo pia deuotione fundauit.

Pari etiam Deuotione mota illustris femina domina Beatrix de Bressiaco nuncupata/mille ⁊ quingentas libras Turonẽses huic monasterio legitur cõtulisse/vt singulis diebus sabbatinis in ecclesia beate Marie eiusdem monasterij missa vna per conuentum decantaretur.

His temporibus Excellentissimus iuriscõsultus dominus Petrus Ancharanus huius religionis zelator feruentissimus/necnon erga diuum Antonium deuotissimus maximo in pretio habitus est/qui in arduis plerisqꝫ negotijs pro hac ipsa religione/iuribusqꝫ eiusdem cõseruandis/egregiam operam prestitit. Edidit autem volumen egregiũ suorum consiliorum/in quibus semper beatissimi Antonij meminit/quẽ pro speciali patrono habitum summa semper veneratione coluit. Eo etiam tẽpore in hoc ordine floruit frater Jo. de Castronouo preceptor Trecensis/vir egregie literature/varieqꝫ eruditionis/qui syluas ⁊ territoriũ de Mocheto huic monasterio legitur cõtulisse/quo in loco antea cellerarius huius monasterij prata quedam ab Aymone abbate olim eidem cellerario remissa seu assignata possidebat. Eum autem ipsum locum/vt pote secessui rusticationiqꝫ accõmodatissimum/nonnulli prestantes huius ordinis viri olim adamasse/necnon edificijs quibusdam exornasse traduntur: que postmodũ nimia vetustate collapsa/nos ipsi syluarum pratorumqꝫ amenitate allecti restauraui-mus/ampliauimusqꝫ/⁊ in statum elegãtiorem atqꝫ ameniorẽ ereximus. Ibi quoqꝫ per literarium otium syluestres hosce cõmentariolos conscripsimus. Inter ceteras autem loci eiusdem laudes id referri potest/ꝙ in proximo prediolo Ludouicus vndecimus olim Francorum rex Christianissimus aliquãdiu moram traxisse perhibetur/ibiqꝫ vna cum sene quodam rusticationi dedito In humili casu certo tempore familiariter fuisse versatus.

Reliquit autem Hoc seculũ/et appositus est ad patres suos ipse Berentonus post depositam abbatialem dignitatem anno domini millesimo quadringentesimo quinto/cuius cadauer in sacello ad honorẽ diui Pauli primi eremite in ecclesia principali dicti monasterij suis impensis extructo/conditum fuit: Quis non pauci arbitrentur in sacello quod duodecim apostolorum collegio sacrum est fuisse tumulatũ/eo maxime argumento/ꝙ illic nudi hominis effigies cernitur: quamobrem putant ipsa hominis nuditate significari illum ibidem esse conditũ/qui pridem abbatiali dignitate fuisset ante mortem spoliatus. Sed veritas ipsa contrariũ edocet: tametsi non negarim absurdũ videri/vt ipse Berentonus/post dignitatem depositam/ornatu pastorali adhibito tumularetur/sed effigiatam illius in sepulchro imaginem longe ante dignitatis resignationem existimo fuisse fabricatam.

Externe res.

¶ Caput. xiiij.



Infausta hec ipsa tempora fuerunt/ecclesiastici schismatis fedissima pernicie. Mortuo nanqꝫ in Italia Urbano/subrogatus est Bonifacius nonus/qui primus/

annatarum

annatarum ex vacãtium beneficiorum fructibus exigendarũ fuit inuentor:quo defuncto/Innocentius septimus illi successit. Apud Auenionem vero/Clemente rebus humanis exempto/suffectus est Petrus de Luna/qui Benedictus decimus tertius dictus est:tenuitqꝫ sedem ad Constãtiense conciliũ/in quo schisma est sublatum. Cum autem eo durante schismate/ambe curie non admodum essent opulẽte/multiqꝫ hincinde creati Cardinales penuria laborarent/variis modis ecclesie pregrauabantur. Uuenzeslaus imperator/ob ignauiã/preditosqꝫ mores/imperio priuatus est.

De abbate Hugone de Castronouo.

Caput.xv.

HUgo ex Castronouo: post Berẽtonẽ/huius monasterii regimen adeptus est:vir certe amabilis/multisqꝫ/vt tradunt/virtutibus clarus/& non contemnende apud omnes fame & opinionis/quem etiam ferũt apprime literatum/regiumqꝫ consiliarium extitisse.

His temporibus Grauis controuersia inter ipsum Hugonẽ/& abbatem conuentũqꝫ monasterii sancti Petri Mõtismaioris exorta est:idqꝫ pretextu & occasione pensionis/que eisdem abbati & conuẽtui/per Bonifacium octauũ/super fructibus huius monasterii/dudũ fuerat apostolica autoritate reseruata. Et licet pluries facto inter partes ipsas compromisso/certis mediis negotiũ honesta seu amicabili conuentione videretur esse sopitũ/nunꝙ tamen ita solido pacis vinculo res cõcludi potuit/quin semper noui litiũ motus exinde pullularint/vnde maxima subsecuta sunt mala. Hanc autem potissimam eiusdem controuersie causam fuisse comperio. Certum equidem est felicis recordationis Bonifacium octauum/abbati & conuentui Mõtismaioris/quemadmodum superius extitit declaratum/pensionem annuam mille trecentarũ librarum turonẽsium super huius monasterii fructibus olim assignasse. Cum autẽ tunc temporis optima esset moneta/precipuiqꝫ valoris intrinseci/postea vel hominũ vel temporum malignitate factum est/vt perempta moneta illa antiqua/alia longe debilior/minorisqꝫ valoris intrinseci fuerit subrogata/adeo vt hec noua dimidiã veteris non equaret bonitate/seu intrinseco valore/ꝙuis taxatus cursus idẽ esset. Eapropter cum indies debilior viliorqꝫ moneta succederet/instante solutionis tẽpore/annis singulis super valore monete inter partes ipsas noue semper lites exoriebantur. Tandemqꝫ eo ventum est/vt ob eam difficultatem/aliquot annis ab eiusdem pẽsionis solutione et prestatione fuerit cessatũ. Quapropter abbas & conuẽtus monasterii Mõtismaioris/regiis super hoc impetratis literis & mãdatis/causam in regio apud Tholosanã ciuitatem residẽte senatu/suppremaqꝫ curia/super possessorio tractandã cognoscendamqꝫ obtinuerunt delegari. Eo scilicet/ꝙ apud Nemausum esset locus solutioni destinatus. Itaqꝫ apud eum senatum/magnis vtrinqꝫ viribus/aliꝙdiu super huiusmodi negotio pertinatius extitit decertatum.

Hanc autem annuam pensionem Postmo dñi felicis recoꝛdationis Martinus quintus/⁊ inde Eugenius quartus/Romani pōtifices/ in huius religionis fauoꝛem quam syncero pꝛosequebātur affectu/reduxerunt/taxaruntqꝫ ad mille trecentos floꝛenos de camera vsuales. Cuiusquidē reductionis/ taxationisqꝫ ⁊ moderationis reuocationem/pꝛedicti abbas ⁊ conuentus Montismaioꝛis/apud sedem apostolicam/maximis conatibus adniti sunt obtinere/asserentes eam moderationem ⁊ taxationem/pꝛeter iuris foꝛmam/non vocatis nec auditis partibꝰ/ipsisqꝫ quoꝛū intererat/factas extitisse. Itaqꝫ pēsionis eius occasione/ tam in Romana curia/ꝙ extra eā/varij summopereqꝫ dispēdiosi, litiū anfractus/inter partes ipsas/graui vtriusqꝫ monasterij iactura/longissimo tempoꝛe viguerunt.

Hic Hugo abbas Plures in abbatiali domo reparationes fecit: ⁊ in pꝛimis aulam vnam/que paramenti dicitur/extruxit/picturaqꝫ exoꝛnauit.

Ad hoc vsqꝫ tempus In hoc monasterio fuerant pꝛebēde septem/per seculares seu laicales personas obtineri solite: que cū nulla vtilitatis vel necessitatis ipsius monasterij ratione viderentur institute/pꝛouida generalis capituli deliberatione/in augmentū numeri canonicoꝛum claustralium/qui diuinis interessent officijs/optima consideratione fuerunt applicate: ita vt ex septem huiusmodi pꝛebendis/sex crearentur canonicales. Et ad hūc modum adauctus fuit claustralium numerus/anno Chꝛisti millesimo quadringētesimo atqꝫ vndecimo.

Anno millesimo quadringētesimo duo decimo/excelsa ciuitas ⁊ communitas Floꝛentina/pio erga diuum Antonium zelo ducta/personas et bona huius religionis sub sua pꝛotectione suscepit. Insuperqꝫ decreuit/vt nullus post hac apud eos audiretur/volēs quidpiam pꝛoponere/quod in dicte religionis pꝛeiudicium vergere quomodolibet nosceretur/statuta etiā aduersus pꝛoponentem multa.

Circa eadem tempoꝛa Frater Petrus de Orlhiaco pꝛeceptoꝛ Chambeyriaci/generis ⁊ moꝛum nobilitate conspicuus/donauit huic monasterio seu conuētui domum foꝛtem de Vallano/in parochia sancti Hilarij/necnon in mandamento sancti Eulaterij sitam/⁊ per ipsum emptam/seu verius de pecunia ab eodem tradita/per conuentum acquisitam. Et hoc pꝛo suppoꝛtatione oneris vnius misse/in capella sancte crucis perpetuo celebrande. Hanc autem ipsam domum vendidit nobilis vir Iacobus de Quinceno.

His tempoꝛibus Ante foꝛes maioꝛis ecclesie murus erat magnus/qui ob pondus telluris desuper imminentis/murumqꝫ ipsum deoꝛsum pꝛopellentis/ruinam minabatur: quaobꝛem cōmuni sententia ⁊ deliberatione/totiusqꝫ generalis capituli assensu decretum est/vt murus ipse a fundamentis validissimo opere/solidissimaqꝫ materia instauraretur: fueruntqꝫ ad eiusdem operis sumptus terne contributiones/que tallie dicuntur/ imposite: pꝛima scilicet anno quadringētesimo quinto supꝛa millesimum/secunda/ quadringētesimo nono/postrema vero quadringētesimo decimo. Subsecuto vero anno/ad complementū pene absoluti operis gratuitum subsidium per perceptoꝛes huius religionis fuit sponte impartitum. Et hic est murus/qui vulgariter grossus appellatur/immense quidem molis/admirandeqꝫ structure opus.

Eiusdem

Eiuſdem Hugonis temporibus: ob deteſtandum ſchiſma quod in eccleſia vigebat/hic ordo maxima pertulit incõmoda. Cum enim vna prouincia/alteri ex iis qui ſe pro vero pontifice gerebant/adhereret/ ⁊ alia alteri/ſancte obediẽtie vigor pro regionũ varietate alteratꝰ interturbabatur. Joãnes aũt vigeſimus tertius/cui Jtalia parebat/preceptoria Tuſcie ⁊ aliis huius regionis domibus occupatis/magna pecuniarum q̃titate ipſam pauperẽ religionem pregrauauit. Sed tandem Joannes ipſe Conſtantienſis/concilii ſententia abrogatus pontificatuqꝫ priuatus/nocendi finem fecit.

Hoc ipſo tempore: Vir nobiliſſimꝰ/aurateqꝫ militie eques inſignis/Petrus de Arſineyo/patrie prouincie ſeneſcallus/ſacellum ad altare diue Anne/in primario huius monaſterii tẽplo fundauit: pluraqꝫ inſuper donaria/eidem monaſterio hoſpitaliqꝫ maiori/deuoto animo legitur contuliſſe.

Circa hec quoqꝫ Tempora/Mediolani dux illuſtriſſimus/ſyncera deuotione motꝰ/huic monaſterio ⁊ religioni donauit caſtella Linerolii ⁊ terre Turris in Papiẽſi territorio ſita/que poſtmodum annua quadam preſtatione reſeruata/certiſqꝫ aliis accedentibus conditionibus/Martini pontificis eius nominis quinti autoritate/pro negotiis eidem religioni imminentibus/alienata fuerunt.

Memoratus Hugo abbas: Ad diuini cultus augmentum/fundaſſe legitur in hoc monaſterio duorum religioſorũ prebendas/ſacellumqꝫ duodecim Chriſti apoſtolis dicatum extruxiſſe/quod vulgo beate Marie albe cõſueuit appellari.

Mouit etiam Per ea tempora loci huius ſanctitas/necnõ erga diuum Antoniũ deuotio ſingularis/inuictiſſimũ imperatorem Sigiſmundum/ad ipſum ~~locum ⁊ monaſterium viſitandum~~. Anno ſiquidem quadringẽteſimo decimo quinto poſt milleſimũ/idem sereniſſimus imperator/Hungarieqꝫ/necnõ Dalmatie/Coraſſie/Seruie/Galicie/Bulgarieqꝫ rex/deuotionis gratia/ad hoc ipſum monaſteriũ/multorum principum ſtipatus frequentia/veniſſe/ſanctaſqꝫ corporis beatiſſimi Antonii reliquias/pio affectu viſitaſſe legitur. Poſt dies vero aliquot Valentiam profectus/perſeuerante deuotionis eius erga diuum Antonium feruore/ob honorem ipſius ſancti/cuius corpus in eodem monaſterio teſtabatur eſſe reconditũ/q̃qꝫ per diuinam miſericordiã eiuſdem beatiſſimi Antonii ſuffragiis/multa in eodẽ loco fidelibus preſtabãtur beneficia. Ea propter ciues incolas ⁊ homines/ſeu habitãtes eiuſdem loci ⁊ territorii ſancti Antonii/ſub ſua ſacriqꝫ Romani imperii protectione ⁊ tutela ſuſcipiens/perpetuo exemit/immuneſqꝫ eſſe voluit a preſtatione et ſolutione theloneorum/pedagiorum/tributorum/gabellarum/⁊ vectigalium quorumcunqꝫ/ſeu impoſitionum antiquarum vel nouarũ/quocunqꝫ nomine cenſerentur/in terris Jmperii/necnon in Delphinatu/⁊ comitatibus Sabaudie/Valentinenſi/Gebennenſi/⁊ Viennenſi: ⁊ hoc tam ratione perſonarum/q̃ etiam rerum/mercimoniorum/et negociationum: volens tamen q̃ medietas quantitatis debite pro ipſis impoſitionibus/quam ipſi homines ſoluere tenerẽtur/ſine fraude poſtmodum in vſus ⁊ ſuſtentationem pauperũ infirmorũ religionis ſancti Antonii/⁊ domorũ eiuſdem applicaretur: prout latius in eiuſdẽ Sigiſmũdi literis cõtinetur/in quibꝰ hec verba legimus adnotata. Sane ad oppidum/villam ſeu/ locũ ſancti Antonii/ac mandamentũ eiuſdẽ/in circuitu ⁊ circũcirca/ad ſpatiũ ⁊ diſtantiã medie leuce tantũmodo exiſtẽs/in quo ſacratiſſimũ

corpus ⁊ reliquie eiusdem sancti Antonij requiescunt in pace/⁊ per misericordiam diuinam/suffragio eiusdem/multa fidelibus prestantur beneficia ⁊c.

Anno sexto decimo Post millesimum ⁊ quadringētesimum/ iā dictus Hugo abbas decreuit ne quispiam ex religiosis ordinis ad professionē admitteretur expressam/nisi prius in monasterio ⁊ religionis capite/per annum residētiam fecisset personalem/quo facilius regularis obseruantie mores/ ⁊ ecclesiasticos ritus imbiberet.

Subsequenti vero anno Magne religionis ⁊ scientie viri Robert⁹ de sancto Aniano/⁊ Falco de Montecanuto/in generali capitulo electi ⁊ nominati fuerūt ad proficiscendum Constantiam totius religionis nomine/vbi maxima patrum frequentia/concilium generale celebrabatur.

Eodem temporis Decursu/apud oppidum Romonense/elegātissimo opere fabricata extitit superior pars argentee tabule/supra maius altare existentis/ pro qua ex argento ecclesie oblato/sumptum fuit pondus vigintiquinq̄ marcharum/⁊ pro inauratura/traditi fuerūt ducati aurei sexaginta.

Obijt autē dictus Hugo/optima sui memoria posteris relicta/anno domini quadringentesimo decimo septimo post millesimū (q̄uis nonnulli aliter perperam scripsisse videantur)cuius corpus in sacello/ad altare duodecim apostolorum per ipsum extructo ⁊ fundato/requiescit.

Externarum
rerum status.

Capit.xvj.

His tēporibus schisma in ecclesia durauit:attamen illius tollendi gratia/ab vtriusq̄ obedientie Cardinalibus/Pisis congregatū atq̄ celebratum fuit concilium/in quo Gregorius ⁊ Benedictus vocati/⁊ non cōparentes/depositi ac priuati fuerunt:citatusq̄ Alexander quintus/qui paucis mēsibus superstes fuit:cuius loco/Cardinales Joannem vigesimum tertium delegerunt. Non tamen schisma cessabat:quandoquidem Gregorius et Benedictus per cōcilium Pisanum abrogati/ipsam abrogationem modis omnibus impugnabāt/⁊ non iure factam asserebant:sicq̄ pro duobus qui prius erant pontificibus/facti sunt tres/qui eodem tempore/pro veris apostolicis se gerebant:⁊ quod vnus comprobabat alter detestabatur.

Imperium vero Per Rupertū Bauarie ducem/virū apprime catholicum/ac deinde per Sigismundū Hungarie regem administratū fuit. Ipse autem Sigismūdus ad tollendū schisma egregie laborauit:conciliūq̄ apud Constātiam celebrandi causa fuit:quod anno domini millesimo quadringētesimo decimo quarto congregatum/sub initium anni millesimi quadringētesimi decimi quinti/Joanne vigesimo tertio pontifice/necnō ipso Sigismūdo imperatore assistētibus/celebrari ceptum est. In eo autem concilio/depositi fuerunt Benedictus ⁊ Joannes ipse.xxij.quem venisse penituit:nā preter decretam aduersus eum priuationem/etiam carceris inclusione expertus est. Alius

vero quis

vero qui Gregorius nuncupabatur/sua sponte per procuratorem cessit: omniumq; consensu/ Martinus quintus in pontificē est assumptus. Scribunt nonnulli q; in ipsa Constantiensi ciuitate Joannes papa/ante suam depositionem/die natalis domini medie noctis missam celebrauit. Imperator vero Sigismundus in habitu diaconorum euangelium legit quod incipit/Exijt edictum a Cesare Augusto/vt describeretur vniuersus orbis.

In eodem quoq; Concilio sancta Brigida canonizata: z in sanctarum numerū relata fuit. Preterea Joānes Hus et Hieronymus heretici/incēdio traditi: a quibus peregrine opiniones/que nūc in Germanie partibus latissime vigent/fuerunt tum primum disseminate. In eodem etiam concilio/facte sunt quedam vtiles constitutiones / et presertim cōtra mendicantes ad alias religiones transeuntes.

De Falcone abbate

Caput.xvij.

Onus huius monasterij abbas Falco fuit/qui post Hugonem paucis duntaxat mensibus/abbatialem dignitatem tenuit. Nam prout in actis capitularibus legitur/anno decimo septimo post millesimū quadringentesimū / Hugo abbas/celebrati generalis capituli tēpore/in humanis agebat: in eodemq; capitulo/hic Falco adhuc in minoribus existens/vna cum Roberto de sancto Auiano Aruernie preceptore/legitur ad proficiscendum Constantiam/ vbi tunc generale concilium celebrabatur/fuisse delegatus. Deinde constat Falconem ipsum abbatem/sequenti anno/qui fuit millesimus ducentesimus decimus octauus/ab humanis decessisse: prout inscriptio illius apposita sepulchro docet: quod eleganti opere/in choro ecclesie/ereis laminis fabricatum conspicitur.

Fuit autem idem Falco ex nobili apud Delphinates Montecanutorum familia ortus/non mediocriq; bonorum literarum commendatione clarus.

Externe res.

Caput.xviij.

Er ea tempora Constantiense concilium fuit dissolutum: quod per annos circiter quatuor durauit: quo tempore Sigismundus ad hanc Viennensem prouinciam seu Delphinatum venisse/indeq; ciuitatem Narbonensem legitur fuisse profectus.

Compendij Antoniane historie De Arthaudo Grandiuallēsi huius ordinis abbate.

Caput.xix.

Arthaudus ex Grandiualle decimus huius inclyti monasterij abbas/ a Martino quinto Romano pontifice promotus fuit. Mortuo nanqꝫ Falcone supra memorato/pluribus ad dignitatem abbatialem aspirantibus / graues eam ob[i]rem controuersie exorte sunt. Quapropter huius ordinis patres in generali capitulo congregati/anno millesimo quadringentesimo decimo nono/pro controuersijs huiusmodi sopiendis/statuqꝫ eiusdem religionis pacificando/totius ordinis nomine / nuntios ad sedem apostolicam censuerunt destinandos:quibus instantibus atqꝫ promouentibus/pontifex sedatis sua autoritate discordijs/Arthaudum eius exigētibus meritis/ predicti monasterij et ordinis pastorem instituit:illumqꝫ prefecit in abbatem. Erat enim in rebus administrādis exercitatissimus/multisqꝫ virtutibus clarus/Et in Italie prouincia/longo tempore religionis negotia laudabiliter gessisse dicebatur.

Ante eiusdem Arthaudi promotionē/statim post Cōstantiēsis concilij dissolutionē supradictus felicis recordationis Martinus pontifex/ab vrbe Constantiensi per Sabatios seu Sabaudiēses iter faciens/syncere deuotionis affectu excitus/ad celeberrimum istud diui Antonij monasterium/licet ab alpium transitu longe remotum /sese contulit: ipsumqꝫ monasterium/necnon sanctas reliquias in eodem existentes/precipua deuotione visitauit. Extat adhuc hoc factum referens eiusdem Martini simulachrū/ad leuam maioris altaris ecclesie iam dicti monasterij/vna etiam cum nonnullorum qui tunc illum comitabantur/sancte Romane ecclesie cardinalium/aliorumqꝫ prelatorum statuis seu imaginibus/illorum deuotionem contestantibus. Idqꝫ etiam nonnullorum pontificum literis legimus esse testatum.

Hic profecto Beatissimus pontifex Martinus/maximo semper affectu Antonianuꝫ ordinem prosequutus est. Idemqꝫ in suis literis profitebatur/se huius religionis amplificationem ꝛ decorem intensissimis semper desiderijs exoptasse/necnon singularem semper ad beatum Antonium deuotionem gessisse/proqꝫ speciali patrono illum habuisse:vnde plurimum illi semper cure fuit/vt status eiusdē ordinis recto tramite incederet/prout pleraqꝫ documenta testantur.

In primis autē pontifex Ipse Martinus animum applicans ad erigendū restituendumqꝫ huius ordinis statū/queꝫ temporū malignitate/atqꝫ nephandi schismatis occasione pene collapsum/necnon labefactatum esse cernebat/anno sui pontificatus tertio/apostolica autoritate/generale capitulum eiusdem ordinis apud Mediolanum celebrari statuit/ꝛ mandauit:in quo omnes ordinis ipsius preceptores/ excusatione qualibet cessante/comparere deberent/ac tenerētur. Et vt rectius omnia procederent /pro votoqꝫ ipsius concluderentur/ad assistendum ibidem/vna cum Arthaudo abbate/spectatissime religionis et virtutis viros Nicolaum monasterij sancti Laurentij Cremone abbatem / necnon Stephanum sancte Marie de Gratijs

de Gratijs / ordinis Carthusiensis priorem / apostolica autoritate delegauit. In eodem autem capitulo/pleraq3 iam dicti ordinis statu3 concernentia/salubriter et vtiliter leguntur fuisse statuta: que breuitatis gratia preterimus.

Eo tunc optima Consideratione institutū fuisse reperitur/vt deinceps in Romana curia/aliquis ex reuerendissimis dominis cardinalibus/in protectorem religionis specialem assumeretur.

Erecte quoq3 Fuerunt eo tunc in generales preceptorias domus sancti Antonij Scotie/necnon Sicilie/z Sardine.

Per ea etiam Tempora/erecta fuit et fundata domus z preceptoria sancti Antonij / apud ciuitatem Barcinonam in Hispania.

Legitur etiam Tunc fuisse institutu3/vt in hoc monasterio totius religionis capite/semper essent religiosi viri ex quatuor nationibus/scilicet Italica/Gallica/Germanica/z Hispanica: qꝫ in eodem continue in logicalibus / in sacra pagina / et in iure pontificio/ lectores scientifici statuerentur.

Declaratum etiam In eade3 capitulari congregatione fuit ꝙ deferentes signū Tau/ non propterea censentur deferre huius religionis sancti Antonij habitum: quandoquidem id signum quoddam est: non autem habitus.

Aliud quoq3 Subinde idem Martinus pontifex celebrari mandauit generale capitulu3/anno pontificatus sui quinto/ delegatis ad hoc ipsum apostolica autoritate Joanne patriarcha Antiocheno/ Amedeo Lugdunensi archiepiscopo / necnō Guillielmo priore maioris domus seu monasterij Carthusie/ita ꝙ saltem ambo ex ipsis/celebrationi dicti capituli personaliter interessent/ad quod omnes z singulos preceptores sub pena priuationis decreuerat euocandos. In literis autem eiusdem Martini singula expressa erant/ que ad reformationem status eiusdem ordinis/ipse pontifex decerni volebat atq3 seruari.

Constat eundem Pontificem Martinum postea nescio quid indignationis aduersus predictum abbatem Arthaudum concepisse: cuius rei gratia/ ad illius priuationem causa super hoc certis cardinalibus delegata/mādauerat procedendum: causabatur duntaxat / ꝙ ipse Arthaudus minime regimini cureq3 sui monasterij intentus huc illuc vagaretur: quid nam vero successerit/nequaꝗ̄ scriptum reperi.

Fuit autem Arthaudus Abbas supramemoratus imperatori Sigismundo perꝗ̄ acceptissimus: a quo etiam ꝗ̄plurimas gratias prouisionesq3 sue abbatiali dignitati/necnon religioni opportunas/obtinuisse comperitur.

Per id tempus Illustrissimus dominus Jacobus Hierusalem et Sicilie rex/comesq3 Castrensis/ad hoc sacrum monasterium syncerissimo deuotionis affectu remisse legitur: tantoq3 exinde hāc religionem idem rex piissimus fauore prosequutus est/vt singulari quodam zelo ductus/proposuerit in predicto monasterio ad obitum vsq3 residere. Constat sane eiusdem regis thesaurum seu pecuniam / preciosioremq3 supellectilis partem / longo tempore in predicto monasterio fuisse asseruatam. Hic etiam rex serenissimus/celebrem capellam seu sacellum egregium/in eodem monasterio extrui fecit.

Ipse autem rex Piissimus eo tunc imaginem vnam/seu diui Antonij simulachrum/ex auro purissimo ad quingentorum aureorum pondus estimatum/ipsiusqꝫ regis insignibus adornatū/ecclesie et sacrario huius monasterij donauit.

Insuper Idem ipse rex/anno salutis nostre millesimo quadringentesimo vicesimo tertio/cum semper religionē hanc vnice dilexisset/ suum vltimū ⁊ solenne condidit testamentum/in quo in primis decreuit/voluitqꝫ/ et ordinauit suos heredes ⁊ successores/perpetuo fore et esse speciales protectores ⁊ defensores Antoniane religionis:quodqꝫ ijdem sui heredes ipsam religionem protegere/tueri/⁊ defendere semper et vbiqꝫ viribus tenerentur.

Insuper Missam vnā in ecclesia dicti monasterij perpetuo diebus singulis celebrandam atqꝫ decantandam / reditibus ⁊ prouentibus ad hoc in baronia Lugsiniani assignatis/fundauit. Item pro maiore cāpana fusili opere formāda/libras turonē.octingētas legauit:illāqꝫ totictib⁹ qualibet die pulsari voluit/quot ipse ānis in hoc seculo vixerat. Certā preterea statuit vini q̄titatem/ānis singulis prestādā/vt eo vino perfusis sancti corporis beati Antonij reliquijs/vinagium(vt aiunt)conficeretur/peregrinis et alijs deuotionis gratia confluentibus propinandum. Voluit etiam rex ipse ⁊ in dicte sue vltime volūtatis dispositione ordinauit/vt in assumpte protectionis ⁊ defensionis huiusce ordinis signum/suus heres et successor vniuersalis perpetuo/necnō ij ad quos sua hereditas in posterum vniuersali titulo deuolueretur/collo appensum ipsius ordinis signū/ idest Potentiam seu/signum Tau/ex auro purissimo/vna cum campanula deferrent. Alia quoqꝫ plurima statuit/ que integerrimum eiusdem in hanc religionem animum/piissimumqꝫ affectum apertissime declarant atqꝫ testantur.

Anno millesimo Quadringētesimo vigesimo quarto/fusa fuit et formata dicta maior cāpana ecclesie huius monasterij:non quidem ponderis immensitate/sed eris metalliqꝫ bonitate/necnon forme elegantia valde conspicua/atqꝫ egregie sonora.

Anno millesimo Quadringentesimo vigesimo quinto / reuerendus pater dominus Sibondus / episcopus Grationopolitanus/pium erga hanc religionem gerens animū / laudabiles quasdam in hoc monasterio fundationes fecisse legitur.

Subsequēter Anno qui fuit Christiane salutis millesimus quatercentesimus vigesimus sextus/ magnifici Delphinales consiliarij / necnon proceres ac nobiles/vniuersaqꝫ trium statuum patrie Delphinatus congregatio/in hoc monasterio seu ecclesia eiusdem / fundarunt missam vnam/singulis diebus in sacello omnium sanctorum perpetuo celebrandam/in remedium animarum eorum militum/illustriumqꝫ et nobilium virorū eiusdem patrie/qui in bello apud Vernolium gesto/fortiter pugnantes occubuerant.

Circa hec tempora Vir eximie religionis / frater Joannes Cortina/illustrissimi regis Scotorum nomine/gratiosas literas abbati et capitulo generali presentauit:ibidemqꝫ ipse Cortina / pro toto regno Scotie/ in ijs que ad hanc religionē pertinent/ fidelitatem et obedientiam prestitit.

Eodem pariter tēpore confirmata fuit erectio preceptorie Alcexeñ. per illustrem comitem Clemētem ad honorem sancti Antonij/in Germanie partibus facta.

Tunc etiam

Tunc etiam Supramemoratus Arthaudus abbas/ex decreto sui capituli/ad procurandum extinctionem pensionis debite abbati et conuentui Montismaioris/Romanam curiam petiit.

Per illud idem capitulũ A preceptoria Apulie separate fuerunt domus Sarnensis/ Barletana/Misericẽsis/Gayetana ipseqꝫ dom⁹:in generales preceptorias erecte.

Eo itidem tempore Illustrissimus ac potentissimus Burgundie dux/ꝛ Flandrie comes/singulari erga diuum Antonium deuotione motus/horas canonicas singulis dieb⁹ decantandas in ecclesia preceptorie Ballioli fundauit.

Excessit aũt Ab humanis ipse Arthaud⁹ abbas / dominice incarnationis ãno millesimo quadringẽtesimo nonagesimo septimo.

Per hec autem Tempora in hoc ordine claruisse memorantur frater Petrus de Prouino/preceptor Trecẽsis decretorum doctor/item Hugo Robertus prior claustralis/Antonius Robe sacrista ecclesie beate Marie/Humbertus de Vareyo infirmari⁹/Claudius de Olliaco preceptor Chambeyriaci/literaruꝫ scientia ꝛ apud omnes autoritate clarissimi.

Externe res

¶Caput.xx.

Martinus quintus per ipsa tempora pontificatum tenuit:nondum tamen erat penitus schisma sublatum:quandoquidem superstes adhuc erat Petrus de Luna: qui se verum pontificem asserens/in Cathalonia aliquos licet paucos sibi fauentes habebat:quo tandeꝫ mortuo/schismatici illi adherentes alium elegerũt:quem Clementẽ octauum nominarũt.Sed is paulopost/iubente rege Alphonso/destitit:omniaqꝫ pontificatus iura deposuit:ꝛ sic in totuꝫ/ schisma finem accepit.Celebratum est inde concilium apud Senas:ac deinde/ autoritate Martini pontificis/aliud apud Basileam indictum.

Romanum Autem imperium per eum temporum decursum Sigismundus tenuit strenueqꝫ/ ꝛ laudabiliter administrauit.

De abbate Joanne
Qui de Polleyo dictus est.

¶Caput.xxj.

Johãnes Polleyus post Arthaudum/ex cellerario huius monasterii/factus est abbas: cuius administratio apprime laudabilis fuisse perhibetur.

His temporibus Anno scilicet millesimo quadringẽtesimo trigesimo quar

to/decima die mensis Maij/Christianissimus francorũ rex Carolus eius nominis sextus / maxima principũ procerũq3 stipatus caterua/deuotiõis gratia/sacrũ istud monasterium/venerãdasq3 reliquias in eodem existentes visitauit:a quo deinceps tempore/cumulatiore semper gratia hanc religionem fouit / coluitq3/et eam ipsam religionem beniuolo semper fauore prosequutus est:priuilegijs quoq3 et gratijs nõ mediocribus/illam vsq3 ad vite sue finem non destitit amplificare.

In eodem autẽ loco et monasterio cõsti tutus idem rex Christianissimus / singulari erga hanc religionem zelo ductus de speciali gratia/eandem exemit/ exemptamq3 et immunem esse voluit a decimis et impositionibus/que sibi per apostolicam sedem concesse fuerant / super ecclesiasti corum beneficiorum fructibus exigende z percipiẽde/aut quas in posterum forsan contingeret per sedem ipsam z ecclesiam concedi vel indulgeri/prout in eiusdem Caroli literis vberius declaratur/in quibus verba sequentia Gallico idiomate leguntur expressa. Nos ob affectionem et deuotionem singularem/quam semper habuimus et habemus erga glorificandum corpus sancti Antonij/et eius ecclesiam/ ad quam impresentiarum deuotionis gratia peregrinantes venimus/dictum sanctum corpus quod in eadem requiescit/visitaturi zc.

His quoq3 temporibus felicis recordationis Eugenius quartus Romane sedi presidens/religionem hanc summo fauore prosequutus est:nam non solum a suis predecessoribus olim eidẽ religioni concessas gratias cõfirmauit/verum etiam in pluribus ampliauit. Et inter alia voluit ꝙ ipsa religio in terris ecclesie/pro suis rebus/nullis oneribus pregrauetur. Alias quoq3 gratias et prerogatiuas ꝗplurimas idem beatissimus pontifex huic religioni legitur suis temporibus concessisse.

Anno millesimo quadringentesimo trigesimo septimo/tertia Junij aperta fuit et reserata capta triũ martyrũ / in ecclesia dicti monasterij quiescentiũ/ibiq3 reperta corpora in tribus sacris/ que subinde per reuerendum patrem Joannem de Polleyo abbatẽ reposita fuerũt et translata in capsam nouã/argenteis laminis tectam/quam fabricare fecerant Guillielmus Bruneti/et Ponceta eius vxor/presentibus ibidem domino Joanne de Monte canuto cellerario/Stephano de Velay in decretis licẽtiato preceptore Carcassone/ Joanne Gebertesio preceptore Albenacij/pluribusq3 aliis.

Hoc etiam tẽpore dictus Guillielmus Bruneti/et Ponceta eius vxor ab abbate et capitulo facultatem obtinuerũt edificandi sacellum/in honorem ipsorũ trium martyrũ quod exinde ijdem coniuges extruxerunt:et ad illud eorundem sanctorum corpora/que prius in sancti Brachij sacello/loco sublimiore reposita seruabantur/transferri procurarunt.

Ipso eodem tempore cum dignitas abbatialis mirũ in modum esset attenuata/oneribusq3 debitorum pregrauata. Ea propter in generali capitulo/de anno millesimo quadringẽtesimo vigesimo octauo ad faciliorẽ onerũ supportationẽ/eidem dignitati vnita fuit preceptoria Flandrẽsis. In eo autẽ generali capitulo prefuisse legũtur duo vicarij generales/simul ab abbate specialiter ad hoc deputati/videlicet Guigo Robertus prior maior claustralis/et R

lis/et R. Fulgeriarum seu Aruernie preceptor.

Hunc Joannē abbatē pro sue religiōis negotiis ad Basiliense concilium profectum fuisse legimus/eidemqꝫ concilio postqꝫ illuc applicuisset/fuisse incorporatum/comitantibus illum nōnullis huius ordinis prestantissimis viris/per generale capitulum ad hoc deputatis.

Per id tempus Basilee mortuus est reuerendissimus in Christo pater Alphōsus de Carilho/cardinalis sancti Eustachij huic religioni suo tempore deditissimus/qui etiā in sue vltime volūtatis testamēto cauisse legitur/vt obitus illius qꝫprimum patribus huius monasterij significaret/vt pro anime sue remedio/deuote preces ad dominū fierēt/et offerrentur.

Eodē tempore illustrissimus princeps et dux Britanie/necnon Ricardus eius frater binas hospitales domos sub nomine sancti Antonij fundarunt/et instituerunt/illasqꝫ huic religioni dicarunt/vnam videlicet apud locum Peremelli/et alteram apud Clissonum.

Singulari preterea deuotione motus clarissimus Burgūdie dux/et Flādrie comes/de suis proprijs facultatibus extruē dam mandauit ecclesiā nouā apud domū sancti Antonij Baillioli/in qua etiam diurnā canonicarū horarū recitationē atqꝫ decantationem fundare proponebat.

Circa annum millesimum quadringentesimum trigesimū illustrissima domina Helizabella/Burgūdie ducis vxor/deuotione mota/in sua vltima voluntate huic monasterio centum francos perpetuis tēporibus annis singulis persoluendos contulit/et legauit/statuens medietatem eiusdem summe ad opus fabrice dicti monasterij applicari.

Eodem tempore magnificus et potēs dominus comes de Anho in Germanie partibus apud abbatem et capitulum generale maxima cū instantia procurauit vt preceptoria sancti Antonij in loco de Rostorf sita/Francfordiam transferretur: huius rei gratia non mediocres prouentus eidem preceptorie pio animo synceraqꝫ deuotione contulit.

Anno quadringentesimo trigesimo primo potentissimus princeps Mediolani dux solēnes ad hoc sacrū monasteriū nuntios destinauit/qui suo nomine in die dominice ascensionis capsam seu feretrū in quo sanctum beatissimi Antonij corpus conditum est/proprijs humeris deferrent. per quos etiam preciosa quedam munera transmisisse perhibetur.

Anno trigesimo sexto illustris princeps dux Cliuensis abbati et capitulo generali rescripsit se deuotione singulari motum instituere/seu fundare velle domum/seu preceptoriam vnam ad honorem gloriosi sancti Antonij/postulans super hac re huius ordinis voluntatem et assensū. Cuius pio proposito annuentes abbas ceteriqꝫ ordinis eiudem patres/capitulari decreto futuram dicte domus preceptorieqꝫ erectionem laudarunt/approbarūtqꝫ/et acceptarunt. Et hec est domus sancti Antonij Cliuensis.

Obijt autem predictus Joannes de Pollepo abbas plenus dierum / et in pace quieuit post Christum natum anno millesimo quadringentesimo trigesimo octauo.

Florebant per ea Tēpora hoc in ordine Arnaldus Vassauldus celeberrimus decretorum doctor / priorqꝫ claustralis huius monasterij: necnō Robertus de sancto Aniano preceptor Aruernie / vir literature non mediocris: pariter etiam Aymericus Sigaudus / multis virtutibus ⁊ literarum sciētia clarus: item preceptor Clauasij / ex nobili Pronanorum familia ortus.

Claruit insuper Ea tempestate in hoc monasterio et ordine dominus frater Joannes de Montecanuto / vir magne religionis / qui vnum canonicatum seu locum et prebendam in eodem monasterio fundauit: egregium quoqꝫ ad honorem sanctissime trinitatis magnifico ac sumptuoso opere sacellum vna cum domo per rectorem eiusdem capelle incolenda extruxit.

Status rerum externarum per ea tempora.

Caput.xxij.

Presuit his temporibus Romane sedi Eugenius eius nominis quartus / post Martinum quintum pontifex creatus. Indixerat iampridem Martinus ipse concilium apud Basileam anteqꝫ moreretur / et ad locum ipsum pontificia autoritate suffultum destinauerat Julianum cardinalem. Ceptum autem est celebrari concilium ipsum anno millesimo quadringentesimo trigesimo primo. Quod cum Eugenius in suam perniciem tendere cerneret / modis omnibus illud dissoluere atqꝫ interturbare conatus est / indicta ipsius concilij ad Ferrariensem ciuitatem translatione.

Tenuit Sigismūdus Imperium vsqꝫ ad annum salutis millesimum quadringentesimuꝫ trigesimum septimum. Circa que tempora regnum Francorum cum Anglorum armis pene fuisset oppressum / tandem circa annum millesimum quadringentesimū vicesimum octauum per puellam diuinitus (vt creditur) ad Carolum regem transmissam / fuit restitutum. Ferunt enim Carolum regem cum nulla ratione Anglorum potentie se obsistere posse cerneret / quadam die suam regniqꝫ sui miseriam lachrymabiliter deplorantem / ante crucifixi imaginē sese prostrasse / deinde sumptum diadema crucifixo tradidisse / talibus illum verbis compellando. Regnum istud Christe tuum est / tueri illud vlterius non valeo / proinde regium diadema tibi trado / illiusqꝫ ditionem asseruandam / ab hostili impressione post hac tua benignitate defensandam committo. Nec ita multo post memorata puella / asserens se diuinitus missam / ad regē ipsum venisse legitur: cuius auspicijs deploratarum rerum status erectus est / diuinaqꝫ ope restauratus.

De abbate

De abbate Humberto.

Caput.xxiij.

HUmbertus ex Brione duodecinus huius monasterij abbas post Joannem de Holleyo in huius ordinis regimine longo tempore laudabiliter versatus est/ et sub eo maxime hec ipsa religio floruit/in deiqꝫ famulatu summa tranquillitate perseuerauit.

Huius temporibus Eugenius quartus specialibus fauoribus monasterium istud prosequutus/ predicto abbati et capitulo generali facultatem cōcessit duos penitentiarios ad cōfessiones peregrinorū/necnō etiā canonicorū ipsius monasterij ⁊ infirmorū hospitalis audiēdas/ecclesiasticaqꝫ eiusdē sacramēta ministrāda instituēdi atqꝫ deputādi.

Idez quoqꝫ Gloriosus pontifex Eugenius singulari erga hanc religionem affectione motus/pensionem olim per Bonifacium octauum super fructibus huius monasterij impositam/abbatiqꝫ necnon conuentui monasterij Montismaioris assignatam/ad mille tercentū florenos auri de camera tunc vsuales taxauit/seu reduxit/licet predicti abbas et cōuentus longe ampliorem summam sibi deberi contenderent.

Insuper Occurrente etiam per id tempus dicti monasterij Montismaioris vacatione/ipse Eugenius dicte religiōis fauore/illud Joanni de Belloioco ea conditione contulit/ne dicte pensionis pretextu annis singulis amplius ꝙ trecentos florenos auri peteret/vel exigeret:volēs preterea atqꝫ decernēs vt ea mediante summa/hec religio ea que prius tenebatur mille trecentorum florenorum similium prestatione suo tempore libera penitus esset et immunis.

Calixtus Quoqꝫ tertius eiusdē Humberti tēporibus huic religionis apprime fauorabilis extitisse legitur. Nā facultatē sacramenta ecclesiastica ministrandi Romanā curiā sequentibus innouauit/atqꝫ in fauorez quoqꝫ eiusdem religionis statuit ⁊ decreuit vt ordinarij pro literis placitorijs vnum dūtaxat florenum a nuntijs sancti Antonij perciperent/nec amplius quicꝙ extorquere presumerent. Item ad defensionem/protectionē/et conseruationem eiusdem religiōis apostolicos iudices ⁊ cōmissarios deputauit. Insuper etiā quascūqꝫ gratias a suis predecessoribus eidē Antoniane religioni cōcessas fauorabiliter cōfirmauit.

Predict⁹ Humbertus in generali capitulo anno millesimo quadringentesimo quadragesimo decreuit ꝙ huius ordinis ⁊ religionis professores/de bonis quorum administrationē gerunt/ad pios vsus/seu in pia opera in ordine et religione disponere possint.

Anno salutis Humane quadringentesimo quinquagesimo septimo quidā Jacobus ex Seycello Sabaudie oppido oriūdus/vir ad omne nephas pronus/ingēs ausus est facinus attētare. Nāqꝫ sub noctē beati Antonij tēplū ingressus/in occulto quodā loco delituit/cumqꝫ oēs abcessissent/eo tpe quo sopor solet hoīes arctius occupare/solitis suis artib⁹ seras oēs eius loci in quo reconditum est brachium diui patris Antonij eo proposito sacrilegus aperuit/vt aurū quo brachium ipsum est inclusum seu conditū furaretur. Uerū post reserata queuis obstacula/diuina virtute pcussus ita diriguit/tantusqꝫ ola eius mēbra stupor ⁊ timor inuasit/vt hebetatis sensib⁹/nec ꝓpositū nepharīū opus

perficere/nec ab eo loco sese dimouere potuerit. Itaqꝫ diluculo ibidem deprehensus/seculariqꝫ curie traditus/suspendio vitam finiuit.

Subsequenti anno qui fuit salutis nostre quadringentesimus quinquagesimus octauus supra millesimum/ Augusti mẽsis die penultima illustrissimus Sicilie ⁊ Hierusalem rex/ Andeganoꝛũqꝫ dux/ necnon Prouincie comes Renatus/vna cum regina eius vxoꝛe/permultis quoqꝫ proceribus/ad hoc monasterium accessit/et sanctas eiusdem beatissimi patris reliquias humili affectu veneratus est/preciosis muneribus ecclesie oblatis.

Proximo huic anno in ecclesia eiusdem beatissimi Antonij euidentissimo miraculo/magna spectante populi multitudine/ mulier quedam vocata Joanna Michala ab immundo quo vexabatur spiritu per dei misericordiam et beati Antonij intercessionem curata est. Quod et si crebro contigisse visum sit/in hac tamen curatione illud precipue mirandum fuit/ꝙ malignus spiritus sub specie maioris musce teterrimi coloris/cum impetu et stridore exiuit. Nec minus mirum/ꝙ anteq̃ ipse demon exiret/vt nomen suum pandere haberet adiuratus/arrepto quodam libro in ecclesie choro scriptum ibidem Beelsebuch vocabulum ostendit/ac demonstrauit.

Circa hec tẽpora prioratus sancti Leonardi Ferrariensis ciuitatis huic religioni fuit applicatus/in quo duo huius professionis iuuenes ad literas capescendas idonei teneri debent/ibiqꝫ sacris ⁊ canonicis doctrinis imbui.

Fuit etiaꝫ per hec tempora in primaria monasterij huius ecclesie fundatum sacellum ad honoꝛem beati Claudij per fratrem Jo. Rauelle preceptorem Valentie. Itẽ ⁊ aliud ad honoꝛeꝫ diue Margarite a Jaquemeto Cosuto viro deuotissimo/huiusqꝫ religionis integerrimo zelatore.

Hisdem quoqꝫ temporibus illustris et potẽs Antonius de Castenatico/vicecomes Thalardi/pia deuotiõe ductus in sua vltima voluntate heredes suos ad sacellum vnum in maiori ecclesia dicti monasterij fundandum onerauit.

Fuit preterea hisdem temporibus Mediolanensium dux illustrissimus Franciscus Sfortia singulari erga diuum Antonium deuotione affectus/atqꝫ huius religionis zelator feruentissimus: qui etiam ad sue deuotionis argumentum/aureum vnum calicem ecclesie huius monasterij donauit/ad nongentos aureos estimatum. Huius etiam vxor Blanca Maria clarissima mulier nonnulla preciosa munera eidem ecclesie obtulit.

Decessit aũt ab humanis predictus Humbertus abbas anno Christiane salutis quadringentesimo quinquagesimo nono/septima die mensis Maij/paulopost generalis capituli definitionem/eodem ipso die illo assistente ac presidente/factam. In crastinum vero solẽnibus ceremonijs/magnaqꝫ preceptorum ⁊ religiosorum huius ordinis(qui ad dictũ generale capitulum conuenerant)frequentia/illius cadauer fuit terre commendatum.

Externe res

Externe res

Caput.xxiiii.

EUgenius quartus per eam tempestatem catholice ecclesie prefuit. Verumꝫ quia congregationi Basiliensi aduersabatur/cardinales ⁊ alii qui Basilee residebãt/ipso Eugenio publicis decretis abrogato / Amedeum Sabaudie ducem/qui vitam solitariam agebat/pontificem designarunt/ felicem quintum illum appellantes: sicqꝫ in ecclesia dei schisma est exortum / quod per ãnos nouem durauit. Interea Eugenius cõcilium Ferrarie indixit/quod inde ob seuientem pestem Florentiamꝫ est translatum/vbi affuere imperator Constantinopolitanus/ac etiam patriarcha/aliiqꝫ Greci plurimi/qui se Romane ecclesie vniuerunt/a qua prius dissidebant. Post eugenium Nicolaus quintus/ac inde Calixtus tertius sedis apostolice gubernacula tenuerunt.

Post Sigismũdi Vero imperatoris obitumꝫ Albertus rex Hungarie / ac deinde Federicus Austrie dux ipsam dignitatem obtinuerunt. Anno millesimo quadringentesimo trigesimo octauo Carolus septimus Francorum rex apud Bituriges conuocatis regni primoribus pragmaticam sanctionem edixit/qua nonnulla Basiliensis concilii decreta seruari mandauit. Cõstantinopolis orientalis imperii clarissima sedes per hec tempora/anno scilicet dominice incarnationis millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio a Mahumete Turcarũ rege obsessa/et miserabiliter capta est/cesis omnibus qui resistere ausi sunt/sacra ꝓphanata/⁊ omnia in predã ⁊ libidinẽ data.

De Benedicto abbate

Caput.xxv.

BEnedictus ex Monteferrando post Humbertũ de Brione per Piũ secundũ Romanũ pontificẽ in huius monasterii abbatẽ promotus fuit/eo non obstante ꝙ Antonius Flandrie preceptor / supradictiqꝫ Humberti quondam ex fratre nepos a maiori parte conuentus eiusdẽ monasterii fuisset electus. Unde postmodum Benedictus in odium dicte electionis plerosqꝫ huius ordinis religiosos viros variis modis vexauit/ priorem quoqꝫ claustralem Astrogiũ de Gibertesio virtutis eximie virum prioratu amouit.

Pius eius Nominis papa secundus per hec tempora huius religionis priuilegia beniuolo animo confirmauit. Et ꝙuis postmodum suspensiue ab eo priuilegiorumꝫ quoruncũqꝫ litere emanassent/declarauit tamẽ in ea generali suspẽsione hanc ipsam religionem minime esse comprehensam.

Anno Millesimo quadringẽtesimo sexagesimosexto predictus Bñdictus pastorali abutẽs ptãte/ in nõnullos huius ordinis viros supra modũ seuire cepit/sed maxime in quendam fratrem Antoniũ socium/alias Maman/ quem curie traditum seculari diro supplicio affici procurauit.

Circa autem Annum millesimum quadringentensimũ sexagesimũ septimum/cum nullum Benedictus ipse finem facere seuiendi/sua quoqꝫ immoderata affectione vniuerse religionis statuꝫ perturbaret/magne prudẽtie ꝛ religionis vir Antonius de Brione preceptor Flandriẽsis/ Astrogius de Gilbertesio/Guillielmus Guilliõis/Arnaudus le vassault/Guillielmus de Olerijs/Aymericus Ualeranus/pluresqꝫ alij literaruꝫ scientia/necnõ rerum experientia conspicui/rem omnem ad apostolicam sedem/ cui tunc Paulus secundus preerat/detulerunt. Itaqꝫ pontifex ipse predicto Benedicto ad se euocato/omnibus mature auditis ꝛ intellectis / tranquillitati dicte religionis animum adijciens/predictum Benedictum ab abbatia dicti monasterij cẽsuit amouendũ. Et ne dedecorosa videretur amotio/idem Paulus pontifex maximus Benedictũ ipsum ad episcopalem dignitatem promouit/concesso illi Constantiensis ecclesie regimine/quod tamen assequi non potuit. Uerum cum ex nobili apud Sabaudienses familia esset ortus/potẽtissimiqꝫ Sabaudie ducis fauoribus obnixe adiuuaretur/tandem episcopatum Tharentesiensem in Heluetiorum confinibus obtinuit.

Circa hec tempora Illustris ac potẽs Urbini dux Federicus beatissimi Antonij epistolas septem religioni monastice admodum salutares a Grecis ad Latinos propagare contẽdens/ translationi earundem Ualerium de Cerasio virum eruditissimum destinauit/cuius egregia opera epistolas ipsas nunc latinas habemus.

Predictus Benedictus Tharentesiensis episcopus effectus / sue religionis zelo permotus/q̃q̃ aduersus nonnullos huius ordinis viros grauissimam indignationeꝫ concepisse videretur/voluit tamen ante suum obitum predictum monasterium reuisere/quod et fecit. Tantaqꝫ illum subijt prioris animi immutatio/ vt pristinaruꝫ omnium controuersiarum recordatione suppressa/atqꝫ deposita/in eodem monasterio reliquum vite sue tempus degere constitueri: fecissetqꝫ/nisi hoc ipsum aliquibus non admodum gratum esse sensisset.

Per eos dies Ex maiore Britannie seu Anglie partibus ad hoc monasterium deuotionis gratia venisse feruntur comes Talebotus/magni quondam Taleboti/qui in Gallijs duxerat exercitum/ successor: nonnulliqꝫ alij insignes viri / qui etiam ibidem non paucis diebus permanserunt.

Tunc etiam Deuotionis gratia ad hoc monasterium peregrinatus est nobilissimus princeps Joannes Borboniorũ dux/ qui pateram vnam argenteam pluribus gemmis/preciosisqꝫ lapillis decoratam ecclesie obtulit/et donauit.

Clarescebat Per id tempus Aymerici Montisregalis episcopi virtus singularis/qui huius ordinis ab ineunte etate summa cũ laude professor extiterat. Huius corpus post mortẽ mandato illius ex Monte regali ad hoc monasterium delatum/in ecclesia maiori sub pensili suggesto (quã turbinam vocant) per euꝫ magnifico opere extrui mandatam extitit tumulatũ. Hic prius preceptor domus sancti Antonij apud Laudã fuerat. Insignes pariter ea tẽpestate fuerũt in hoc ordine pleriqꝫ magne religionis viri/quorũ prudẽtia ꝛ virtute status ipsiꝰ ordinis mirũ in modũ antea pturbatꝰ/quietẽ ꝛ trãquillitatẽ adeptꝰ est.

Occurrit Autẽ vacatio dignitatis abbatialis huius sacri monasterij ꝑ amotionem seu translationem dicti Benedicti circa annum millesimum quadringentesimum sexagesimum nonum.

Externe res

Externe res.

Caput.xxvj.

Pius secūdus Calixto successit:

ac sedem Petri ad annum vsqz millesimum quadringentesimum sexagesimum quartum tenuit. Cunqz expeditionem in Turcas parasset/seqz iam itineri cōmisisset/volēs et ipse illuc personaliter proficisci/Ancone pontificatus sui anno sexto migrauit ex hac vita. Cuius loco subrogatus est Paulus eius nominis secūdus/Frederico Austrie duce imperiale culmen obtinente.

De abbate Joanne Jogueto.

Caput.xxvij.

Iohānes Joguetus decim⁹ quartus

huius cenobij et religionis pastor/Benedicto suffectuē atqz subrogatus est. Nam Romanus pontifex Paulus eius nominis secundus/auditis querelis totius religionis aduersus Benedictum propositis/ipsum ab abbatiali dignitate censuit amouendū. Quo amoto/pontifex ipse abbatiā dicto Joanni Jogueto/tunc apud sedem apostolicam regia negotia procuranti/ob singularē illius probitatem atqz humanitatem/omnibus assentientibus/suscepto prius per ipsum Joannem dicte religionis habitu/emissaqz professione/regendam cōmisit/de personaqz illius dicto monasterio prouidit. Sic itaqz promotus idem Joannes anno redemptionis nostre millesimo quadringētesimo septuagesimo primo/vicesima quinta mēsis Augusti ad hoc monasterium veniens/magna omnium exultatione illius possessionem personaliter adeptus est.

Quo equidem Anno insigne argenteū caput/ad reponendas diui Eutropij reliquias/egregio opere fuit fabricatum.

Circa hec tēpora Sācte sedis apostolice decreto/claustrales mansiones/canonicalesqz portiones ⁊ prebende huius monasterij/que antea ad abbatis nutum obtinebantur/perpetua beneficia esse ceperunt.

Sub eodem Joāne abbate ad visitationē domorum sancti Antonij in Anglia existentium per generale capitulum deputati fuerunt spectate religionis viri fratres Petrus de Arca preceptor Matisconēsis/ ⁊ Colloniensis/necnon Guillielmus Vos preceptor Barbe fosse.

Circa idem Tempus Christianissimus Francorum rex Ludouicus eius nominis vndecimus/ingente deuotionis feruore motus/voti gratia ecclesiā beati Antonij visitauit. Magna preterea munera ⁊ regalia

dona obtulit. Ipse siquidem piissimus rex sacrum istud monasterium incredibili affectu traditur fuisse prosecutus. Nam cum perspexisset monasterium ipsum solutione pensionis annue mille trecentorum florenorum auri de camera/qua abbati & conuentui Montismaioris tenebatur/vltra modum pregrauari/longo tẽpore pensionem ipsam ex proprio fisco persolui iussit/atq; mandauit. Anno insuper millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto summam mille & ducentarum librarũ Turonensiũ pia deuotione huic monasterio contulit/& donauit. Idem quoq; piissimus rex aliquando voti gratia per continuos octo dies/expressis ad hoc destinatis nuntiis/aureos centum singulis diebus ecclesie huius monasterij obtulit/nonoq; demum die/qui ob dominicam ascensionem solennis erat/vinco regalis munificentie dono mille coronatorum aureorum q̃titatem largitus fuisse memoratur. Preterea circa annum octogesimum secundum eidem monasterio reditus & prouẽtus ad summam annuam quatuor millium librarum Turonensiũ/& deinde alios ad summam mille & septuaginta quinq; librarũ legitur contulisse. Item anno proxime sequenti idem rex qualibet die Mercurij totius anni pia mente obtulit summam triginta & vnius aureorũ. Quam quidem summã proponebat singulo quoq; anno perpetuis temporibus soluẽdam fundare/eidemq; monasterio assignare. Et ne aliquid fraudis per eos quibus id negotij demandauerat committi posset in premissis/expressos quandoq; nuntios ad veritatem inquirendam/& vt sciret si pecunie huiusmodi fideliter & integraliter persoluebãtur huc trãsmisit. Extruxit quoq; rex ipse in primario iam dicti monasterij templo magnifico opere sacellum/assignata dote/qua mediante diuina mysteria ibidem perpetuo celebrarẽtur. Aliaq; innumera eidem religioni pietatis atq; charitatis subsidia subministrauit/necnon ipsam religionẽ maximo affectu toto vite sue tempore fouit. Uerum cum his donationibus patrimoniũ regni seu Delphinatus grauasse diceretur/successores illius refrigescente charitate easdem ratas habere noluerunt/qua forsan de causa infelici fato breui postea tempore sine prole decesserunt.

Illud autem Nequaq̃ pretereundum est/q̃ idem Christianissimus rex eiusdem religionis fauore/et erga diuum Antoniũ deuotione emisso voto spoponderat se eandem religionem a prestatione & solutione supramemorate pensionis abbati & conuentui Mõtismaioris debite perpetuo exoneraturum/facturumq; & curaturum vt ipsa pensio penitus extingueretur.

protectionẽ recepit Rex Lud.

Postremo ipse Ludouicus rex illustrissimus hãc religionem sub sua protectione speciali suscepit/pluribusq; priuilegiis necnon fauorabilibus prerogatiuis et gratiis decorauit/totisquoq; viribus apud sedem apostolicam regesq; Christianos institit/vt eam ipsam religionẽ in cunctis haberent perpetuo commendatam.

Circa ea quoq; Tempora potentissimus atq; nobilissimus princeps Philippus Sabaudie dux vna cũ duobus suis filiis deuotione ductus ad hoc monasterium venit/ecclesiamq; & sanctas reliquias corporis beatissimi Antonij syncero deuotionis affectu visitauit.

Nec multo post Gebennensis episcopus vir alioqui parũ deuotus/eiusdẽ Philippi Sabaudie ducis frater ad hoc monasterium applicuit/ecclesieq; beati Antonij auream ac sericeam vnam vestem donauit/& obtulit.

Uenit etiam per id tẽpus Ad hoc ipsum monasteriũ Illustris comes Commigarum multis viris nobilibus sociatus.

Hisdem quoq;

Hisdem quoqꝫ tēporibus Illustrissimus princeps Galeatius Sforcia Mediolanēsium dux suorum antecessorum vestigia imitatus/plurima donaria pretiosa ecclesie beati Antonij transmisit ⁊ obtulit/in quibus magne quedam argentee statue ingētis ponderis ⁊ precij cernebantur. Erant autem ipsius principis suorumqꝫ liberorum argentea simulachra/eiusdem qua ipsi erant crassitudinis ⁊ stature.

Illustrissima etiam domina Bona eiusdē Galeacij coniunx/pari deuotionis impulsu/quosdam aureos/et argenteos/necnon sericeos pannos magno estimatos/huc dono transmisit.

Eximia quoqꝫ Per id tempus deuotione motus illustris Ferrarie dux Hercules Estensis/aureum atqꝫ sericeum pannum artificiose figuratum/magni valoris et precij/ecclesie huius monasterij obtulit.

Per eam etiam Tempestatē felicis recordationis Sixtus pontifex maximus specialibus hanc religionem fauoribus est prosecutus. Proinde antiquis/pridemqꝫ eidem religioni concessis priuilegijs benigniter confirmatis/maximas indulgentias eiusdem religionis benefactoribus apostolica autoritate indulsit. Et insuper prouida constitutione decreuit nemini licere beneficia dicte religionis assequi vel obtinere/qui ordinem ipsum nō esset expresse professus.

Ad decus etiam huius Religionis idem pontifex declarauit generales huius ordinis preceptores/velut in ecclesiastica dignitate constitutos/suscipere posse delegationes causarum ex commissione apostolica eisdem committendarum/illisqꝫ causarum cognitiones posse delegari.

Idem quoqꝫ Sixtus pontifex decreuit nulli licere percipere aut colligere vota/legata/vel oblationes/sub nomine aut deuotione sancti Antonij/nisi abbati/conuētui/aut preceptoribus eiusdem ordinis: statuēs vota/legata/eleemosynas/⁊ oblationes/que deinceps in capellis/oratorijs/confraternitatibus erectis/vel erigendis/nomine sancti Antonij fierent/huic religioni legitime spectare/⁊ pertinere: inhibens etiam idem pontifex/sub excommunicationis late sententie pena ipso facto incurrēda/omnibus alijs/ne in predictis votis/legatis eleemosynis/⁊ oblationibus quicq͂ in preiudicium dicte religionis attentarent/seu facere presumerent. Suis preterea literis testatus est ipse pontifex falsum esse q͂ alibi reliquie corporis beatissimi Antonij exstāt/preterq͂ in dicto monasterio. Et propterea licitum non esse vt alibi sanctificatum vinum/quod vinagiū dicunt eo nomine conficiatur.

Preterea idem Sixtus Romanus pontifex confirmatis indulgentijs/olim eiusdē religionis benefactoribus/⁊ipsum monasterium visitantibus/per recolende memorie Bonifacium octauum/Urbanum quintum/Gregorium decimum/⁊ Gregorium vndecimū concessis/illas ampliauit ad eos qui huius monasterij/aliasqꝫ eiusdem ordinis ecclesias in octauis festiuitatum beati Antonij deuote visitarent: subdens suis in literis verba sequētia: ⁊ nihilominus ob honorem predicti sancti Antonij/in cuius nomine dictum monasterium fundatū esse dignoscitur/⁊ cuius corporis reliquie in eodem/fama vbiqꝫ referente/requiescunt/volentes ipsum monasterium fauore amplioris gratie prosequi/autoritate apostolica ⁊ motu proprio predictis omnibus ⁊ singulis benefacto-

ribus/ꝛ visitantibus/ac etiam confratribus confraternitatis predicti sancti Antonij Viennensis/vere confessis/ꝛ penitentibus/quinq; annos/ꝛ totidem quadragenas pro qualibet die supradictarum festiuitatum de vera indulgētia concedimus/ꝛ misericorditer in domino relaxamus. Ut etiam omnes ꝛ singule persone supradicte maiori cum deuotione predictas indulgentias consequi mereantur/volumus ꝛ de speciali eis gratia concedimus/ꝙ rector parochialis eorum et cuiuslibet ipsorū/aut aliquis predicti ordinis sancti Antonij/confessionibus suis diligēter auditis/bis duntaxat in anno/per eas ꝛ earum quamlibet ab omnibus ꝛ singulis excōmunicationis/suspensionis/ꝛ interdicti/ac alijs ecclesiasticis sententijs/censuris/ꝛ penis/necnon ab omnibus eorum peccatis/cōmunibus/ꝛ excessibus/de quibus corde contriti ꝛ ore confessi fuerunt/preterꝙ sedi apostolice reseruatis casibus/absoluere/ꝛ penitentiam salutarem iniungere/ac vota quecunq; ipsarum/vltramarinis alme vrbis/ꝛ sancti Jacobi in Compostella/ac religionis/ꝛ castitatis duntaxat exceptis/in alia pietatis opera libere ꝛ licite commutare possint ꝛ valeant.

Ad instar quoq; Aliorum plurimorum Romanorum pontificū suorum predecessorū ipse Sixtus declarauit ꝙ in quibuscunq; reuocationibus/aut suspensionibus/vel derogationibus priuilegiorum per sedem apostolicam faciendis/non censeatur in aliquo preiudicatū gratijs ꝛ prerogatiuis huic religioni concessis. Quamquidem declarationem/non solum eius successores confirmarunt ꝛ approbarunt/verum etiam amplioribus ꝛ vrgentioribus modis roborarunt.

Hoc etiam tēpore Huic religioni applicatum extitit monasterium sancti Joannis ordinis sancti Augustini prope ꝛ extra muros Compendij.

Anno Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto/Joannes abbas predictus/necnon huius religionis patres generalis capituli definitores/cupientes eiusdē religionis statum salutaribus constitutionibus reformare/matura deliberatione prehabita/autoritateq; per sedem apostolicam eisdem super hoc attributa/decreuerunt ad sanctam ipsam reformationem eodem anno fore procedendum/ad hocq; tam laudabile opus expediendum nonnullos ex qualibet natione doctrina ꝛ vite integritate cōmendabiles viros elegerunt/ac deputarūt. Deinde venerandi illi viri ꝛ patres/vt premittitur/electi/deputatiq; magno cum labore omnia antiqua statuta eiusdem religionis perlustrantes/atq; recensentes/nouas constitutiones super toto eiusdem religionis statu ediderūt. Quas postmodum in generali capitulo omnibus approbantibus promulgarunt: hisq; ipsis statutis ꝛ cōstitutionibus Antoniana religio ad hanc vsq; diem laudabiliter regitur ꝛ gubernatur.

Ipso quoq; tempore Illustris princeps marchio Mōtisferrati in ciuitate Casalensi ad honorem beatissimi Antonij pio proposito cepit ecclesiam extruere/que exinde eiusdem principis fauore in preceptoriam erecta est.

Supramemoratus Joannes abbas cum consensu generalis capituli statuit vt mulieres sacro igne mutilate/in hospitali eiusdem monasterij cōstitute/deferrent caputium in capite. Nam antea velum album lineum deferre consueuerant.

Hic idem Joannes abbas aliquot per annos cessauit a solutione pēsionis abbati ꝛ conuentui Montismaioris solui consuete/qua de causa maxime lites postea fuerunt exorte.

Per hec

Per hec Tempora magne sanctimonie vir frater Joannes Burgensis verbi dei famosissimus declamator/ad hoc monasterium venisse traditur/vbi magno populorum concursu / ingentiqꝫ omnium attentione con-cionatus est.

Venit etiam Per id tempus ad hoc monasterium singulari deuo-tione motus reuerendissimus pater Julianus de Ruuere, tituli sancti Petri ad vincula sancte Romane ecclesie cardinalis/sedisqꝫ apostolice de latere legatus / qui etiam anno ipso resoluto iteruꝫ est reuersus/obtulitqꝫ sacerdotale pallium(quam capam vocant)aureis glandulis contextam. Hic idem reuerendissimus pater diuina demum prouidentia ad summi apostolatus fastigiū sublimatus est/⁊ Julius secundus nuncupatus.

Post commendabilem Autem dignitatis abbatialis et totius religionis huius guber-nationem predictus Joannes Abbas apud Loyuias viam vniuerse carnis est ingressus/anno Christi incarnati millesimo quadringentesimo octogesimo secundo/ die quinta decima mensis Octobris:cuius corpus ad Marnancianam ecclesiam honorifice delatum est/ibidemqꝫ inhumatum. Hanc autem Joannes ipse posteris de se felicem memoriam/famamqꝫ/⁊ opinionem reliquit/vt ad presens vsqꝫ bonus abbas ab omnibus appelletur.

Externe res

¶ Caput.xxviij.

Romane sedis pontificatum per eam tempestatem Paulus secundus/⁊ Sixtus quartus tenue-runt. Imperiū vero Federicus tertius moderatus est. Turce ea tempestate in Apuliam transfretantes Hydruntem ceperunt/que res maximum Italie terrorē incussit. Nisi Mahumetes eorun-dem Turcarum principes cito de medio sublatus esset/non modo de Apulia/sed etiam de tota Italia actum penitus videbatur.

De Antonio
ex Brione

¶ Caput.xxix.

Antonius ex Brione generalis Flandrie preceptor / mortuo Joanne abbate/communi fratrum electione/regioqꝫ consensu/atqꝫ totius ordinis voto et applausu in abbatem huius monasterij/vniuerseqꝫ religionis pastorem as-sumptus est.

Hic ipse Antonius suo tempore magne apud omnes autoritatis ⁊ gratie fertur extitisse. Erat enim generis nobilitate/morumqꝫ prestātia

spectatissimus/atqꝫ insuper bonorum omnium copia refertissimus/tum etiam in agendis quibusqꝫ summopere strenuus/atqꝫ in excipiendis hospitibus magnificus/pariterqꝫ in re familiari ordinanda/rebusqꝫ omnibus administrandis prudētissimus/atqꝫ vigilantissimus habebatur. Preterea apud Romanum pontificem/vniuersamqꝫ Romanam curiam/necnon/⁊ apud Christianos quosqꝫ principes plurimum gratia valebat. Obtinebat autem in commendam vna cum abbatiali dignitate preceptorias Flandrie/Parrhisiorum/Leodiensis/Norgiarum/Cabillonis. et Carrocti.

Ipso autem abbate promoto generalis capitali decreto/solennes nuncij ad illustrissimum regem Anglie destinati fuere/ea maxime de causa/vt in Anglie partibus religionis obedientia conseruaretur/que propter vigentium bellorum acerbitatem interturbata videbatur.

Ea tempestate cum diui Antonij templū humili tecto/minimeqꝫ conspicuo/vulgaribus tegulis coopertum esset/abbas predictus/ceteriqꝫ huius monasterij et religionis patres/maximo omnium consensu/templum ipsum censuerunt magnificentiori tecto vermiculato scilicet/seu vario ac versicolori opere fore contegendum. Itaqꝫ singulari circa hoc adhibita diligentia/solicitudineqꝫ non mediocri/idipsū opus breui tempore feliciter extitit absolutū. Deinde memorati patres aggressi sunt templum ipsum/maioremqꝫ ecclesiam marmoreis tabulis/seu viuo silice sternere/atqꝫ pauimentare. Insuper cū vie publice claustri atqꝫ monasterij prius cenose/lutoqꝫ impedite essent/per id tempus teretibus saxis strate muniteqꝫ fuerunt.

Eiusdem Antonij abbatis opus est domus de Ballano/quam a fundamentis (priusqꝫ ipse ad abbatiam promoueretur) extruxit: vetusta turri excepta/ que antiquorum eiusdem loci possessorū propugnaculum fuit.

Iisdem temporibus Innocentius eius nominis octauus sancte Romane ecclesie sedem obtinēs/hanc ipsam religionē magno affectu prosequutus est. Nam anno sui pontificatus secundo gratias prerogatiuas et indulgentias per suos predecessores eidem religioni pridem indultas/propensissimo animo et fauore confirmauit: ac insuper concessam per Sixtum quartum facultatē rectori parochialis ecclesie canonico dicti monasterij absoluendi/et vota commutandi extendit/ ampliauitqꝫ ad quencunqꝫ sacerdotem idoneum secularem/quem persona absoluenda duxerit eligendum. Et q̄ pro consequutione indulgentiarum visitantibus concessarum non aliter specifice/te fuerunt ecclesie/idem Innocentius declarauit hoc ipsum procedere tam in ecclesia principali dicti monasterij/q̄ etiam in ecclesijs prioratuū/preceptoriarūqꝫ/⁊ membrorum dicte religionis.

Per hec eadem tempora inter Eustachium archiepiscopū Arelatensem commendatarium monasterij Montismaioris/necnon eiusdem monasterij cōuentum/et predictum Antonium huius cenobij abbatem/ob non solutam annuā pensionem per eosdem commendatarium et conuentum Montismaioris sibi deberi pretensam / grauis controuersia exorta est. Fuerat siquidem Ioannis Iogueti quondā abbatis temporibus aliquādiu a solutione cessatū/ postmodum vero Ludouicus duodecimus Francorum rex/singulari erga religionem hanc zelo

ductus

ductus / pensionem ipsam per multos annos ex propria pecunia soluerat. Quo mortuo / cum a solutione cessaretur / Montismaioris monachi primo coram vicegerente curie camere apostolice apud Auenionem iam dictum Antonium abbatem ad iudicium euocari fecerūt. Deinde causa ipsa per appellationem ad apostolicam sedem deuoluta / maximo partis vtriusq; dispendio ibidem diutius extitit ventilata. Tandem vero Innocentius papa iustis rationibus motus causam & causas huiusmodi aduocauit / & lites super hoc pendentes extinxit / decreuitq; predictum Antonium pro incursis de tempore Joannis abbatis pensionibus / & q̄titatibus / seu terminis nō teneri vltra valorē bonorū per eundē Joannem dimissorū seu spolij eiusdem: pro ijs vero que postea successerunt / mediante solutione medie partis summe petite de apostolice potestatis plenitudine dictum Antonium absoluit / et liberauit / ipsamq; annuam pensionem ad medietatem / idest ex quingentis ad septingentos quinquaginta florenos auri de camera eadem autoritate reduxit. A qua quidem reductione dictus archiepiscopus et conuentuales monasterij Montismaioris se grauatos asserentes / a papa male (vt dicebant) informato ad ipsum melius informandum appellarunt. Uerum idem Innocentius pontifex dictos archiepiscopum et conuentum super illa appellatione audiendos non fore declarauit / eisdemq; perpetuum silentium imposuit / decernens si forte contingeret de nouo appellari / ipsas appellationes tanq̄ friuolas reijciendas. Postmodum vero monasterio ipso sancti Petri Montismaioris per liberam cessionem ab ipso archiepiscopo factam apud sedem apostolicam vacante / predictus felicis recordationis Innocentius pro bono pacis / ac alijs rationabilibus de causis / dictū monasterium Montismaioris / suppressa in eo dignitate abbatiali / voluit et decreuit extunc fore preceptoriam generalem huius religionis / sicq; ipsum monasterium cum membris et dependentijs illius ad hunc ordinem hācq; religionem transtulit / seu transferri voluit / mandauitq; et decreuit prout in eiusdem Innocentij literis plenius continetur.

Eodem tempore illustris princeps Carolus Brixie dominus / qui postea Sabaudie ducatum adeptus est / iteratis vicibus hoc sacrum monasterium voti gratia visitauit.

Nec solos Christicolas illustrebrtissimi Antonij nomē / huiusq; sacri cenobij claritas / verum et ipsos quoq; Mahumetanos infidelesq; principes ad istuc proficiscendum permouit / alexitq;. His siquidem temporibus Zizimus Turcarum imperatoris frater germanus / qui tunc in Gallia captiuus degebat / summopere hunc ipsum locum / dictiq; beatissimi Antonij templum affectans inuiscere / pluribus Rhodianis militibus comitatus huc accessit. Qui cum templum fuisset ingressus / obuium illi factum reuerendū patrem Antonium abbatem suo more veneratus est / tacto scilicet religioso illius habitu / & ea qua tetigerat manu subinde exosculata. Ostensum autem illi est feretrum sancti corporis diui Antonij / & preterea brachium sanctum multo auro preciosisq; gemmis ornatum. Que omnia diligenter oculis perlustrauit / nulla tamen adorationis signa demonstrasse / sed solum quandam admirationis speciem visus est pre se tulisse.

Hisdem temporibus Doctrina & moribus clarissimus hoc in ordine fuit frater Guillielmus

Guillionis decretorum doctor preceptorq Lemonicensis/seu Boteriaruz/qui elegantissimo opere sacellum ad honorem beate Marie virginis iuxta turrim campanariam maioris templi extruxit/atq fundauit/anno scilicet millesimo octogesimo quarto. Et inde nō dissimili opere aliud in ecclesia beate Marie/insup et extra muros oppidi cum hospitali domo ad receptionem peste concitatorum: aliud quoq in ecclesia beati Andree apud Grationopoliz. Preterea in claustro huius monasterij elegantem domum/aliaqz egregia opera idem Guillielmus fecisse legitur. Quapropter eius memoria maxime celebris habita est et habetur.

Tunc etiam temporis Florebat Antoni' de Rupemora/ prior claustralis huius monasterij/ literarum scientia/morum grauitate/viteqz integritate nemini eorum qui in hoc ordine fuerunt secundus.

Florebant quoq Per eos dies hoc in ordine Joannes Uacharellus decretorum doctor/huius monasterij operarius/atqz etiam Odobertus Gauteretus/preceptor Tholosanus/in ea decretorum sanctione prestantissimus. Preterea non contemnende virtutis atq scientie fuit Petrus Faber/et ipse decretorum doctor/preceptor Albe terre.

Predictus bone Memorie reuerendus pater Antonius/post laudabilem in hac abbatiali dignitate conuersationem/apud Bullanum non procul ab hoc monasterio ex hac vita migrauit/vicesima septima die mensis Junij/nostre redemptionis anno millesimo quadringentesimo nonagesimo. Illiusqz corpus ad hoc ipsum monasterium delatum/in sacello quatuor ecclesie doctoribus sacro religiose conquiescit.

Externe res

Caput.xxx.

EO temporuz curriculo Sixtus quartus Romanum pontificem gessit/ad annum scilicet millesimum quadringentesimum octogesimum quartum/cui suffectus est Innocentius octauus/Federico tertio imperante/seu imperiū administrante.

De Antonio
Rupemorano sacri
huius monaste-
rij abbate.

Caput.xxxj.

ANtoni' ex Rupemora post pre-dictū Antoniū Brionensem ex priore claustrali huius monasterij ad abbatialē dignitatē canonica electione promotus fuit/vir certe

dignitate

dignitate facundia/necnon vite ꝛ morum integritate prestantissimus. Eius autem electio partim via scrutinij/partimq; compromissi fuit celebrata. Quequidem eligendi forma ad submouendas controuersias omnium videtur esse accommodatissima. Habuit tamen ab initio ipse Antonius aduersarium Petrum de Area Flādrie preceptorem/sed tanta fuit vtriusq; modestia/religiosaq; honestas/vt cum a Carolo rege Christianissimo componende inter eos pacis certi fuissent arbitri constituti/his minime expectatis/ipsi inter se laudabili exemplo honestissimā inierint cōcordiā: que res Carolo regi gratissima fuit. Hic ipse Antonius abbas tante prudentie/modestieq;/ꝛ affabilitatis fuisse/tantisq; virtutibus excelluisse memoratur/ vt nullo vnq̄ in loco sine summa laude/sineq; egregia virtutis commendatione fuerit diuersatus. Functus autem est ad sanctissimum Christi vicarium pro Christianissimo Francorum rege legationis munere/in quo exequendo non mediocrem tulit honorem.

Per id tēpus monachi monasterij sancti Petri Montismaioris Arelatensis diocesis/accepto atq; intellecto ꝙ Romanus pontifex Innocentius ipsum Montismaioris monasteriū (suppressa in eo dignitate abbatiali) ad ordinem ꝛ religionem sancti Antonij cēsuerat atq; decreuerat transferendum/ꝗq; archiepiscopus Arelatensis iuri suo cesserat/ex quo solita pensio eisdem subtrahebatur/vehementer commoti/animoq; perturbati/in odium (vt fertur) dicte suppressionis ac translationis/necnon etiam subtracte pensionis/ quam sibi ex Bonifaciana constitutione debitam esse pretendebant/vbiq; palam disseminare ceperunt corpus beati Antonij apud se in eorum cenobio/non autem in ecclesia huius monasterij sancti Antonij Viennensis existere/olim monachi/qui in loco sancti Antonij morabantur/tunc cum ab eodem loco recesserant/sanctum ipsum corpus clandestine subtractum secum exportarant. Itaq; certa cum Arelatensibus inita concordia/maximaq; adhibita celebritate/ꝛ solenni pompa/humani cuiusdam corporis ossa ꝛ reliquias sub beati Antonij nomine atq; appellatione a dicto monasterio sancti Petri Montismaioris ad Arelatensem ciuitatem propria autoritate transtulerunt/ꝛ in saccello seu parochiali ecclesia beati Juliani martyris collocarunt. Hoc autem ipsum corpus nonnulli cuiusdam viri sancti fuisse affirmant/qui in eodem monasterio dudum fuerat inhumatus. Quod quia mihi certa fide nequaq̄ constat/idcirco rei huius certitudinem summi dei iudicio censeo fore relinquendam. Aggressi etiam sunt predicti Montismaioris monachi per dioceses ꝛ parochias/ad vota ꝛ charitatiua subsidia sub nomine sancti Antonij colligenda/quod nunq̄ auditum antea fuerat/nuntios destinare.

Accepta igitur translatione atq; diuulgatione per Montismaioris monachos atq; Arelatenses facta/abbas et conuentus huius monasterij sancti Antonij ad omnem dubietatis scrupulum auferendum/habita super hoc sedis apostolice autoritate/loculū seu feretrum sancti corporis sub publico cōspectu aperiendū atq; reserandū censuerūt. Itaq; anno Christiane salutis millesimo quadringētesimo nonagesimo primo/facta prius publica intimatione per ciuitates ꝛ oppida vicinarū prouinciarū/conuenientibus vndiq; prelatorū/procerūq;/ꝛ magnatū/necnō cleri ꝛ populi numerosissima fermeq; incredibili multitudine sub publico cōspectu visitata fuit exterior capsa argētis laminis contecta/ac deinde etiā altera interior ex cypresso plano opere fabricata. In qua ipso-

rum etiam monachorum scripturis docentibus/constabat beatissimi corpus olim fuisse reconditum. Qua fabrilibus artibus reserata/in eadem repertum est ipsum corpus sanctissimum/magno vetustatis argumento/aliisqz apertissimis indicijs cōprobatum. Idqz vna cum detrito quodam vestimēto/cuius antique meminerant scripture/et quod Pauli primi eremite fuisse ferebatur. Facta autem hec est visitatio ministerio reuerēdi patris domini Joānis Uiuariensis episcopi/necnon Joannis abbatis monasterij Leoncelli/ac etiam Humberti sancte Uiennensis ecclesie vicarij/assistētibus ibidem ꝗplurimis viris illustribus z magnificis/qui propius rem ipsam intuebantur.

Fuit z alia Eodem anno solēnis dicti sancti corporis facta visitatio per sancte sedis apostolice nuntios z oratores/Leonellum scilicet episcopum Concordiēsem/z Antonium Flores dicte sancte sedis protonotariū. Sed anteꝗ ad ipsam procederetur/ad tollendam quorumcunqz sinistram opinionem/dictus Antonius abbas predicti monasterij tale sacramētum publice legitur prestitisse. Ego Antonius abbas immeritus huius sacrosancti monasterij sancti Antonij Uiennensis/tam in animā propriam ꝗ animas fratrum meorum conuentualium/ac aliarum personarum nostri ordinis/iuro per sanctam passionem et resurrectionem domini nostri Jesu Christi/et per signum sancte crucis/et per merita sanctorum dei/z per sanctum Antonium patrem nostrum/z per omnes sanctas reliquias que in presenti ecclesia requiescunt/ista est capsa in qua reconditum fuit et requiescit corpus almi confessoris beati Antonij patris nostri/portatū ab antiquo ex partibus vltramarinis/absqz eo ꝙ ex ipsa capsa aut sancto corpore ablatum/subtractum/aut suppositum aliquid fuerit/excepto brachio dicti sancti corporis/quod a centum fere annis citra fuit a dicto sancto corpore separatum/z in auro reconditum in certa capella nostre ecclesie.

Affuerunt huic Uisitationi reuerendi patres Joannes episcopus Lombariensis/abbasqz monasterij sancti Dionysij Parrisiēsis diocesis/z Guido de Blanchefort magnus prior Aruernie ordinis sancti Joannis Hierosolymitani Christianissimi Francorum regis oratores/pluresqz alij magnates insignesqz viri.

De his autem Uisitationibus ad veritatis contestationem/futuramqz rei memoriam/scripture publice confecte fuerunt/quibus etiam expressum est in ipsa interiore capsa vna cum sancti corporis reliquijs fuisse in quodam ferreo vasculo oblongo repertam schedulam antiquissimam/in qua literis maximam prefe ferentibus vetustatem scriptum legebatur: hoc est corpus z reliquie beati Antonij confessoris ex Egypto. Amen. Amen.

Eodem anno Arthusius de Ponte ferrato medicus/coram officiali Lugdunensi/prestito ad sacro sancta euangelia sacramento sub periculo dānationis eterne/confessus fuit z recognouit ad malignorum quorūdam suggestionem/certaqz pecunie ꝗtitate sibi promissa/minis etiam z terroribus interueniētibus/se apud Auenionē deposuisse/falsoqz z contra rei veritatem nonnulla asseruisse super reliquijs sancti corporis in hoc monasterio existentibus: quamobrem penitētia ductus/ea que male dixerat reuocauit/insuperqz magna cum humilitate falsitatis commisse veniam postulauit.

Cum autem Arelatenses Obstinatissime se habere dictum sanctum corpus assererent/et vbiqz gentium publicarent/eius rei gratia ne Christi fideles falsis opinionibus deciperentur / predictus Innocentius Romanus pontifex / discussa plenius veritate/

plenius veritate/motu proprio/⁊ ex certa ſcientia/autoritateqꝫ apoſtolica declarauit verum corpus eiuſdem ſancti Antonij ſemper ab eo tēpore quo ex ciuitate Conſtantinopolitana ad partes Galliarum tranſlatum extitit/in hoc ipſo monaſterio ſancti Antonij Viennēſis diocefis/antea prioratu Mote nūcupato/⁊ nō alibi/fuiſſe/et eſſe/ſicqꝫ ab omnibus Chriſti fidelibꝰ firmiter ac veraciter teneri/⁊ credi debere/ prout in eiuſdem Innocentij literis plenius cōtinetur/Datis Rome apud ſanctū Petrum/anno incarnationis dominice milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo.iiij.Idus Martij. Per alias quoqꝫ ſuas literas idem Innocentius etiam proprio motu/⁊ ex certa ſcientia monuit omnes Arelatēſes/tam clerum ꝙ populū/ ſub magnis ⁊ formidabilibus cenſuris/vt quilibet eorūdem ceſſaret ⁊ deſiſteret ab aſſertione ꝙ reliquie eiuſdem ſancti Antonij in eccleſia ſancti Iuliani Arelatenſis/non autem in monaſterio ſancti Antonij exiſterēt/quod ⁊ poſtmodum expreſſius Alexander eiuſdem Innocentij in apoſtolice ſedis regimine ſucceſſor etiā motu proprio/ac de apoſtolice ſedis plenitudine poteſtatis/pontificatus ſui anno primo approbauit:atqꝫ id idem ſecundo poſtea conſiſtorialiter/⁊ de fratrum ſuorū ſancte Romane eccleſie Cardinalium conſilio ſanxit/decreuit/atqꝫ innouauit. Et in ſuper ſeneſchalo patrie Prouincie/ac conſilio regio in ciuitate Aquenſi reſidēti/conuentuiqꝫ predicti monaſterij Montiſmaioris/necnon ⁊ conſulibus atqꝫ communitati ciuitatis Arelatenſis ſuper hoc apoſtolica ſcripta cum graui cenſurarum eccleſiaſticarum interminatione direxit.

Quāuis autē Ad omnem dubietatis ſcrupulum excludēdum ſancte ſedis apoſtolice decretū/iteratiſqꝫ vicibus facta ſuper hoc declaratio vnicuiqꝫ viro catholico ſufficere debeat/in huius tamen operis calce apertiſſima huiuſce rei argumenta/indubitataſqꝫ rationes afferemus.

Preterea ipſe Idem Innocentius Papa octauus/qui pridem ad extinguendas dictorum monaſteriorū controuerſias/ ob alias quoqꝫ per eum expreſſas rationabiles cauſas/nomen/⁊ titulum/abbatialemqꝫ dignitatē monaſterij Montiſmaioris/ac etiam in eodem monaſterio ⁊ membris ab eodem dependentibus ordinem ſancti Benedicti/ſub quo militabant/de apoſtolice poteſtatis plenitudine ſuppreſſerat/et extinxerat/ipſumqꝫ monaſterium Mōtiſmaioris huic religioni ſancti Antonij velut vnam generalem preceptoriam applicauerat/poſtmodū certis reſpectibus predicto monaſterio Mōtiſmaioris priſtinam abbatialem dignitatem reſtituit:volens ⁊ decernens vt monaſterium ipſum Montiſmaioris perpetuo huic monaſterio ſancti Antonij eſſet annexum/prout et illud vniuit/annexuit/⁊ incorporauit:ſtatuens ꝙ eiuſdem monaſterij Montiſmaioris monachi ad habitum ⁊ ordinem religionēqꝫ ſancti Antonij ſeſe transferrent/ quemadmodum ex ipſius Innocentij literis apertius dignoſcitur. Ipſam autem vnionem poſtmodum Alexander Papa ſextus cōfirmauit/⁊ approbauit. Unde eo mediante titulo abbates/qui pro tēpore fuerunt huius monaſterij ſancti Antonij/ amborum ipſorum monaſteriorū titulum ad noſtra vſqꝫ tempora geſſiſſe viſi ſunt. Sed tandē certa inita cum monachis dicti monaſterij Montiſmaioris concordia/ nonnullis medijs vnio predicta extitit diſſoluta.

Ipſe pariter Innocentius pontifex ſupramemoratus multa huic ordini priuilegia contulit ⁊ indulſit/a ſuiſqꝫ predeceſſoribus pridem conceſſa confirmauit/atqꝫ etiam in multis ea ipſa gratioſe ampliauit.

Iis temporibus ad hoc monaſteriū fratres quidā ex Ethiopia veniſſe tradūtur/aſſerentes ſe ſub vocabulo ſancti Antonij

esse institutos/ et ad visendum venerandumque sanctum corpus eiusdem almi patroni/atque etiam ut religionis huius mores et instituta perspicerent/conspectaque ad suos referrent/sese ad has ipsas partes contulisse.

Circa id etiam Tempus ad hoc ipsum monasteriū applicuerūt eremitice vite professores quidam/magneque austeritatis viri sex/cilicio duntaxat et rudi canabea veste amicti. Ex quibus unus/qui provectioris erat etatis/cum attentius oraret in abscondito/divina frui consolatione dicebatur. Audiebatur namque vox cum eodem loquentis/sed a nemine videri poterat. Alii vero quinque iuniores ex nobilissimis Hispaniarum proceribus originem traxisse ferebantur.

Hisdem temporibus In hoc ordine clari habiti sunt Ioānes de Montecanuto Vivariēsis episcopus/huius monasterij cellerarius: itē Alamandus episcopus Caturcensis/Petrus etiam Areanus prior claustralis eiusdem monasterij/perceptorque Flandrie/Guilhelmus quoque Guillionus vir eminentis scientie/sanctimonieque singularis/et alii non pauci.

Obijt autem Ipse Antonius huiusce monasterij abbas/vir omni dignus preconio/apud Turones/vicesima prima mēsis Octobris die/Christiane salutis anno millesimo quadringētesimo nonagesimo tertio. Cuius corpus apud Focalderiam elatum in ede/que ibidem divo Antonio sacra est/terre fuit honorifice commendatum.

Externe res.

¶Caput.xxxvi.

Pontificatū Romane sedis tenuit Innocentius eius nominis octavus/et deinde Alexāder sextus. Imperium vero administravit Fredericus Austrius/maximiliano eius filio in Romanorum regem creato/anno scilicet millesimo quadringētesimo octogesimo sexto. Regnum Granate hac tempestate/videlicet anno nonagesimo secundo/ab infidelium manibus vi atque armis Hispanicis ereptum fuit/strennueque vendicatū. Subinde sequenti anno Fredericus imperator vita excessit/quo nullus a Cesare Augusto Romani imperij sceptra diutius tenuit. Nam quinquaginta tribus annis et mensibus quinque imperavit/de quo fertur quod nunquam iurare visus sit/preterquam in actu sue coronationis.

De Petro Areano/seu de Area.

¶Caput.xxxvij.

Petr⁹ de Area ex priore claustrali post mortem Antonij de Rupemora huius monasterij/totiusq₃ religionis gubernacula suscepit. Qui cum pro suavirtute summã de se expectationem prebuisset/tandem eodem quo dicti monasterij possessionẽ adeptus fuerat anno/qui fuit millesimus quadringentesimus nonagesimus quintus/secunda mensis Januarij die/immatura morte de medio sublatus est. Cuius corpus ex Balani domo/i qua obierat/ad hoc monasterium delatum est/et in quatuor doctorum sacello sepultum.

Circa hec Tempora erga diuũ Antonium deuotissimus princeps Ludouicus Sfortia Estensis: qui tũc ducat⁹ Mediolani gubernacula gerebat/suorum predecessorum vestigia imitatus/argenteam vnam crucem auro decoratam/magnificentissimoq₃ ac sumptuosissimo opere elaboratam/ecclesie huius monasterij dono transmisit/piaq₃ voluntate obtulit: que licet magni sit ponderis ⁊ precij/attamen materiam operis elegantia exuperat. Transmisit preterea idem Ludouicus argenteum pueri seu infantis simulachrum/quod pro alterius ex filijs suis incolumitate se beato Antonio deuouerat oblaturum.

Eo etiã tẽpore ãno videlicet nonagesimo quarto post quadringentesimũ atq₃ millesimum/illustrissima domina anna Francorum regina pio affectu hoc sacrum visitauit monasterium/beatissimiq₃ Antonij reliquias deuotissime venerata est: insuper preciosa munera ecclesie obtulit. Cuius simulachrũ ornatu regio ad latus maioris altaris ad hãc vsq₃ diem cernitur. Affuerunt tunc et magnates illustresq₃ viri complures/qui reginam ipsam comitabantur.

Externe res

Caput.xxiiij.

Sedem Pontificiam tenuit Alexander sextus: Maximilianus vero Austrius imperium rexit. Carolus octauus Francorum rex Neapolitanam expeditionem suscepit.

De abbate Theodoro: rebusq₃ sub eodem gestis.

Caput.xxv.

Theodorus decimus octau⁹ huius inclyti cenobij/necnon totius ordinis et religionis eiusdem pastor/via inspirationis/nemine contradicente/electus est. Hic ex magnifica sancti Chamondi domo et familia duxit originem: qui tamen ante abbatialem dignitatem adeptã de sancto Proiecto se

nuncupari volebat. Magni profecto animi vir/ et ad omnia erectissimi. Nihil enim tam arduum/tamq3 difficile/quin ille optima spe et fiducia/feliciq3 (vt plurimum) successu aggrederetur. Erat is sane naturali quadam sensus dexteritate/expeditissimaq3 iudicij rectitudine preditus/vt pote qui mores hominum multorum nouerat et artes/et ad voluendas inclinandasq3 quo voluisset hominum voluntates/flectendosq3 illorum affectus sermonis sui industria atq3 diserta deductione accommodatissimus. Liberalitate autem/et in excipiendis claris hospitibus magnificentia tanta vsus est/vt nihil addi posse crediderim.

Hic suo tempore Leoni decimo et Clementi septimo Romanis pontificibus/pluribusq3 sancte Romane ecclesie cardinalibus gratissimus fuit. Preterea constat illum Carolo inuictissimo imperatori eius nominis quinto/necnon et Francisco Christianissimo Francorum regi acceptissimum extitisse/insuper et apud plerosq3 alios Christianos principes magno in pretio habitum fuisse nemo ignorat. Sed omnium maxime apud illustrissimum atq3 clarissimum Lotharingie et Barri ducem Antonium gratia et autoritate valuit.

Per id tempus Anno scilicet millesimo quingentesimo / Methone vrbe a Turcis post longam obsidionem capta/memorandum hoc accidit miraculum. Cum siquidem impia gens sacra omnia dicte vrbis loca immaniter fedasset/et ex parietibus templorum summo studio Christi et sanctorum imagines eradere conaretur/forte ad depictam in muro beatissimi Antonij imaginem ventum est/quam ijdem fidei hostes magnis in eam vibratis malleorum ictibus auferre atq3 delere satagebant. Uerum incrustationis/et ipsius parietis fragmenta faciem/oculosq3 eorūdem appetebant/acriterq3 in eosdē reflectebantur. Quamobrem omnibus ad tantum spectaculum concurrentibus/cum iterum atq3 iterum id opus a multis esset tētatum/nihil proficiente impiorum pertinacia/coacti sunt ab incepto desistere / diuineq3 alicuius virtutis presentiā ibidem adesse fateri.

Circa eadem quoq3 tempora In agro Placentino/ loco qui sanctus Dionysius dicitur/miles quidam Uasco / ob temerarias illatas manus rebus quibusdam diuo Antonio dicatis / statim sacro igne correptus/toto ferme Gallico exercitu spectante/miserabiliter exustus est. Innumera certe olim huiusmodi spectata sunt exempla/que quia iustum per se volumen exigerent/lubens pretereo. Hec autem ipsa/quia vniuerso pene orbi per id tempus vulgatissima fuerūt/his commentariolis censui referenda.

Predictus Theodorus abbas Statim post suā promotionem ad nanciscendam abbatie monasterijq3 sancti Petri Montismaioris possessionem/ virtute vnionis pridem (vt superius enarratum est)per sedem apostolicam facte/ animum adiecit. Nam monachi eiusdem monasterij/Arelatensesq3/necnon et totius prouincie illius incole/magnis viribus obsistebant atq3 repugnabant/idēq3 ipsi monachi cōtra apostolicas inhibitiones Rodulphum Bonifacianum ex Fortaricie familia ortum sibi delegerant/prefecerantq3 in abbatem. Quapropter ad ipsam possessionem assequendam regia manu opus esse videbatur. Itaq3 apud primarium regni consilium magna contentione super hoc aliq̄diu fuit litigatum/ indeq3 eiusdem consilij decreto prouisum/vt apostolica mandata exequerentur. Ceterum quia obstinatissimis animis prouinciales omnes huic rei aduersabantur/

preterea exequutorū vel incuria vel corruptela negotiū ipsum in longū ptrahebat/ eo factū est/vt insignib⁹ quibusdā viris negotiū pmouentib⁹/ptes ipse apud Valētinas ciuitatem de pace tractarure conuenirent. Ubi frequentissimo conuentu habito/controuersiisq; omnibus hincinde magno cum apparatu discussis/ tandem pax his firmata est conditionibus/vt pensio mille trecētarum librarum Turonensium olim p felicis recordationis Bonifacium octauum super fructib⁹ huius monasterii sancti Antonii apostolica autoritate imposita/deinceps perpetuo remaneret extincta. Eoq; ipso mediante predicti monasterii sancti Petri Montismaioris huic monasterio sancti Antonii nuper facta vnio atq; applicatio cassaretur/ prioratusq; Capzliarii/qui virtute dicte vnionis ad hunc ordinē sancti Antonii translatus fuerat/relaxaretur: insuperq; etiam prioratus de Montiliis ad commodiorē sustentationem monachorum et conuentus Montismaioris eidem annecteretur. Postremo et illud cautum est/ne vllo vnq̄ tempore predicti Montismaioris monachi sub nomine sancti Antonii charitatiua per dioceses subsidia quererēt/ siue colligerent. Et hic tot litium dispendiosarumq; controuersiarum / annorum ferme centum spatio inter partes predictas ventilatarum/exitus et finis fuit/anno millesimo quingentesimo secundo dominice natiuitatis/partium conuentione firmatus atq; conclusus. De controuersia autem reliquiarum sancti corporis nihil actum est/quandoquidē sancte sedis apostolice iudicium et declaratio pridem super hoc intercesserat: cuiusquidem sedis est/non priuatarum partium de hisce rebus cognoscere / decernereq;/ vel sententiam proferre. Preterea reliquie corporis pridem a monasterio Montismaioris Arelaten translate/ non in monachorum potestate/sed in arctissima aliquot secularium custodia consistebant: qui inita conuentione nonnullam sibi oblationum portionem vendicabant.

Cum autē prioratus predictus de Mōtiliis per Benedictum vndecimum Romanum pōtificem olim conuentui huius monasterii, communiq; mense eiusdem conuentus in compensatione dominii et iurisdictionis loci ac oppidi Valreaci fuisset concessus et applicatus/ne per translationem ipsius prioratus faciendam mensa conuentualis huius monasterii nimium dispendii pateretur/apostolica autoritate loco dicti prioratus eidem mense applicata fuit domus seu preceptoria sancti Antonii Matisconensis/quam prius ipse Theodorus abbas commendatam obtinebat.

Eiusdem quoq; Theodori temporibus dicte conuentuali mense perpetuo vnitus extitit prioratus sancti Saluatoris loci Veneti Vapincensis diocesis / per liberam cessionem ab eodem Theodoro factam.

Fuit etiam subinde predicte cōuentuali mense annexa perpetuoq; vnita domus seu preceptoria Cabilionensis per liberam fratris Guilhelmi Bastonarii Morgiarum preceptoris resignationem vacans.

Theodorus abbas predictus ab initio nobilitati patrie Delphinatus/ob res quasdam/parum admodum gratus fuit. Quamobrem cum aliquando apud Grationopolim de more totius patrie comitia haberentur / in quibus Grationopolitano episcopo absente primus consessus/ que presidentia vocatur/pro tempore presenti abbati huius monasterii ex antiqua

consuetudine deferri consueuit: is tamē locus ipsi Theodoro denegatus est. Quapropter apud senatum de illata sibi ob eam repulsam iniuria questus/ita presens suam egit causam/vt publico perpetuoqꝫ ipsius curie decreto/id honoris abbatibus huius monasterii haud dubie competisse et competere declararetur.

Non segniter etiam se gessit idem Theodorus abbas in asequutiōe officij cellerariatus dicti monasterij/cessante illi⁹ cōmēda per obitum Joannis episcopi Uiuariensis hunc ordinem professi: ac pariter in assequutione domus seu preceptorie Ranuersi dicto officio vnite/quam secularis quidam sedis apostolice notarius vsurpare nitebatur.

Reddidit ipse Theodorus primariam monasterij huius ecclesiam illustriorem speciosioremqꝫ fenestris illius perspicuo vitro communitis. Multis preterea sericeis pannis et ornamentis ecclesiam ipsaꝫ effecit decoratiorem. Instaurauit etiam Antonianam preceptorie Flandrensis ecclesiam/et apud Pontemmōtionē edes preclaras extruxit.

Anno millesimo quingētesimo secūdo Maximilianus Romanorū rex semper augustus/ac Hūgarie/Croatie ⁊ Dalmatie rex/archidux Austrie/dux Brabantie/hanc Antonianam religionem ardentissimo ꝓsequutus affectu/quū (vt asserebat) quāplurimis antiquis documētis esset edoctus suos predecessores eandeꝫ religionē summopere dilexisse coluisseqꝫ/et plures olim preceptorias sancti Antonij ab eisdem fuisse erectas/atqꝫ insuper ꝙ beatissimus Antonius eiusdē religionis patronus nobilissimis fuerat ortus parētibus/ꝙqꝫ dicta eius religio apud omnes clarissima atqꝫ nobilissima habebatur/excogitato nouo munificentie genere/ad precelsius eam ipsam religionem illustrandam/et vt claritas nobilitasqꝫ illius vniuersis gentibus magis ac magis innotesceret/eidem ordini et religioni sua sponte contulit nobilitatis insignia/quibus inter ceteros (vt aiebat) Christiane religionis ordines dignosceretur/et vt omnes gētes ordinis ipsius sublimitatem et claritatem intelligerent. Uoluit itaqꝫ et imperiali decreto sanciuit vt ordo ipse Antonianus in posterum vbiqꝫ locorum insignibus et armis nigre aquile auream coronam in collo gestantis in aureo campo/vna cū signo Tau pectori iam dicte aquile impresso/vteretur: idqꝫ imperiali diplomate posteris testatum reliquit.

Anno millesimo quingētesimo quarto ingens penuria et fames miserabiliter populos afflixit/quo malo commoti mortales/diuinā clementiam imploraturi/ecclesias locaqꝫ sacra circuibāt. Eo itaqꝫ anno incredibilis virorum ⁊ mulierū/necnon paruulorū vtriusqꝫ sexus multitudo ad diuum Antonium visa est confluxisse/quibus magna charitatis subsidia prestita atqꝫ exhibita fuerunt.

Ipso etiā Anno (quod nunꝗ antea patrum nostrorum memoria factū fuerat) sanctum almi dei confessoris beatissimi Antonij brachium extra oppidum processionaliter ad impetrandam pluuiam delatum extitit. Nec frustra/eo enim ipso die optatum imbrem largitus est de celo dominus.

Julius eius nominis secundus Romanus pontifex per ea tēpora huiusce religionis priuilegia fauorabiliter confirmauit/ac etiam

ac etiam ampliauit/quũuis diplomata minime fuerunt expedita. Cumq; ob fabricaz basilice principis apostolorum in vrbe idem pontifex omnes alias a suis predecessoribus quibusuis ecclesijs concessas indulgentias suspensas esse voluisset/plures tamen subinde in huius pie religionis fauorem declarationes fecit. Hic ipse olim in minoribus constitutus deuotionis gratia sacrum istud cenobium sepius visitarat/donariaq; eximij operis ecclesie obtulerat.

Anno quingentesimo Decimo tertio supra millesimum in generali capitulo tractatũ extitit de habitu in hoc monasterio estatis temporibus variando/medicis afferentibus hunc ipsum qui ab antiquo deferri consueuit/ob caloris intemperantiam variorũ morborum multarumq; egritudinum causam viris religiosis afferre. Sed quum summa huiusce rei deliberatio in reuerendum patrem Theodorum abbatem esset reiecta nunq̃ adduci potuit vt suum ad hoc preberet assensum/indecorum arbitratus tot retro seculorum obseruantiam suis temporibus abrogari:asserens etiaz maiores nostros nedum in probatis religiosisq; moribus/verum etiam in habitus austeritate et ceteris exterioribus probe/q̃tum in nobis est/fore imitandos.

Eius quoq; Theodori abbatis temporibus/anno scilicet quingentesimo quinto decimo supra millesimum/sumptuosissimo atq; singularissimo opere fabricatis modulatissimis organis huius sacri cenobij templum extitit decoratum. Nec ad hec vsq; tempora communi omnium iudicio/tam celebre eius generis opus alibi cernitur.

Ad maiorem Quoq; rerum diuinarum cultuz/precelsioremq; sanctarum reliquiarum venerationem z ornatum/circa hec tempora decretum fuerat vt insigne aureum vel argenteum caput fabricaretur/ in quo reliquie Capitis beatissimi Antonij reponerentur/affluenti populo deuotionis pieq; venerationis gratia exhibende. Sed quum incredibilis eris alieni sarcina religio premeretur/instantibus vndiq; magna cum importunitate creditoribus/ea res ad effectum minime perduci potuit.

Circa hec tempora Illustrissimus princeps Antonius Calabrie/Lotharinge/et Barri dux/ob singularem deuotionẽ quam erga beatissimum Antonium gerebat/ecclesie eiusdem donauit et contulit argenteum vnum lãpadariũ/siue lucernarium/liliato opere miroq; artificio fabricatum:instituitq; lucernas quinq; in eodẽ collocandas/et ante altare maius dicte ecclesie accẽdendas:et insuper missam vnam annis singulis perpetuo in ecclesia predicta solenniter decantandã/collatis ad hoc prouentibus/fundauit. Cuius piã voluntatẽ et intentionem huius monasterij atq; religionis patres gratãter acceptantes/capitulari decreto comprobarunt.

His temporibus Deuotissimus quidam ciuis Ameliensis nomine Vosinus/ pia deuotione motus sua omnia bona diuo Antonio/huicq; religioni cõtulit z donauit. Ex quibus facta atq; instituta est preceptoria sancti Antonij apud Ameliam/in qua diuina celebrãtur/ piaq; hospitalitatis opera exercentur.

Amelia

Huius Theodori Abbatis tẽporibus illustrissimi pleriq; viri deuotiõis et voti grã ad hoc mõasteriũ sese cõtulerunt. Et in primis reuerendissimus in Christo pater et dominus dñs Raphael cardinalis sancti Georgij/sancte Romane ecclesie vice cancellarius/anno millesimo quingentesimo primo huc aduentauit/quem summo cum honore predictus Theodorus abbas huiusq; monasterij patres exceperunt.

¶ Item paulopost venit reuerendissimus dominus cardinalis de Medicib⁹/qui postea ad summū apostolatus apicem promotus/Leo decimus nuncupatus fuit.
¶ Item postmodum reuerendissimus dominus cardinalis Gurcensis.
¶ Item deinde reuerendissimus dominus cardinalis in ara celi ordinis minorū.
¶ Item reuerendissimus dominus cardinalis Aragonius.
¶ Item reuerendissimus dominus cardinalis de sancto Seuerino nuncupatus.
¶ Item reuerendissimus dominus cardinalis de Final nuncupatus.
¶ Item reuerendissimus dominus cardinalis Ferrariensis.
¶ Itē nobilissima atq̃ illustrissima Sicilie regia clarissimi Lotharingie ducis mr̃.
¶ Item postmodum ipse illustrissimus Lotharingie dux Antonius.
¶ Item illustrissimus dux Longe ville.
¶ Item dux Nemorsij/et comes Stamparum.
¶ Item episcopi complures/scilicet Gebennensis/Ualensis/Tholosanus/Maurinensis/Niciensis/Bayenensis.
¶ Item comites Guisiensis/Niuernensis/Marteguensis/⁊ Gebennensis.
¶ Itē illustris domina Anna ducalibus Borbonij ⁊ Aruernie titulis insignita.
¶ Item marchionis Montisferrati coniunx nobilissima/necnō ⁊ Mātuani principis vxor/atq̃ etiam marchionissa de Musoc femine clarissime.
¶ Itē magnificus regni Francie cancellarius de Ganuay nuncupatus.
¶ Itē vir clarissimus dn̄s Antonius de Prato iampridem Christianissimi Francorum regis cancellarius/nunc vero meritissimus sancte Romane ecclesie cardinalis/⁊ in toto Francorum regno de latere legatus.
¶ Item Philippus decius iuris consultorum eius temporis facile princeps.
¶ Item inuictissimi regis Anglorum oratores.
¶ Item Joannes Jordanus Ursine familie apud Romanos vir primarius.
¶ Item prior maior ordinis Rhodiorum militum/Clementis septimi Romani pontificis nepos/et pro eodem ad Christianissimum Francorum regem orator.

Multos preterea clarissimos ⁊ insignes viros peā tēpestatē deuotiōis ⁊ voti grā huc venisse pspeximᵘ/q̄rū noīa ⁊ dignitates ignoramus. Nec dubiū est retroactis quoq̃ tēporib⁹ principes q̃ plurimos ecclesiasticosq̃ presules huc pfectos/de qb⁹ nihil memorie proditū est. Uidimus certe ipsi nostris tēporibus tā frequentē aliqū mortaliū ex Italia pfectorū multitudinē ad hoc sacrū aduētasse monasteriū/vt iusti ppemodū exercitus speciem prese ferre viderentur/anno siquidē millesimo quingētesimo quarto decimo decē millia Italoru3 certū est huc cōfluxisse. Paucisq̃ deinde ānis Germanorū Hūgarorūq̃ incredibilis numerus turmatim ad hoc ipsum monasteriū aduentauit. Ex finitimis vero prouinctijs tantusq̃ quandoq̃ cernitur concursus/vt illis excipiēdis locus ipse minime suppetat.

Hic reuerēd⁹ Pater Theodorus anno millesimo quingētesimo vicesimo primo toti⁹ gn̄alis capituli decreto/ad Romanā curiā/felicisq̃ recordatiōis Leonē decimū Romanū pōtificē pfectus est/a q̄ pbenigne except⁹ ⁊ audit⁹/plerisq̃ etiā tā psonalib⁹ q̄ ppetuis ipm ordinē ⁊ religionē concernētib⁹ gratijs ⁊ prerogatiuis donatus est/⁊ palatinorū q̃ platorū numero ascript⁹.

Fuerat antea Prioratᵘ sancti Antonij Romane vrbis a plerisq̃ sancte Romane ecclesie cardinalib⁹ in cōmendā obtētus/ illiq̃ p hec tēpora reuerēdissimus dn̄s Alexander tituli sancte Marie in via lata sancte Romane ecclesie cardinalis de Cesarinis nūcupatus possidebat. Qui hui⁹ ordinis protectionē apud apostolicā sedē spōte suscipiēs/prioratū ipm eidē Theodoro abbati/huicq̃ religioni/vt ppetuo ⁊ inseparabiliter in eadē remaneret/interueniēte

pontificis

pontificis autoritate/remisit.

Illud Etiã memoratu dignũ egit predictus Theodorus abbas/ꝙ diui Antonij epistolas septẽ minime antea in lucẽ editas ex Mirãdulana bibliotheca receptas/ad publicã oĩz vtilitatẽ typis excudẽdas ꝓcurauit:quas vir vndequaqꝫ doctissim⁹ Simphorianus Champegius Lotharingie ducis medicus primarius egregijs annotationibus ampliauit/declarauitqꝫ.

Leo Romanus Pontifex eius nominis decimus per hec tẽpora Antonianam religionem summopere fouit atqꝫ dilexit/testatus se illam a teneris annis semper in visceribus gessisse charitatis. Ipse siquidem adhuc in minoribus existens hoc ipm monasteriũ deuote visitarat.

Idem ipse Beatissimus potifex nõ solũ priuilegia dudũ religioni huic indulta cõprobauit/verũ etiã cumulationibus prerogatiuis gratijsqꝫ ãpliauit/sup qb⁹ nos ipi postmodũ apostolicas lr̃as ꝓcurauim⁹ expediri.

Inuictissimus Etiã Romanorũ rex ꝛ imperator Carolus quintus qui nunc felicissime regnat/sese deuotissimũ hui⁹ religionis fautorẽ esse demõstrauit. Nã ꝛ literis ꝛ nũtijs seu oratoribus apud sedez apostolicã obnixe institit/vt eidẽ religioni dudũ cõcessa priuilegia ita solido cõprobationis vinculo firmarentur/ꝙ nullis post hac generalibus aut specialibus reuocationibus vel suspensionibus eliderentur/ipsaqꝫ religio nullo vnꝙ̃ deinceps tempore in suis iuribus sub quouis colore inquietaretur.

Preterea Christianissimus Francorum rex Frãciscus eius nominis primus/nõ solũ ab antecessoribus suis concessa huic ordini priuilegia deuotissimo animo confirmauit/sed ꝛ in cunctis semper ordinẽ ipsum fouit atqꝫ protexit:sepiusqꝫ literis ad pontificẽ destinatis testatus est se Antoniane religionis conseruationẽ/felicemqꝫ exaltationem intensis desyderijs exoptare.

Circa Annũ millesimũ quingentesimũ vigesimum Italia varijs bellorum cladib⁹ afflicta/cuius ꝑtis subuentionib⁹ monasterij hui⁹ stat⁹ magna ex ꝑte solet sustẽtari/ꝑmagne ĩ eodẽ monasterio turbatiões exorte sunt. Nã deficiẽtib⁹ facultatib⁹ cellerari⁹ se nõ posse onera solita supportare cõquest⁹ est. Cũqꝫ eo nõ obstãte ad solitã alimẽtorũ ꝑstationẽ seu ad obseruãtiã initi cõtract⁹ vrgeret/nõnullis suadẽtib⁹/ab Adriano Romano põtifice suppressa veritate obtinuit/vt officiũ cellerariat⁹/ꝑceptorieqꝫ rãuersi iãdudũ facta vnio dissolueret/relictoqꝫ officio separatiz sibi dicta ꝑceptoria cõferret. Que res cũctos hui⁹ ordĩs p̃res vehemẽter exacerbauit. Vñ post varios hicinde litiũ anfract⁹/mortuo dctõ Adriano põtifice/ꝛ Clemẽte hui⁹ nois septimo in locũ illi⁹ suffecto/statiz cõi eorũdẽ patrũ cõsilio decretũ est vt nos/q tũc prioris claustralis vices gerebam⁹/toti⁹ ordinis noie ad ipm beatissimũ põtificẽ legatiõe fungeremur/illiqꝫ velut cõi patri/veroqꝫ Christi vicario miserabilẽ hui⁹ cenobij ꝛ religiõis statũ exponerem⁹/vt desolatis paterno affectu cõpatiẽs/opportune ꝓuisionis remedio cõsulere dignaret. Suscepta igit ꝓuincia ad Romanã curiã ꝓfecti/expositaqꝫ corã eodẽ beatissimo põtifice q̃rela/negotiũ ipm vni ex sacri palatij auditorib⁹ demãdatũ fuit atqꝫ cõmissuz. Apud quẽ singłis huiusce negotij capitib⁹ iudicialiter ꝓpositis/tãdẽ subsequuta est ďclaratio:vota/legata/ꝛ pia fideliũ subsidia/necnõ ãnuas ꝑstatiões/q̃ ĩ Italie ꝑtib⁹ bti Antonij noie ꝑcipi cõsueuerũt/huic mõasterio(cui⁹ ĩtuitu cõferũt)pleno iure spectare et ꝑtinere/pro alimẽtis scz religiosorũ virorũ eiusdẽ mõasterii/necnõ ꝛ pauperũ igne sacro mutilatorũ/q ibidẽ alunt. Postmodũ vero amicabili vnita cõcordia/officiũ cellerariat⁹ ꝑpetuo mẽse cõuẽtuali fuit vnitũ/ꝛ oĩa illius iura cõuẽtuali mẽse applica autoritate applicata.

Memoratus beatissimus Pontifex Clemens septimus/qui impresentiarum

felicissime Romanam regit ecclesiam/suorum vestigia predecessorum imitatus/magno semper hactenus favore hanc ipsam religionē prosequutus est. Nam & cōcessa per suos predecessores eidem religioni privilegia cōprobavit/& eaipsa postmodum cumulatissime ampliavit. Inter cetera autē favore specialissimo eandem exemptaȝ esse declaravit a quibuscunqȝ decimis seu impositionibus/etiam si in eiusdē pontificis aut sedis apostolice favorem/vel pro tuitione Christianitatis contra infideles forsan imponerentur.

Claruerunt Predicti Theodori tēporib⁹ hoc in ordine/preter eos'q adhuc sunt hodie superstites/reuerēdissimus in Christo pater Antonius sancte Romane ecclesie cardinalis de Triulcijs nūcupatus/hūc ordinem ab ineunte etate professus/necnon & reuerendus pater dominus Carolus episcopus Gebennēsis/ex nobilissima Seycellorū familia in Sabaudia ortus. Itē Joannes faber decretorū doctor/prior claustralis. H. Thosellus/Robertus Borrellus supprior/preceptorqȝ sancte crucis/& ipse suo tempore singulari prudentia & doctrina clarus. Odobertus etiam Bautaretus canonum pater dictus. Arthaudus de Vareyo similiter iurium doctor. Aynardus de Villanoua bonis literis refertissimus. Antonius de Rauenna verbi dei prestantissimus declamator/ qui apud Mediolanum non sine sanctitatis opinione decessit. Preterea Guillielmus Battonatus preceptor Norgiarū. Antonius de Bychi generalis Hispanie: aliiqȝ nō pauci spectate virtutis & doctrine viri. Laudabilis memorie quoqȝ memorie per ea tēpora fuerunt Petrus Falco olim preceptor Barri ducis / patruus noster / ipsiusqȝ Theodori abbatis suo tempore generalis vicari⁹. Ac pariter Joānes ex Rupemora preceptor Albenacij. Item Guido Guersi preceptor in Isenhen/ cuius nomē adhuc maxime in Germania predicatur.

Obijt autem ipse Theodorus abbas

Mort di l'abbate Theodoro

Apud Nanceyum Lotharinge oppidum vicesima octaua mensis Decembris/anno dominice natiuitatis millesimo quingentesimo vigesimo septimo. Cui virtutes plurimas doteſqȝ egregias haud dubie possumus ascribere. Culpatus tamen est de profusiore impensa in rebus parum admodum necessarijs / vnde sepius rerum penuria distringebatur/seſeqȝ propterea varijs obligationuȝ nexibus et ere alieno vndequaqȝ implicabat. Hanc preterea religionem maximis debitorum oneribus pregrauatā/abbatialisqȝ dignitatis edificia ferme collapsa reliquit. Insuper creditorum importunitate compulsus/permulta ex abbatialis dignitatis iuribus/proprietatibusqȝ/et dominijs alienauit. Eiusqȝ temporibus non pauca ecclesie iocalia et vasa pro debitorum solutione/onerumqȝ tunc imminentium supportatione distracta fuerunt. Verum quia non mediocris eorundem debitorum portio a suis predecessoribus contracta fuerat/non pauci in illos potiusq̄ in eundem Theodorum culpam existimant fore reijciendam. Culpatus etiam est q̄ a suo monasterio remotius ageret/minimeqȝ in eo resideret/q̄qȝ sepius (delegata alijs cura) generalib⁹ capitulis nequaq̄ suam presentiam exhiberet. Quamobrem status ordinis non mediocriter interturbatus/obedientieqȝ vigor perniciose intermissus fuit. Id autem maxime in eo laudabile fuit/q̄ viros doctos/aut virtute aliqua preditos semper plurimi fecit/fouit/amauit/coluit. Preterea/q̄tum in eo fuit/ea omnia que ad diuinum cultuȝ ecclesieqȝ decoreȝ expedire videbātur/solicite studuit promouere. Ego certe egregias illi⁹ virtutes summo semp dignas preconio iudicabo/celebrēqȝ illius memoriā perpetuo suspiciā atqȝ venerabor. Hui⁹ corpus in ecclesia diui Antonij apud Pontēmontionē honorifice fuit tumulatū: anima in pace requiescat.

Externe res

Externe res

¶ Caput.xxvj.

Christi vices in terris per ea tempora gesserunt Alexander sextus/Pius tertius/Julius secūdus/Leo decimus/Adrianus sextus/Clemens septimus. Cesaream vero dignitatem tenuit Maximilianus/cui successit Carolus rex catholicus/rerum gestarum magnificentia clarissimus. Apud Frācos vero Carolus octauus/Ludouicus duodecimus / ac deinde Franciscus primus inclytissimi principes regnarunt. Per ea ipsa tēpora varie mutationes atq; rerum euentus pene incredibiles contigerunt/qui cum satis superq; recēti adhuc memoria hominū mētibus hereant/nec propositi nostri sit in enarrandis externis rebus diutius immorari, tot quoq; tātiq; rerū euētus maxime memorabiles breui cōpēdio minime possunt explicari/ideo ea ipsa in p̄sentiarū de industria p̄terimus.

De Antonio eius nominis tertio monasterij sancti Antonij abbate/a Longiaco nūcupato.

¶ Caput.xxvij.

Antonius a Langiaco decimus nonus abbas huius monasterij/eius vero nominis tertius/ ex generali totius ordinis vicario ad abbatialem prouectus est dignitatem. Quem cum regimini & gubernationi huius inclyte religionis preficiendum summi dei prouidentia destinasset/plurimis illū antea tribulationibus aduersitatibusq; vexatum ad tolerantiam atq; patientiam voluit solidare. Permultos etenim illi dominus aduersarios suscitauit/quibus obsistentibus/de persona illius facte electionis confirmatio diutius extitit impedita. Et tum apud sedem apostolicam/tum etiam in regio consistorio varijs litium anfractibus promotionis eius negotium fuit per annos aliquot protelatū. Quo factum est/vt quemadmodum ferrum cote nitescere solet/sic ipse reuerendus pater rebus aduersis clarior effectus/ac velut igne probatus/ad restaurandum collapsum dicte dignitatis statum diuinitus datus esse credatur.

Statim Autē habita vacatiōis notitia ij qui in monasterio aderāt iuxta statuta ordinis/moreq; ab antiquo obseruatū/illis absentibus/qui scd̄m eorundē statutorū tenorē ad vacātis sedis regimē vocātur/duos gn̄ales vicarios seu legētes nolarūt/atq; delegerūt. Qui licet ob etatis maturitatē optimi le giminis spē ab initio p̄stitisse viderent̄/attamē subinde nec ī sp̄ualiū/nec ī t̄paliū administratione/minusq; etiā ī his q̄ ad cōēm dicte religiōis trāquillitatē faciebāt industrie versati fuisse existimant̄. Quapropter post varias cōtētiones/loco eorūdē alij

fuerunt communibus omnium votis subrogati/qui publicam religionis vtilitatem proprijs commoditatibus anteferentes/pijs apud mortales suasionibus effecerunt/vt pacem et quietem pijssima hec religio consequeretur.

Hoc autem Posteris testatum esse volo/moram ac dilationem in electionibus admodum esse damnosam/nihilq; magis electionis vnitati ac synceritati officere q̄ illius protelationem. Ad deuitanda vero submouendaq; discordiarum incommoda/necnon dispendiosam electionu; pluralitatem excludendam/qua viduatarū ecclesiarum status vehementer labefactari/et pax/vnio/atq; concordia interturbari solet/perq̄ vtile iudico vt ad ipsius electionis actum mixta scrutinij et compromissi via procedatur/idest vt tres compromissarū deputentur/qui scrutatis singulorum votis/illum eligere habeant in quē maiorem z saniorē capituli partem perspexerint cōsensisse. Sic etenim vnicam semper et concordem necesse est subsequi electionem.

Cum autem Regia maiestas in cathedralibus et collegiatis ecclesijs speciale priuilegium eligendi non habentibus / sibi ex apostolico indulto ius presentandi personam idoneam vendicaret/ad ipsius iuris eligendi comprobationem exhibitum fuit priuilegium huic religioni dudum per Bonifacium octauum Romanu; pontificem concessum/illudq; vti merebatur ad missum/regijsq; concilij decreto comprobatum.

Fuit etiam Apud sedem apostolicam in controuersiam deductu;/an omnes et singuli huius ordinis preceptores/necnō priores tam generales q̄ inferiores / ad electionem admitti/seu in abbatis electione vocem habere debeant cum conuentu: cuius rei scrupulosiorē discussionem subsequuta concordia prepediuit.

Post longam Igitur contentionem / honestis medijs animorum vtrinq; irritatorum conciliatio et concordia subsequuta est/in qua ineunda plurimu; valuit autoritas reuerendissimi in Christo patris et domini domini Francisci a Turnone archipresulis Bituricensis: qui partibus ad se euocatis/illas pro sua summa prudentia ad pacem inclinauit/controuersieq; finem imposuit.

Sedatis discordijs Que annis duobus hanc religionem grauiter concutierunt / Antonius abbas predictus animaduertens abbatialem dignitatem multo ere alieno pregrauatam/in edificijsq; admodum ruinosa;/sumptuosam omnem pompam/superfluāq; impensam detestatus/probam frugalitatem sectandam statuit: existimans res profusiore aliorū impensa/improuidaq; administratione collapsas/honesta parsimonia fore restituendas. Nullus in eo fastus/nulla iactantia vel elatio hactenus conspici potuerūt. Omnia eius studia/omnesq; cogitatus ad instaurationem rerum inclinatarum/necnon ad pridem alienatarum redemptionem tendere conspiciuntur. Maxime autem id in eo commendabile est/quod ipse sibi constanter faciundum atq; enitendum proposuit/vt boni presulis nuncupationem in posterum iure queat promereri / vtq; inter eos qui hactenus huic ordini prefuerūt / ipse boni abbatis vocabulum apud posteros peculiari appellatione adsequatur. Quod illi z nobis deus optimus maximus sua benignitate concedat.

Postremus hic cōmentariorū nostrorū annus a Christi natiuitate millesimus quingētesimus tertius atq; trigesimus multarū z magnarū rerū in hoc ordine gestarū insignis fuit. Quippe florētissimis olim huiusce monasterij z ordinis reb⁹ varijs casib⁹ mirū i modū attenuatis z iminutis/

liber hic [illegible] anno 1533.

precipua

pꝛecipua oibus incessit cura in melioꝛē auctioꝛēqꝫ statū oīa restituēdi:maximoqꝫ oīū
ꝯsensu gnāli ī capitulo de īclinatarū rerū oppoꝛtuna restauratiōe agi ceptū est/ mul
taqꝫ ad id excogitata remedia/atqꝫ ibidē sācita publicoqꝫ ꝯcreto cōstituta fuere/ ex
qbꝰ sperare licet eiusdē oꝛdis statū feliciora post hac īcremēta/deo ꝓstāte/suscepturū.

Maxime Autē memoꝛabile videt̄ restaurandarū rerū initiū a predicto
reuerēdo patre dn̄o Antonio abbate leui momēto oꝛtū. Ipse
siquidē/tametsi multis debitoꝛū oneribꝰ ꝓgrauatus esset/abbatialisqꝫ dignitatis
prouētus valde tenues/ꝛ oīa ferme in ruinā tēdētia cōperisset/sua tamē summa pꝛu
dentia/solertissimaqꝫ moderatione ita egit/vt ꝛ quarto vel quinto a sua ꝓmotione
anno/ere omni alieno ab obitu sui ꝓdecessoꝛis ꝯtracto dignitatē liberā exoneratāqꝫ
reddiderit. Et nihilominus nobilissimū Belli fortis castrū cū suo territoꝛio/quod
iampridē triginta circiter annos māserat alienatū/ restituto precio/preter spem oīm
ad ius ꝛ ꝓprietatē oꝛdinis sueqꝫ dignitatis reduxerit. Quo egregio facto/ꝑpetuā fa
me ꝛ noīs claritatē videt̄ cōsequutus/maximāqꝫ de se augēdarū rerū expectationē
talibus initiis nobis haud dubie polliceri communi omnium iudicio predicatur.

Eo quoqꝫ Ipso āno Christianissimus Frācoꝛū rex Frāciscus eius noīs
primus sacrū istud monasteriū/sanctasqꝫ in eodē existētes reli
quias visitauit/octauo scꝫ cal. Decēbris. Aderāt tūc ibidē/ipsumqꝫ regē comita-
bātur clarissimi principes Delphinus primogenitꝰ/necnō Aurelianēsiū/ꝛ Ango
lismoꝛū duces/eiusdē regis liberi. Preterea sancte Romane ecclesie cardinales Lo
tharingus/ꝛ Lixoniēsis/atqꝫ etiā ātistes Parrhisiēsis. Itē illustris marchio. Pō
tis/maioꝛqꝫ regni magister Mōmoꝛentianꝰ/aliiqꝫ ꝓceres ꝙꝫ plurimi. Subinde eo
ipso die coꝛpoꝛis diui Antonii reliqas visitarūt/ꝛ venerate sunt dicti regis filie cla
rissime/vna cū illustrissima Aurelianensis ducis vxoꝛe. Sanctissimi dn̄i nostri Cle
mētis pape septimi nepte. Quiquidē pontifex paucis ān diebꝰ in Galliā traiecerat.

Cum autē Pꝛissima hec religio clarissimis semꝑ viris fuerit referta/tum
maxime hodiernis tempoꝛibus ea īn re cernitur enitescere.

In pꝛimis Siquidē hūc ipsum oꝛdinē summopere illustrat reuerēdissi-
mus in Christo pater ꝛ dn̄s dn̄s Frāciscus tituli sanctoꝛum
Petri ꝛ Marcellini sancte Romane ecclesie cardinalis meritissimus de Turnone
nūcupatus/qui pridē ab ineūte etate signo Tau insignitꝰ/gn̄alis Foresii ꝑceptoꝛ/
deinde Ebredulēsis abbas/ꝛ postea archiepiscopus Ebrodunēsis/demū Bituricē
sis primas/postremo supremi oꝛdinis antistes meritis suis exigētibꝰ est effectꝰ. Cu-
ius preclaras virtutes/precelsasqꝫ laudes styli mei paruitas minime posset dicēdo
scribēdove assequi:tum etiā erubescēde assentationis suspitio ab his impresentiarū
diffusiꝰ ꝓsequēdis magnopere me dehoꝛtat̄. Insigne pariter oꝛnamētū decusqꝫ huic
oꝛdini affert reuerēdus pater dn̄s Frāciscus Lāgiacus Chesiacēsis monasterii pa-
stoꝛ/q Grecis Latinisqꝫ literis nō vulgariter eruditus/haud mēdiocrē de se ad ma
ioꝛa dignitatū fastigia cōsequēda expectationē prebere videtur. Prudētia quoqꝫ et
dignitate/necnon autoꝛitate hoc in oꝛdine clari habent̄ Iacobus de Lemps prioꝛ
claustralis huiꝰ monasterii/Aremoniarūqꝫ ꝛ Boteriarū/necnō Solomini: Iaco-
bus de Gaudiosa Leodiēsis/Foresii/ꝛ Aruernie:atqꝫ etiā Romanetus/ Odonus
Castri Cesaris seu Hispanie domoꝛū sancti Antonii ꝑceptoꝛes. Nec preterenādi sūt
qui ob sciētie gradū enitescūt Ioānes de Lastico olim prioꝛ claustralis/nūc Trecē
sis ꝑceptoꝛ. Ioānes itē Laurēcinꝰ Rāuersiane ꝛ Cabillonēsis domoꝛū moderatoꝛ
administratoꝛqꝫ/necnō ꝛ preceptoꝛ Noꝛgiarii. Ludouicus de Prouanis prepositu
re titulū in domo Taurineñ. obtinēs. Antonius Saxanus preceptoꝛ Burgensis
preter generis nobilitatē/singularēqꝫ moꝛū honestatē/liberarū sciētiarū bonarūqꝫ

literarũ disciplina ⁊ eruditione nemini secũdus. Petrus Berthalis operarius monasterij/in iuris professione sacrorũq₃ canonũ sanctione clarus/illustrissimeq₃ Frãcorũ regine eleemosynarius. Joannes Borrellus preceptor sancte crucis/liberalibus disciplinis eruditissimus. Antonius de Blãdone preceptor sancti Medardi bonarũ literarũ/sueq₃ religionis amãtissimus. Frãciscus Bergerianus Grationopolitane ciuitatis preceptor/tum in iuris sciẽtia/tum in humanioribus literis ⁊ disciplinis cõmendatissimus/multisq₃ pro religione susceptis laboribus clarus. Hector de Rux infirmarius/literis ⁊ ingenio cõspicuus. Joãnes Scoanus preceptor Ualreacij semp̃ de religione benemeritus/multisq₃ virtutibꝰ refertꝰ. His certe tanq̃ cõspicuis sideribꝰ hec ipsa religio impresentiarũ illustrat̃ ⁊ clarescit. Nec tñ desunt alij complures/quorum virtutes haud dubie laudẽ ⁊ preconia promerentur: sed ne fastidiu₃ prolixitas generet/ab enumerandis singulis consultius visum est abstinere/finemq₃ presenti narrationi imponere.

Hic mihi pene lachryme suboriũtur/dum (prestantiũ in hoc ordine virorũ recẽsitis noibus) meã ipsius ignauiã vehemẽter pertesus summã huius altricis mee in me indulgentiã/meãq₃ insuper ingratitudinẽ mecu₃ ipse mẽte reuoluo. Nãq₃ ea ipsa mea mater piaq₃ religio fructũ aliquẽ honoris ⁊ honestatis sperãs ex nobis aliquãdo fore proditurũ/honoribꝰ gratijsq₃ q̃plurimis nos semper hactenus fuit prosequuta. Et in primis meipsu₃ iamprideẽ beatissimi Antonij interuẽtione pene ex morte ad vitã miraculose restitutũ/quasi ab vberibꝰ matris suscepit/educauit/fouit/⁊ instruxit. Cũq₃ nihil tale meritus esse₃/primũ in canonicorũ claustraliũ huius sacri monasterij numerũ aggregauit/deinde plebis curam vicesq₃ prioris claustralis in monasterio gerendas cõmisit/postea generalis preceptorie dignitatẽ adiecit. Preterea totius ordinis nomine apud beatissimũ põtificẽ Clementẽ septimũ legationis munere/amplissimaq₃ in Jtalie partibus facultate ⁊ potestate fungi voluit. Me insuper publico totius capituli generalis decreto summis laudibꝰ prosequutũ sancte sedi apostolice nouo exẽplo cõmendauit. Ab vrbe quoq₃ ⁊ Romana curia redeũtem/quasi numẽ aliquod magna exultatione/publicaq₃ leticia excepit. Mortuo deniq₃ bone memorie Theodoro abbate/non mediocria erga me beneuolentie signa ostendit. Postmodũ etiam abbatiali sede vacante/prioribus vicarijs qui in nostra absentia creati fuerãt abrogatis/publica ⁊ cõcordi nominatione/cõmunibusq₃ votis/nos ad dicte dignitatis vacãtis gubernationem vna cum optimo atq₃ prestantissimo collega/scilicet Joanne Borrello sancte crucis generali preceptore/deputauit. Tum demũ nouo ⁊ insolito autoritatis titulo superioribus annis ob fluctuantẽ rerum statum/cõmuni totius capituli cõuentualis decreto/nos decorauit/amplissima nobis sub appellatione dictatoris cõcessa potestate singula eiusde₃ conuentus negotia disponendi/ad nostrumq₃ dictamen ordinandi. Nec satis adhuc visum est huic benefice matri ac religioni indignum hominem tot tantisq₃ honoribus ⁊ gratijs necnon beneficijs extulisse/nisi summa quoq₃ pastoris bonitate nuper me ipsum nihil profecto tale affectantẽ/ad preclarũ generalis vicariatus ministeriũ prouexisset. Que cũ immensa sint summi creatoris huiusq₃ pijssime religionis in ignauum penitus hominẽ collata beneficia/nec quicq̃ etiã leuissima quauis gratia dignũ ex nobis ipsis prestare posse videamur/hoc vnũ duntaxat superesse credimus gratitudinis officium/vt acceptorum beneficiorum memores diuine pietati primu₃/deinde predicto reuerendo patri Antonio abbati vniuersoq₃ ordini q̃ humillimas gratias habeamus/eidem domino ac patri reuerendo/omnibusq₃ religionem ipsam profitentibus/prosperos semper successus/cumulatissimamq₃ diuine pietatis gratiam propensius exoptantes.

Summa rerum

Summa rerum

Antoniane religionis.

¶ Caput.xxxviij.

FEcũdissima huiusce Antoniane
religionis primordia/circa annum humane redemptionis millesi- 1095
mum nonagesimũ quintum iacta fuerunt/quo tẽpore sancte Ro-
mane ecclesie preerat/apostolicãq3 sedẽ obtinebat beatissimus pon
tifex Urbanus eius nominis secundus. Fuit autẽ ab initio veluti
fraternitas quedam secularis/ad exercendaq3 sancte charitatis opera/pio quodam
affectu contracta societas:que nec peculiarem ecclesiam/nec ecclesiasticum titulum
obtinebat. Et hoc ad Innocẽtij tertij tempora/seu ad annum domini millesimum 1208.
ducentesimum octauum perdurauit. Quapropter/supputatione facta/constat an
norum ferme spatio centum tredecim/eiusmodi statũ tenuisse. Deinde vero sedis
apostolice beneficio/atq3 indulto/proprie ecclesie vel edicule construende facultate
obtenta/eademq3 sub titulo et inuocatione diue Marie virginis constructa/annis
paulominus nonaginta/hic ordo permansit:scilicet ad Bonifacij octaui tempora/
seu ad annum vsq3 millesimũ ducentesimum nonagesimum septimum/sub regula
ribus degens institutis/per sedem apostolicam approbatis. Postmodum vero/di-
uina disponente clementia/hec ipsa religio ad prouectiorem statuz sublimata/eccle
sie primarie beati Antonij patroni sui regimem/gubernationemq3 et administratio
nem/necnon sanctissimarum reliquiarum eiusdem custodiam/quasi hereditario
iure/melioribus semper proficiens incremẽtis/extitit assequuta:regularemq3 diui
Augustini traditionem cepit profiteri. Mansit autem hic ordo sub regimine
domnorum siue magistrorum annos ferme ducẽtos:illiq3 prefuerunt eo temporis
curriculo magistri numero decem et septem/Gastone computato. Sub abbatum
vero obedientia et gubernatione ad hanc vsq3 diem/annorum spatio ducentorum
triginta quinq3/stetisse comprobatur:fueruntq3 illius abbates numero decem et
nouem. Quod autem ea ipsa religio tandiu veluti singularis quedam ad priorum
operum exercendorum coniuncta societas/absq3 propria ecclesia seu ecclesiastico ti
tulo/ac deniq3 per tot etiam tempora steterit/anteq̃ maioris ecclesie regimine/reli-
quĩsq3 sui sanctissimi patroni potita fuerit/huiusce rei optatissimum successum/
summa dei prouidentia/crediderim per tot tempora fuisse suspensum/atq3 dilatũ/
vt religionis eiusdem professores/primitiui status sui ordinis memores/ea ipsa re
cordatione/perpetuo admonerentur/et agnoscerent primariã sue institutionis cau
sam/in exercendis charitatis et pietatis operibus sitam esse/in ijsq3 studiosius eo-
rundem curam et sollicitudinem versari debere:quandoquidem originaria diuine
huius plantationis institutio/non tã in ecclesiasticorum ministeriorum functione/
q̃ in operum charitatis et misericordie obseruatione/iacta fuisse dignoscitur. Cum
autem a maioribus/ipsiusq3 religionis fundatoribus/plurimorum pietatis operũ
institutiones emanarint/hac tamen vna re felicia nostra tempora existimari posse
credimus/q̃ radix illius primitiui seminis/minime sterilis vel emortua esse perspe
cta est. Protulit enim singularia sue viuacitatis germina:et ad pridem statuta pie-
tatis opera inestimabilem superaddidit charitatis institutionem/sanctam videli-
cet confraternitatem et confederationem/in qua generales particularesq3 ad deuz

t

in charitate preces/tam pro viuis q̄ pro defunctis quotidie effunduntur. Catholica fides pia contestatione in quolibet roboratur: inimicis propter deum ignoscitur: nudi vestiuntur: infirmorum quoruncunq3 spiritualis atq3 temporalis cura geritur: pauperibus seu indigentibus copiose eleemosyne/publice priuatimq3 largiuntur/ita vt nemini aut vno aut altero modo/misericordia denegetur. Viduarum/pupillorumq3/et orphanorum/necnon pauperum desolatorum/atq3 miserabilium quaruncunq3 personarum/auxilio/consilio/et fauori/deputatis ad hoc idoneis viris/intenditur. Defunctorum sepultura pro catholica pietate officiose curatur. Indigentibus mutua pecunia gratis exhibetur: de litigantibus aut dissidentibus/si qui sint/ad pacem/ et concordiam reducendis/obnixe curatur: peregrinorum honesta receptio/et in aduenas humanitatis exhibitio minime negligitur. Circa indoctos/seu in fidei Christiane puritate rudes/erudiendos salutaribusq3 dogmatibus imbuendos opportune prouidetur. Ad corrigendā denique bonorum morum corruptelam / idonea censura adhibetur. Generosi adolescentes / vt in bonis literis ac disciplinis / et plebeij in mechanicis artibus / per idoneos magistros instituantur. Deinde etiam vt puelle in bonis honestisq3 et decentibus moribus/paritérq3 in lanificio/textrina/sutoria/et alijs eidē sexui congruentibus exercitijs erudiantur /opportuna prouisione consultum est. Item et vt virgines sub patrocinio sancte confederationis atq3 confraternitatis constitute seu commendate et commisse/deuotioni / honestati / pudicitieq3 assuescant et intendant / mutuaq3 emulatione in ijs ipsis/necnon ceteris virtutibus proficiant/ optima laudabiliq3 prospectum est consideratione. Postremo / vt ad communem publicamq3 vtilitatem / politicus ordo laudabiliter obseruetur / per eam diuinam institutionem consulitur. Aliaq3 insuper summe extollenda opera / per dei gratiam iugiter exercentur. Reliquum est/ vt bene cepta/prestante deo bonorum omnium largitore/feruentius de die in diem/ij qui post hac successuri sunt/prosequantur. Eos nanq3 nō infelices modo/verum etiam infelicissimos/prorsusq3 a vera huius ordinis professione alienos / atq3 degeneres nulli dubium est fore existimandos / qui tam sanctam / tamq3 preclaram pietatis institutionē neglexerint/ quiq3 tam celestia bonorum operum germina/sua inertia marcessere atq3 interire permiserint: cum ijs proculdubio horrendum fiet iudicium/longeq3 ab eis erit salus et misericordia. Ad hec igitur leuate capita vestra religiosi viri: adq3 solum bene agi existimate/quod in charitatis radice perficitur: vnica etenim via est/ charitas: per quam homines ad celestia consortia traducuntur/et per quam/olim deum ipsum ad homines descendisse / syncertitas Christiane fidei contestatur. Ergo igitur Antoniani ordinis professores/ hanc amate: hanc sectemini: hanc diligentius excolite: in eaq3 vosmetipsos toto mentis affectu iugiter exercete: et quoties signum illud venerandum pectori vestro coaptatum intuemini/ad memoriam status vestri primodia sedulo cogitatu reuocate: hocq3 ipsum magne alicuius rei significatiuum esse vobis certo certius persuadete.

Officia charitatis

De certitudine existentie

reliquiarum corporis beatissimi Antonij in hoc sacro celebriq3 monasterio Viennensi.

Caput. xxix.

Plerique

Plerisqꝫ rerum scriptores vano tantum auditu vel opinione moti/dum incognita pro cognitis habuerunt/errore lapsi/et se et alios turpiter deceperunt. Nonnulli propterea immoderatis affectibus inseruientes/ aut suppressione veritatis/aut falsitatis expressione/sponte atqꝫ ex proposito fictitia commentitiaqꝫ pro veris quandoqꝫ tradiderũt. Quam graue autem sit in sacris rebus quidpiam preter veritatem asserere/nemo est qui ignoret. Unde cum de veritate reliquiarum beatissimi Antonij/que in hoc Uiennensi diocesis monasterio condigno seruantur honore/superioribus in locis necessario facturus essem mentionem/ mecum ipse statueram prius rem omnem diligentius explorare/sedulaqꝫ perquisitione disquirere. Proinde talem tantamqꝫ hac in re diligentiam curam adhibendam/vt eorum(qui hactenus fuerunt)plus circa hoc ipsum desudasse credam neminem. Itaqꝫ non vno argumento/verum q̃plurimis rationibus/irrefragabilibusqꝫ demonstrationibus omnem dubitationis seu contradictionis causam certo certius elisam esse/penitusqꝫ depulsam agnoui. Quapropter ad plurimorũ rei huius veritatem ignorantium instructionem / eaipsa veritatis argumenta compendioso epitomate collecta/hoc loco subiungenda existimaui sub diuine contestationis iudicio/confirmans asserensqꝫ me nihil hac in re fictitium/aut adulterande veritatis gratia(quod sciam)excogitatum prodidisse.

Igitur vt ab ipsa rerum origine ordiamur/omnium consensu constat venerandũ beatissimi Antonij magni corpus olim ex Constatinopoli ad Uiennensem prouinciam diuina dispositione translatum/et in loco qui tunc Mota dicebatur/nunc vero commutato ob dicti sancti corporis presentiam vocabulo/sanctus Antonius appellatur/fuisse repositum/ibiqꝫ prioratum monachalẽ institutum/augustissimo quoqꝫ opere templum constructum /ac deniqꝫ p felicissime recordationis Calixtũ eius nominis secũdũ Romanũ pontificem sub patrocinio dicti gloriosi confessoris/cuius corpus ibidem quiescere pontifex ipse declarabat/digne consecratum extitisse. Huiusqꝫ rei certitudinem totius orbis comprobat assensus/innumeraqꝫ et indubitata fidedignarum scripturarum aliarumqꝫ probationum firmant testimonia/quorum pars maxima non ab huius Antoniani ordinis viris/sed a monachis ipsis diuersarie postmodum opinionis assertoribus/seu qui postea dictum sanctum corpus se habere iactitarunt/prodisse conuincitur. Extatqꝫ etiam adhuc hoc ipsum tum literis/tum sculpturis aperte referens argentea capsa/ab ipsis olim monachis fabricata / in qua dicti sancti corporis reliquie sunt recondite / quadam tamen altera interiore ex cypresso composita/propriisqꝫ manibus sancti cuiusdã viri Carthusiani ordinis fabricata incluse. Quod autẽ postea sanctũ ipsum corpus inde ablatum/seu tunc cum predicti monachi ab eo loco expulsi fuerunt subtractum/et vt ipsi asserunt exportatum fuerit/ huiusce pretensi facti allegateqꝫ subtractionis probatio haud dubie iis incumbit facienda/qui hec facta asserunt. Alioqui nulla probatione apparente/vana procul dubio friuolaqꝫ censeri debet talis assertio. Unde cũ nullo probationis genere/ sed nuda tantummodo propositione tante rei subsistentia innitatur/ eadem facilitate merito respuitur/qua et preponitur. Quod licet ad omnem controuersie disceptationem tollendam satis superqꝫ sufficere videatur / aliis tamen nihilominus perspicuis indiciis/apertissimisqꝫ argumẽtis/ea ipsa assertio indubitãter tollitur/et a veritate conuincitur penitus esse aliena.

In primis nāqꝫ predicta assertio: ꝙ san-
ctum corpus olim fuerit ab ecclesia sancti Antonij Viennensis per monachos/duz
ab ea fuerunt expulsi et spoliati/vel etiam prius sublatum/indeqꝫ exportatum/tol
litur eliditurqꝫ/eo ꝙ ipsam expulsionem constat de anno domini millesimo ducen-
tesimo nonagesimo factum extitisse/virtute scilicet ac pretextu tituli per Stephanū
Montismaioris abbatē Aymoni domus eleemosynarie sancti Antonij magistro
collati atqꝫ attributi. Ipse etenim Aymo post habitam a dicto Stephano abbate
prouisionem/seu regendi et administrandi prioratum dicte ecclesie sancti Antonij
facultatem/prout supra in tertia huius operis parte relatum est/ab eisdem prioratu
et ecclesia Gratonem monachum/qui se pro priore gerebat pariterqꝫ monachos
ibidem degentes nocturno tempore expulit/⁊ eiecit. Cum autem Aynardus Castri
noui dominus/dictiqꝫ Gratonis frater germanus eiectionem et spoliationem hu
iusmodi egre admodum tulisset/satellitibus aliquot virisqꝫ militaribus adunatis/
dictum Aymonem predicte domus eleemosynarie atqꝫ huius ordinis magistrum
nihil tale suspicantem/dispositis insidijs circunueniens cepit/captumqꝫ ad arcem
Castri noui pduxit/et in arctissima inclusuz custodia tenuit: vbi post varias alterca
tiones idem magister pro dictorum Aynardi et Gratonis voluntate in certas con
ditiones iurare coactus est. Quibus inter alia/publico testante instrumento de an
no millesimo ducentesimo nonagesimo primo confecto/cauebatur de prioratu et ec
clesia Beati Antonij per ipsum magistrum et suos post illius liberationem relaxā
dis: ita tamen ꝙ in manus illustrissimi Hierosolymorum et Sicilie regis repone-
rentur/illiusqꝫ fidei cōmitterentur/quo ad vsqꝫ de contendentium iuribus, dicti
scilicet magistri et Gratonis se pro priore dicte ecclesie gerentis cognitum esset. No
minatimqꝫ et expresse tunc ibidem dicti Grato et Aynardus postulabant vt cum
prioratu et ecclesia predictis/etiam sanctum beatissimi Antonij corpus in eadem ec
clesia existens/necnon alie sanctorum reliquie/ac iocalia aurea/et argentea/sacraqꝫ
vasa restituerentur/et relaxarentur. Quod licet magister ipse in carcere detentus fa
cere seu procurare promisisset/pristine tamē postmodum libertati redditus/iuramē
ti dispensatione atqꝫ relaxatione obtenta/minime adimpleuit/prout nec etiam face
re aut adimplere potuisse/refragante toto ordine/necnon ijs qui in prioratu ipso
erant/preceptorie scilicet Cabilonensi ⁊ domini Podij Richardi/permultisqꝫ mili-
taribus viris ad custodiam ipsius prioratus et ecclesie institutis. Sicqꝫ his metu
extortis promissionibus et pactionibus pro nihilo habitis/alia concordia seu alio
tractatu opus fuit. Quapropter apud Romonense oppidum illustrissimo principe
domino Humberto Delphino presenti/tractanteqꝫ/⁊ promouēte/ac etiam reuerē-
do patre domino archiepiscopo Viennen̄. ꝑplurimisqꝫ proceribus dicte prouincie
Viennensis ibidem assistentibus/noue pacis leges atqꝫ conditiones solenniter ini
te fuerunt/et inter partes ipsas conclu se: quibus mediantibus prioratus ipse et ec-
clesia vna cum sancto corpore sacrisqꝫ reliquijs omnibus et iocalibus eisdem Ay-
moni magistro libere remanserunt/dictusqꝫ Grato qui pridem se pro priore gesse-
rat/sponte omni iuri a se pretenso renunciauit/illudqꝫ dicto Aymoni libere cessit/
reseruata sibi duntaxat annua trecentaruz librarū pensione super fructibus ipsius
prioratus. Eoqꝫ modo priores conuentiones apud Castrum nouum inite rescisse/
cassateqꝫ/et annullate fuerunt. Hec autem ipsa libero hincinde partium consensu/
iuramentisqꝫ et stipulationibus/necnō etiam idoneis cautionibus firmata fuerūt
anno salutis Christiane millesimo nonagesimo secundo.

Nec pretereundum

Nec pretereundum est concordiã huius modi inter dictum Aymonem magistrum/necnon et Aynardum / atqz Bratonẽ supra memoratos/qui omnes de prouincia Viennensi seu Delphinatu erant oriundi/fuisse initam/resqz infra dictam prouinciã Viennẽsem presente(vt profertur)et assistente principe Delphino / atqz etiam archipresule Viennensi/q̃pluribusqz ex eadem prouincia nobilibus viris tractata fuit et conclusa. Quapropter nulla ratione credendum est tantos viros vnq̃ fuisse passuros vt quidpiam fieret/aut concluderetur/per quod in totius patrie preiudicium ꝛ dedecus tam preciosiarum reliquiarum thesaurus ab eadem tolleretur. Sic itaqz publica documentorum fide apparet dictas sanctas reliquias per priorem vel monachos / qui in dicto prioratu erant/ante ingressum dicti Aymonis minime fuisse sublatas vel exportatas: quandoquidem(vt predictum est)inter cetera prime concordie post eorundem prioris et monachorum eiectionem inite capita/ipsius sancti corporis reliquie restitui relaxariqz postulabantur/quod proculdubio petitum non fuisset/si antea per ipsum priorem et monachos fuissent sublate. Eandemqz ipsam concordiã constat postmodũ presente et assistente illustrissimo principe Delphino/atqz etiam Viennensi archiepiscopo rescissam et annullatam/penitusqz abrogatã fuisse/sic et taliter vt dictus Brato prior/mediante certa pensione annua/ ab omni pretenso iure et petione destiterit/illisqz renunciauerit. Quanq̃ si illa primo loco inita cõcordia seruata fuisset/ nec ecclesia/nec sancti corporis reliquie in manibus dictorum Bratonis et Aynardi erant mansure/sed iuxta conuenta in manus illustrissimi Sicilie ꝛ Hierusalem regis reponende/donec ꝛ quousqz de iuribus partium fuisset questio terminata.

Secundo loco non parum mouet q̃ dictus Brato prior et monachus/necnon Aynardus eius frater Castri noui dominus ex illorum sanguine ꝛ familia prodierant/eorumqz successores erant/qui olim ipsius sanctissimi corporis reliquias detulerant/in predictaqz ecclesia collocarant. Quam etiaz ob res prerogatiuas honoresqz in eisdem ecclesia ꝛ prioratu soliti erãt obtinere / prout et adhuc impresentiarum eorundem obtinent successores. Preterea iidem etiam cum ex ipsa Viennensi prouincia essent oriundi/ verisimile non est eos quouis pacto assentiri voluisse vt quidpiam fieret / quo sibi suisqz successoribus preiudicium generaretur/seu per quod in posterum solitis honoribus et prerogatiuis frustrarentur/aut ex sua prouincia locoqz domui sue propinquo sanctus hic thesaurus ad alienam longeqz a se remotam patriam transferretur.

Tertio loco constat dictos priorez ꝛ monachos/qui tunc in ipso prioratu degebant/inopinato euentu/nocturnoqz tempore fuisse expulsos/ita vt fere nudi aufugerint/quemadmodum proposita per ipsos monachos apud sedem apostolicam querela litereqz super eadem obtente manifestant:quod etiam alia publica documenta aperte contestantur. Quapropter absurdum est dicere eosdem monachos/qui sibiipsis in tam repentina eiectione consulere minime potuerant/tunc sanctum corpus firmissimis seris ꝛ claustris reconditũ abstulisse/quum vix interculas/exiguaqz tegumenta permissi sint exportare.

Quarto loco cum post expulsionem predictam lapso ferme sex annorum spacio dicti abbas ꝛ monachi Montismaioris ad

sedem apostolicam recursum habuissent/inter alia exposuerūt declararuntq; dictū
sanctuz corpus adhuc in predicta ecclesia requiescere/qua se spoliatos fuisse assere
bant/extantq; super hoc apostolice Bonifacij octaui litere/per ipsos abbatem ⁊ mo
nachos impetrate ac obtente/archiepiscopoq; Arelatensi/necnon episcopo Mas
siliensi directe/date Rome apud sanctum Petrum decimo septimo cal. Junij an
no secundo/qui fuit Christiane salutis millesimus ducentesimus atq; nonagesi
mus sextus. Ex quarum etiam tenore literarum/apparet illos hactenus in dictorū
prioratus ecclesie ⁊ reliquiarum possessionem minime fuisse restitutos. Paucis et
enim inde mensibus Bonifacius ipse Romanus pontifex dictuz prioratum in ab
batiam erexit/ad quam supramemoratum Aymonem de apostolice potestatis ple
nitudine promouit: factumq; ibidem est atq; institutum totius Antonij ordinis
caput.

Quinto: existentiā dicti sancti corporis

in ecclesia huius monasterij sancti Antonij Uiennensis/etiam post expulsionē pre
dictam clarissima comprobatione testatus est predictus felicis recordationis Bo
nifacius papa octauus/apostolicis literis declarans se prioratuz predictum in ab
batialem erexisse dignitatem ob honorem ⁊ reuerentiam beatissimi Antonij/cuius
corpus in ecclesia eiusdem requiescere affirmabat/quemadmodum ex ipsaruz apo
stolicarum literatum tenore apertissime innotescit/datarum apud Urbem veterem
quarto idus Junij anno tertio. Et has ipsas literas predicti abbas et monachi/eo
rumq; successores sepissime approbarunt/illarumq; virtute ad solutionem pensio
nis institute/abbates qui pro tempore fuerunt huius monasterij sancti Antonij/
hancq; religionem/vijs iuris et remedijs opportunis ad iudicium euocatos coar
tarunt et compulerunt.

Sexto: id idem et per alias eiusdem Bo

nifacij pontificis literas subinde emanatas iterum atq; iterum legitur esse compro
batum/assertumq;/et contestatum.

Septimo: vetustissimorū documētorū

fide constat aliquot post dictam expulsionem annis solennem dicti corporis visita
tionem factam extitisse/anno scilicet verbi incarnati millesimo trecētesimo septimo
assistentibus prelatis et nobilibus personis q̄plurimis/ipsumq; sanctum corpus
ibidem haud dubie repertum.

Octauo: pariter ipsius sancti corporis

existentiam in hoc sacro cenobio post dicte expulsionis tempus/suis literis compro
basse legitur felicis recordationis Urbanus eius nominis papa quintus. Et ob
eam causam q̄maxime illi cure fuit vt monasterium ipsum magnificis structuris
decoraretur/atq; illustraretur.

Nono loco non mediocriter rei huius

certitudinem/contrarieq; assertionis improbationē cuiq; exhibet/per Christianissi
mum Francorum regem Carolum eius nominis quintum super hoc olim facta cō
testatio/qui etiam personaliter dictum sanctuz corpus voluit venerari/humane re
demptionis anno millesimo trecentesimo sexagesimo octauo/per suasq; sub regalis
sigilli

sigilli munimine decretas conscriptasq; literas/ad hunc modum de re huiusmodi retulisse/posterisq; confirmasse legitur. Cordis nostri oculos erigentes ad gloriosissimum ac sanctissimum dei confessorem meritis excelsum sanctum Antonium abbatem/cuius sacrum corpus in Delphinatu nostro Viennensi quiescit:et quem locum ipsius sancti gratia et domino permittente personaliter visitauimus ꝛc.

Decimo: idipsum etiam anno Christi

millesimo quadringentesimo quinto decimo patenter suis literis authenticoq; diplomate contestatus est inclytissime memorie Sigismundus imperator/qui etiam ea ratione sacrum istud diui Antonij monasterium personaliter visitauit / ꝛ locum ipsum/circunuicinū q; territorium/personasq;/ꝛ bona incolentium sub sua sacriq; Romani imperij protectione et tutela specialiter suscepit/priuilegijsq; et prerogatiuis decorauit. Sic autem illius continent litere. Sane ad oppidum/villam/seu locum sancti Antonij/et mandamentum eiusdem/in circuitu / ꝛ circuncirca ad spatium et distantiam medie leuce tantummodo existens/ in quo sacratissimum corpus et reliquie eiusdem sancti Antonij requiescunt in pace / et per misericordiam diuinam multa fidelibus prestantur beneficia/nostre considerationis intuitum conuertentes ꝛc.

Undecimo loco subsequitur approbatio

felicis recordationis Martini pape quinti/quem constat ob presentiam et existentiam corporis beatissimi Antonij deuotionis et voti gratia ad hoc venerabile monasterium primo sue creationis anno personaliter sese contulisse/et ante dicti santi corporis feretrum suum simulachrum in orantis speciem statuisse.

Duodecimo de eadem ipsa re Carolus

Sextus Francorum rex Christianissimus per quasdam suas anno millesimo quadringentesimo trigesimo quarto conscriptas literas retulisse legitur/testatus se personaliter ad locum et monasterium predictum presentialiter venisse/ vt debita beatissimum Antonium veneratione coleret/cuius sacrum corpus in ecclesia eiusdem monasterij quiescebat. Unde locum ipsum/ac monasterium/totamq; religionem priuilegijs q̄plurimis decorauit.

Decimo tertio Sixt⁹ quartus papa apo

stolicis literis anno millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio editis / expressum reliquit verum corpus beatissimi Antonij pie credi/fama vbiq; referēte/ in dicto Viennensi monasterio requiescere.

Decimo quarto testatissimum rei huius

argumentum afferunt personales visitationes / deuoteq; representationes olim ante ipsum sanctum corpus per alios Francorum / necnon Sicilie / et Hierosolymorum/atq; etiam Nauarrorum reges/preterea duces/comites/marchiones/ aliosq; Christianos principes q̄plurimos facte/illorumq; magnifica sumptuosaq; donaria / necnon variis modis exhibite contestationes/ quas operosissimum esset sigillatim recensere. Multoq; magis ad rē facere existimande sunt supremi ordinis

antistitum/sacrorumqz pontificum/necnon ecclesiasticorum prelatorũ comprobationes:que tot tanteqz sunt/vt illas referre nullo modo posse videamur.

Decimo quinto coniecturã non mediocrem hac in re facit vetustissima scriptura cum dicto sancto corpore reperta ad hũc modum in parua membrane schedula referens. Hoc est corp⁹ ꝛ reliquie beati Antonij ex Egypto. Amen Amen. Id ipsum etiam contestatur vestimẽtuz illud nimia iam vetustate ferme exesum/quod Pauli primi eremite fuisse nonnulli autumant. Constat hoc autem vestimentum ipsum olim dictorum monachorum temporibus cum predicto sancto corpore fuisse reconditum. Preterea etiam veritatem ipsam comprobat cypressina capsa pleno opere per virum quendam sanctuz Carthusiani ordinis dudum fabricata/in qua antiquissimis ipsorum monachorum scripturis et documentis testantibus/constat iam dictuz sanctum corpus olim fuisse transpositum/atqz reconditum.

Decimo sexto:cum Arelatenses et Mõtismaioris monachi ex opinione Antonij presulis Florentini semper falsi sint/alterũ ex brachijs dicti sancti corporis in hoc sacro monasterio fuisse conseruatum/vehementer perurget vera conformitas et naturalis proportio ossium dicti sancti corporis cum ipso brachio. Cuiusquidem proportionis veritas publica/solenniqz/nec non debite autorisata visitatione extitit comprobata.

Decimo septimo constat anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo publicam solennemqz visitationẽ ꝛ inspectionem verificationemqz dictarum reliquiarum per sancte sedis apostolice nuntios et legatos factam extitisse/assistentibus ibidem Christianissimi Francorum regis oratoribus/ꝙ plurimisqz proceribus:vbi inter reliqua solennia illud accessit/ꝙ Antonius eiusdẽ Antoniane religionis pastor mirabili sacramẽto/tã suo ꝙ suoruz fratrũ noie cõtestatus est/ac iurauit/nũꝙ circa reliquias ipas seu circa dictũ sanctuz corp⁹ aliquid fuisse directe vel indirecte immutatũ/machinatũ aut suppositũ.

Decimo octauo:non paruz astipulatur mira antiquitas que in ossibus sancti corporis hoc in loco reconditi cernitur/que certe tanta est/vt rei multorum seculorum speciez euidentissime prese ferre dignoscatur. Certum autez est diui patris Antonij corpus lapsis propemodum annis mille ducentis fuisse terre comendatum.

Decimo nono:comprobãt pariter hoc ipsum infinita propemodũ miracula/que fieri conspecta sunt/dietimqz visu ac sumptione vini per intinctionem sacrarum eiusdem corporis reliquiarum sanctificati fieri conspiciuntur:que si referre velim/dies ipsa me deficiet/sed satis superqz huiusce rei veritatem quotidiana experiẽtia protestatur.

Vicesimo non:parum ad rem facit reticentia et taciturnitas per longissima tempora dicte/ꝛ(vt prefertur/allegate subtractionis. Hec enim assertio ab eo duntaxat tẽpore sumpsit originẽ/quo fuit a solutione pẽsionis per Bonifaciũ octauum statute cessatũ/seu contradictio facta de eadẽ.

Vicesimo

Uiceſimo primo ne diutius circa hoc im moremur/ſupradicta aſſertio/ꝙ dictum ſanctum corpus fuerit olim per monachos ab hoc loco ſubtractum et exportatum/apertiſſime ꝛ indubitanter conuincitur per contrariam aſſertionem abbatis et conuentus dicti monaſterij ſancti Petri Mon tiſmaioris iudicialiter in ſuprema Tholoſani parlamenti curia olim anno domini milleſimo quadringēteſimo trigeſimo primo factā. Ibi etenīz dicti abbas ꝛ cōuen tus ſancti petri Mōtiſmaioris confeſſi fuerunt/per expreſſamqꝫ aſſertionē declara runt/et recognouerunt ſanctum corpus beatiſſimi Antonij in eccleſia huiuſce mo naſterij Uiennenſis fuiſſe/et eſſe reconditum/atqꝫ conſeruatum/prout latius ex te nore ꝓpoſitorū ꝑ eoſdē Montiſmaioris monachos cuiuis innoteſcerere poteſt:que ad vberiorē veritatis cognitionem hoc loco duximus ſubiungēda. Sic autē habēt.

Et primo attendere dignemini metuen diſſimi domini per viſcera miſericordie Jeſu Chriſti: qualiter abbas et conuentus beati Antonij ꝛ totius eorum religionis ſtatus dependet ex meritis eiuſdem ſancti primordialiter diuina prouidentia abbati monaſterij Montiſmaioris ꝛ monachis eiuſdem traditi et commiſſi. Et inde ex diſpoſitione apoſtolica per ſummum ponti ficem Bonifacium papam octauū Abbatia nouiter facta de prioratu dictorū mo nachorum/eccleſia/ac corpus/ꝛ reliquie eiuſdem ſancti fuerunt tradite dicto abba ti et conuentui ſancti Antonij/et bona infinita meritis dicti ſancti ex eo venerunt ꝛ veniunt quotidie/vti latius in factis ꝛ articulis ſuperius reſeratis/et in preſenti cu ria oblatis/ꝛ coraꝫ vobis productis diſſeritur/ꝛ reſeratur/ad que ſe refert. Item ꝙ dictus ſanctus ſeu eius corpus fuit primo penes dictos monachos habentes vnuꝫ priorem/et inde prioratus in abbatiam ſancti Antonij nuncupatam per papā fuit erectus/et ſic dicta abbatia ſancti Antonij primo fuit priorat⁹ dictorū monachorū/ donec de eodē prioratu(vt premittit̄)abbatia fuit facta/q̄ ex tūc abbatia ſancti An tonij fuit et eſt dicta/ꝛ nullatenus priorat⁹ Mōtiſmaioris ſicut prius. Itē ꝙ dict⁹ Bonifacius papa octauus motus ob reuerentiā reliquiarū ſeu corporis beati An tonij/que in dicto prioratu requieſcebant/et de preſenti requieſcunt/ipſum priora tum tunc pertinentem ad monaſterium Montiſmaioris erexit in abbatiam/vt pre miſſum eſt/prout narratur in bulla per verba ſequentia. Ceterum quia prioratum eundem propter ipſius beati Antonij reuerentiā/cuius glorioſa merita per vniuer ſas eccleſias in huius orbis latitudine conſtitutas manifeſtius innoteſcūt/cuius corpus ſicut fama celebris miſit ad poſteros/ſeu innumera que per eundem ſanctū ibidem dominus miracula iugiter operatur/patenter oſtendunt/in prioratu ipſo quieſcit/condignis efferri honoribus/non tam dignuꝫ ꝙ debitum exiſtimantes/ prioratum ipſum in abbatiam erigimus de eorum fratrum cōſilio/et eiuſdem ple nitudine poteſtatis. Ex quibus verbis colligitur motiuum cur ſummus pontifex de dicto prioratu fecit abbatiam.

Itē ꝙ ob eiuſdē diminutionē dicti ſancti Antonij/ꝛ amotionem ab eodeꝫ monaſterio ſeu a monachis/qui dictum corpus primo obtinebant/et collationem ſeu commiſſionem abbati ꝛ abbatie ſancti Antonij(ſicut premittitur) per ſummū pontificem de nouo factas/aliaſqꝫ ob cauſas eundem ſummum pontificem mouen tes/Idem ſummus pontifex per modum recompenſationis ſubtractoruꝫ taxauit/ ordinauit/et aſſignauit dicto monaſterio Mōtiſmaioris in et ſuper abbatem ꝛ con uentum beati Antonij nouiter factum/ſummam mille trecentarum librarum tu

ronensium paruarum annis singulis soluendam/et satisfaciendam/ad hoc submit tendo / et obligando/ac hypothecando abbatem/ monasterium et hospitale sancti Antonij/ac omnia membra/et quecunqz bona presentia z futura/veluti etiam constat bulla siue literis apostolicis super hoc confectis/ad quas se refert.

Item qualiter de tanto: quod non est mirum/prelibati abbas z conuentus Montismaioris fuere diminuti/de tam magno et mirabili sancto et eius reliquijs dicti abbas et monasterium sancti Antonij et vniuerse illius preceptorie in toto orbe terrarum fuerunt et sunt mirabiliter decorate/et ditate.

Item q extunc postq summus pontifex dictos monachos Montismaioris custodiam dicti sancti seu corpus eius habentes/et illius prioratum in Abbatiam sancti Antonij erexit/et eos penitus separauit ab abbate z cōuentu Montismaioris/de quorum membris existebant/dictaqz pensionem constituit in illos et eorum membra/recusarunt sepius soluere et satisfacere pensionem ordinatam per summum pontificem/aut illam cum maxima difficultate exoluere/cōtra illud/Reddite que sunt Cesaris Cesari/et que sunt dei deo: contraqz omnia precepta diuina pariter et humana.

Item q interdum et tunc vias diffugij querentes/bullas apostolicas diuersas impetrare studuerūt ad extinguendum et omnino abolendum pensionem taxatam/quibus merito extitit denegatum / interdum dicentes et allegantes non debere soluere de moneta currente tempore taxationis et ordinationis per Romanum pontificem facte/z date bullarum apostolicarū super hoc concessarum/sed de moneta diminuta: interdum alias vias exquisitas/ dicentes et allegantes(quod est omni iure deuium et absonum)vt edocēt ciuiles et canonice sanctiones.

Item minus aduertit seu aduerterunt aduersarij quando non de re ecclesiastica et spirituali / seu ecclesiasticis et spiritualibus annexa agitur/sed de re prophana/quadam videlicet pensione in recompensationem assignata per summum pontificē loco illius sanctissimi corporis beati Antonij/in quo recompensatio cadere non valuit/nec aliqua fieri comparatio. Et vtinam dictum sanctum corpus et tam preciose reliquie eidem abbati et conuentu Montismaioris remansissent/seu membris eorundem/z nusq dictam pensionem obtinuissent/sed applaudentes voluntati summi pontificis ita merito voluerunt.

Item cogitet vnusquisqz q si summus pontifex presensisset pauperes abbatē et conuentum Montismaioris pro dicta pensione fuisse tribulandos/sicuti vexati/inaniti/et tribulati fuere/si idē summus pontifex dictum preciosissimum sanctuarium eisdem abstulisset/minusqz abbatem z abbatiā erexisset intuitu dicti sanctuarij/sed sepissime quod introducitur ad compendium/trahitur ad noxā/vti in casu de quo agitur. Inquit enim ipse summus pontifex. Et si dei locum teneamus in terris/non tamē de occultis possumus diuinare. et sic nec de futuris.

Vicesimo secūdo hācipsaz cōfessionem dicti Montismaioris monachi āno millesimo

millesimo quadringentesimo quadragesimo coram regio senatu geminasse leguntur. Ibi etenim legitimus illorum procurator iudicialiter litigando replicandoqȝ pluries proposuit abbatem et religionem sancti Antonij nequaq̄ esse audiendos/inq̄tuȝ dicebant se non posse supradictam pensionem supportare:attenta redituum ⁊ bonorū monasterij eiusdem sancti Antonij diminutione:cum certum esset oblationes ibidem magnas fieri propter deuotionem et concursum populorū ad visitandum et venerandum sanctum corpus beatissimi Antonij/quod in codeȝ monasterio requiescebat. Offerebantqȝ expresse dicti abbas ⁊ conuentus Montismaioris organo dicti eorum procuratoris se paratos quitare annuam pensionem quam petebant/et ex abundanti viceuersa ad soluendam annuam similem pensionem se obligare/dummodo eisdem restitueretur dictum sanctuȝ corpus beatissimi Antonij/quod olim fuerat illis(vt asserebant)oblatum. Hoc autem semel atqȝ iterum pluriesqȝ in eo iudicio replicasse repetijsseqȝ leguntur/prout in publicis ipsius supreme curie actis ⁊ registris Gallico idiomate conscriptis apparet.

Vicesimo tertio ad premissorum confirmationem afferri potest id quod a plerisqȝ sapientibus viris dictum accepimus/nullatenus scilicet verissimile videri diuinam prouidentiam/que summa quadam ratione cuncta administrat/voluisse/aut fieri permisisse / vt dictum sanctum corpus ab eo loco furtiue auferretur/qui cum olim Mota diceretur/postea ob thesaurum dicti sancti corporis in eodem repositum nomen sancti Antonij fuerat sortitus/ac per tot retro secula id vocabulum eamqȝ appellationem tenuerat/semperqȝ retinet. Preterea/cum Beatissimus Antonius ibidem toto orbe venerandam habeat ecclesiam ad eius honorem fabricatam / subqȝ speciali illius patrocinio consecratam/in qua totius religionis sub eiusdem sancti nomine institute caput extitit/satis proculdubio absurdum videretur ipsum sanctū corpus sua propria ⁊ peculiari sede relicta / ~~proprioqȝ domicilio pretermisso/ad~~ alienam domum transiuisse/vel apud edem seu sacellum beati Iuliani Arelatensis/tanq̄ aduenaȝ seu hospitem in aliena mansione peregrinari morariqȝ voluisse.

Vicesimo quarto nequaq̄ pretenbo q̄ ante visitationē ⁊ inspectionem dicti sancti corporis anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo factam/cum interior capsa ex cypresso fabricata/in qua dictum sanctum corpus fuit ⁊ est reconditum/a tempore Aymonis abbatis minime reserata seu apta/quinimo multos per annos conclusa stetisse anteq̄ ad illius apertionem procederet/consulti super hac re pleriqȝ viri per id temporis sanctitate et miraculis clari/potissimeqȝ Franciscus de Paula/ordinis minimorum primarius institutor/apud Turonos celibem ducēs vitam/vnde ⁊ postmodum in beatorum numeruȝ est relatus/omnes ipsi diuina freti reuelatione declararunt dictam capsam confidenter et sine trepidatione aliqua fore aperiendam/quandoquidem omni dubitatione postposita in eadem dictum sanctum corpus reperiretur inuolutum/prout et effectus ipse demonstrauit. Licet enim complures super existentia dicti sancti corporis haberentur contestationes:attamen propter temporis longinquitatem/et quia sine vi et opera fabrili capsa predicta minime poterat aperiri: huius ordinis patres/aliquantulum id attentare formidabāt: ne temeraria presumptuosaqȝ videretur attrectatio/indeqȝ aliqua forsan contraheretur offensa.

Vicesimo quinto omnem prorsus dubitationem excludit/contrariamqȝ assertionē penitus iugulat/mactat/ atqȝ cōfodit/

ſubſequutum ſancte ſedis apoſtolice iudicium/illiuſqꝫ ne Chriſti fideles falſis opinionibus deciperentur/ſuper hoc facta declaratio atqꝫ determinatio/cui omnes Chriſti fideles obaudire decet. Felicis nanqꝫ recordationis Innocentius eius nominis papa octauus/huiuſce rei veritate comperta/motu proprio et ex certa ſcientia/apoſtolica autoritate declarauit/verum corpus dicti beatiſſimi patris Antonij/ſemper ab eo tempore/quo ex Conſtantinopoli Ad Galliarum partes tranſlatum extitit/in hoc ipſo monaſterio Viennenſis dioceſis/antea prioratu Mote nuncupato/ꝛ non alibi/fuiſſe/ꝛ eſſe/ſicqꝫ ab omnibus Chriſti fidelibus/firmiter ac veraciter teneri et credi debere/prout in eiuſdem Innocentij literis plenius continetur. Quarum diſpoſitiua hec ſunt verba. Motu proprio/non ad alicuius nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam/ſed de noſtra mera deliberatione/et ex certa ſcientia/autoritate apoſtolica tenore preſentium declaramus verum corpus eiuſdem ſancti Antonij/ſemper ab eo tempore/quo ex ciuitate Conſtantinopolitana ad partes illas tranſlatum fuit/in dicto monaſterio ſancti Antonij/antea prioratu Mote nuncupato/et non alibi/fuiſſe/et eſſe: Sicqꝫ ab omnibus Chriſti fidelibus/firmiter ac veraciter teneri ꝛ credi/ac per quoſcunqꝫ locorum ordinarios/ac etiam abbates/alioſqꝫ prelatos et perſonas eccleſiaſticas/ad omnem dilectorum filiorum abbatis et conuentus dicti monaſterij ſancti Antonij requiſitionem/publicari debere. Mandantes eiſdem in virtute ſancte obedientie/ne ſubditos ſuos/et parochianos/cauſa viſitandi ſanctum et venerandum corpus huiuſmodi/ad alium locum ꝙ ad dictū monaſteriū ſancti Antonij/dirigere/cōuertere/ſeu deſtinare/publice vel occulte/directe vel indirecte/quoquomodo preſumant.

Facta autem Eſt declaratio huiuſmodi/quarto idus Martij/dominice incarnationis Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo.

Vigeſimo ſexto Predictus Innocentius/per alias ſuas literas/ſub anathematis pena monuit omnes ꝛ ſingulos vt ab aſſertione/ꝙ reliquie eiuſdem ſancti Antonij apud Arelateñ. non autem in monaſterio ſancti Antonij Viennenſis exiſterent/deinceps abſtinerent atqꝫ deſiſterent.

Vigeſimo ſeptimo Inclyte recordationis Alexander ſextus pontifex Romanus/Chriſtiqꝫ in terris vicarius/ſimiliter ad inſtar dicti ſui predeceſſoris/proprio motu et ex certa ſcientia/anno pontificatus ſui primo/verum corpus diui Antonij magni/in hoc ſuo monaſterio Vienneñ. et non alibi requieſcere declarauit. Et ita ab omnibus credendum fore decreuit: quod etiam idem Alexander poſtmodum et ſecundo conſiſtorialiter et de fratrum ſuorum ſancte Romane eccleſie cardinalium conſilio ſanxit/ſtatuit/decreuit/expreſſiuſqꝫ apoſtolica autoritate innouauit: formidabiles quoqꝫ cenſuras et penas/aduerſus contrarium aſſerentes promulgauit/prout ex ſuarum literarum tenore/appertiſſime innoteſcit.

His itaqꝫ rationibus perſpicuum eſt

ſententiam/in eo quod tam dilucidis patet argumentis/eſſe omnino firmandam/ſancteqꝫ ſedis apoſtolice/necnon Romane eccleſie/que caput omnium eccleſiarum eſt et magiſtra/iudicium et decretum hac in re (omni dubitatione ſepoſita) fore ſequendum. Et hec ipſa quandoquidem hactenus non ſatis explorata fuerunt/ſpero non paucis veritatis cognitionem affectantibus/futura eſſe gratiſſima.

De precipuis

De precipuis illuſtrationibus ſacri monaſterij ſancti Antonij Uienneñ.

Caput.xl.

PRofeſſus ſuꝫ ab exordio ſuſcepti operis me rudem tantummodo ꝛ incomptã/ſine politura aliqua/ materiam ab alio quouis magis idoneo ſcriptore/ pro illius arbitrio/poſt hac copioſius tractandam/exornandamqꝫ ſubminiſtraturum. Nõ enim(vt videre par eſt)eo quo diſerti rerum ſcriptores ſolent ordine/ſeu dicendi genere/hec ipſa digeſſimus:verum ſalebroſis potius quibuſdam/atqꝫ interciſis/maleqꝫ coherentibus narrationibus/ prout ſeſe res obtulerunt tumultuarie congeſſimus:quo identidẽ obſeruato more/nonnullas ſacri huius monaſterij laudes / memorandaſqꝫ illuſtrationes / atqꝫ preclara ornamenta / compendioſa enumeratione / poſtremo hoc loco ſubdidimus:que tametſi procul dubio nobilioris ſtyli facundiam promereri viderentur/ſatius tamen viſum eſt/ea in lucem quoquo modo proferre ꝙ cum maxime cognitu digna ſint / improbando ſilentio preterire.

In primis Igitur celeberrimum iſtud monaſterium maxima ſanctitatis veneratione ab omnibus colendum exiſtimatur / ob ſacratiſſimas/que in eodem honorifice recondite ſunt/ſanctorum reliquias:quarũ hec eſt deſignatio. Beatiſſimi atqꝫ glorioſiſſimi ſancti Antonij Egyptij abbatis corpus/cuius ꝗta ꝗqꝫ precelſa ac celebris fuerit/ſitqꝫ apud omnes gentes ꝛ populos claritas/et inuocatio/non opus eſt ſcribendo referre. Satis nãqꝫ hoc ipſum mirabilibus argumentis indicijſqꝫ quotidie teſtificatur ille/qui ad ipſum Antoniuꝫ ait/Ecce ego tecum ſum/ꝛ faciam te in toto orbe nominari.

Item corpora trium fratrũ/qui apud Lingones/pro Chriſti nomine/felici martyrio coronati ſunt/multiſqꝫ per dei gratiam effulgent miraculis.

Item caput ſancti Caſſiani martyris.

Item caput ſancti Eutropij epiſcopi.

Item quatuor capita ex cetu vndecim millium virginum.

Item caput beate Felicitatis /quam diuus Auguſtinus pluſꝗ martyrẽ fuiſſe dicit.

Item tres ſpine ex corona domini noſtri ieſu Chriſti.

Item de veſtimentis eiuſdem domini noſtri.

Item de ſudario ipſius.

Item de preſepe.

Item de columna/ad quam fuit ligatus.

Item de lapide monumenti.

Item de ligno ſancte crucis.

Item de menſa/ſuper qua Chriſtus cenauit cum diſcipulis ſuis.

Item de ſanguine/qui miraculoſe emanauit ex imagine crucifixi.

Item de reliquijs ſanctorum Joannis baptiſte/ſancti Petri/ſancti Pauli/ſancti Andree/ ſancti Barptolemei/ ſancti Jacobi maioris/ ſancti Jacobi minoris/

sancti Thome/ sancti Simonis/sancti Jude/sancti Barnabe/sancti Luce/sancti Marci/sancti Cleophe.

¶ Item de reliquijs sancti Stephani protomartyris/Sancti Blasij/sancti Georgij/sancti Laurentij/Ex reliquijs quadraginta martyrum/sancti Sebastiani/sancti Christophori/sancti Agapiti/sanctarum quatuor coronarum/sanctorum Rustici et Eleutherij/sanctorum Innocentium/sanctorum Alexandri et Euentij/sancti Nicasij/sancti Innocentij/sancti Laureani sancti Symphoriani/sancti Cypriani/sancti Marcelli/sancti Saturnini/sancti Theodori/sancti Eustachij/sancti Sixti/sancti Hippolyti/sancti Petri martyris/sanctorũ Crispini et Crispiniani/sancti Clementis / sancti Adriani/sanctorum Vitalis et Agricole/sancti Leodegarij/sancti Crescentis/sancti Apollinaris martyris/sancti Demetrij/sancti Theobaldi/sanctorum Agapiti et Felicissimi.

¶ Item de reliquijs sanctorum confessorum Pauli primi eremite/sancti Benedicti abbatis/sancti Nicolai/sancti Longini/sancti Martini/sancti Juliani/sancti Guillielmi de desertis/sancti Leonis/sancti Mauri/sancti Claudij/scilicet de vestimentis illius/sancti Medardi/sancti Bernardi/sancti Sigismundi Hungarie Regis/sancti Symeonis Justi/sancti Hilarij/sancti Hilarionis/sancti Lupi/sancti Leonardi/sancti Herculiani.

¶ Item de reliquijs beate Marie magdalenes/sancte Constantie/sancte Emerentiane/sancte Apollonie/sancte Cecilie/sancte Agathe/ sancte Margarite / sancte Helene matris Constantini imperatoris / sancte Potentiane/sancte Clare/sancte Agnetis/sancte Marie Egyptiace/sancte Symphorose/sancte Martine / sancte Praxedis / sancte Sabine/ sancte Barbare/sancte Marie de Sardanay/de oleo beate Catarine.

Has autem dignissimas reliquias visitatas/autoritateq; legati sancte sedis apostolice dudu; comprobatas fuisse legimus/ etiã antiquis literarum monumentis comperimus/anno millesimo ducentesimo trigesimo tertio/ et sic lapsis iam annis trecentis.

Secundo loco: Si precelsam diuinarum rerum efficaciam/sublimitatez et magnificentiam attentius meditemur/ quãnam ille est qui summa sanctitatis veneratione eum locum non censeat esse dignum/in quo ex ordinaria duntaxat institutione/supra vndecies millies per annũ circulum/dominici corporis et sanguinis consecratione saluatoris memoria/precelseq; nostre redemptiõis mysterij recordatio celebratur/atq; recolitur. Extra ordinẽ vero quoties id fiat nemo posset certa complecti dinumeratione.

Tertio: eiusdem Monasterij templu; vti sacratissimum/summa veneratione dignu; iudicatur/ob cõsecrationis eiusdem mysterium A calixto papa eius nois secũdo sanctissimo pontifice factu;/ digneq; celebratu;/qd singulare; ipsi ecclesie et monasterio claritatẽ afferre videtur. Paucis etenim contigit locis/vt a summo antistite propꝛioq; Christi in terris vicario /consecrationis dedicationisq; munus acceperint. Hoc autem actum est Christiane salutis anno millesimo centesimo decimo nono.

Quarto: locus Ipse spiritualiu; magnitudine gratiaru; summopere illustratur:na; quotannis in die consecrationis templi et ecclesie/omnibus ibide; spe impetrande misericordie affluentibus/dei omnipotentis autoritate/virtuteq; clauiu; Petro apostolo vniuersaliq; ecclesie traditarum/necnon potestate ligandi et soluendi ecclesie concessa/omnia peccata remittuntur: plenariaq; remissione delentur. Preterea ipsa eadẽ autoritate / omnibus et

singulis

singulis predictum monasterium deuote visitantibus/infinite propemodum remissiones z indulgentie/per Romanos pōtifices beati Petri successores/concesse legūtur. Et presertim per Clementē quartum/Bonifacium octauum/Urbanum quintum/Gregorium decimum. Gregorium vndecimum/Sixtum quartum/ Alexandrum sextum/Innocentium octauum/Julium secundum/z Leonem decimum. Indulgētiarum vero per sancte Romane ecclesie cardinales archiepiscopos z episcopos concessarum/incredibilis est modus.

Quinto etiam Illustratur locus ipse/sacrumq; istud monasteriū plerisq; Romanorum imperatorum / regum/aliorumq; Christianorum principum priuilegijs/sed in primis Rodulphi/Sigismundi/z Maximiliani imperatorum seu Romanorum regum / pariterq; Ludouici sancti/Caroli eius nominis sexti/septimiq;/z octaui/necnon Ludouici vndecimi/z duodecimi/Francisciq; primi Francorum regum Christianissimorum.

¶ Item etiam Caroli Jacobi Ungarie Sicilieq;/insuper et Theobaldi Nauarre clarissimorum regum. Possent z alij perplures enumerari/quos breuitatis gratia preterimus.

Sexto: Insigne istud monasterium summe illustrant ingentia charitatis z pietatis opera/que in eodem iugiter fiūt z exercentur. In primis siquidem omnes sacro igne tacti/ex quibuscunq; mundi partibus affluant/recipiuntur ibidem:et q̄diu vixerint/si mutilati existant/aluntur/charitatiueq; sustentantur.

¶ Itē pauperibus leprosis circunuicini territorij/maxima vite subsidia prestātur.

¶ Item semel in anno conueniente ibidem leprosorū numerosa multitudine/charitatiua refectio exhibetur.

¶ Item in abbatiali domo/copiose pauperum illuc accurrentium multitudini/statuta hora diebus singulis /certa panis portio prebetur.

¶ Item peregrinis pauperibus seu indigentibus/semel in die panis vinum z pulmentum ad honestam sustentationem largiri consueuit.

¶ Item alia maxime memoranda eleemosyne largitio quotannis ad sexcenta fere grani sestaria Christi pauperibus erogatur. Est autē Sestarius mēsura magna atq; capacissima.

¶ Item sub aduentu hyemalis temporis/certus pauperum numerus rustico panno singulis annis vestitur.

Preterea Aduētātibus publice leticie ob sacrum natalis dominici diē festiuitatibus/ne pauperes inopia depressi/ vrgente victus penuria/eos dies luctuose transigāt/tanta candidi et alterius panis/vini quoq; z carnium q̄titas pauperibus familijs ad numerum octoginta largitur/vt in dies octo commeatus ille possit sufficere.

Adhec Sub quadragesime initium/statuto die/floreni sexaginta in pauperes eleemosyne gratia conferri atq; partiri consueuerunt: quod tamen rectius nuper sancitum est in eos tantum/qui morbo aliquo vel infirmitate laborarent/esse conferendos.

¶ Item in die cene dominice/duodecim pauperes in priuato reficiuntur/et extra ordinem alijs indigentibus/ea die/panis ad sex grani quartalia datur.

¶ Item in festiuitatibus dierum Pentecostes/ad non mediocrem grani q̄titatē/egentibus panis subministratur. De alijs autē extraordinarijs seu priuatis et particularibus eleemosynarum largitionibus/nequaq̄ operepretium est referre/illas nouit altissimus. Sed minime pretereunda est sanctissime societatis z fraternitatis

ibidem vigens institutio/cuius tanta est in exercendis pietatis et charitatis operibus excellentia/vt in orbe vniuerso/subq; vasto celi culmine/res prestãtior nequaꝙ possit reperiri: nã vt omnia vnico verbo cõcludã/per diuinã illam institutionẽ/quecunq; excogitari posse videtur pietatis opera/ exercẽtur. Nec dubiũ est certissimã illam esse viã/qua supne felicitatis cõsortia/quisq; mortaliũ assequi põt ac obtinere.

Septimo: Istud idem monasterium singulari veneratione dignu; reddit prestantissima circa diuinorum officiorum celebrationes obseruantia / solennisq; apparatus/necnon ordo/frequentia/magnificentia/decor/ atq; honestas/et alia que diuinis rebus pertractandis conueniunt / venerationẽq; et deuotionem promouent/atq; hominum mentes ad creatoris laudem contemplandaq; celestia erigunt et excitant/nec me hac in re vana protulisse arguet/qsquis monasterium ipsum diutius frequentauerit.

Octauo: Dicti monasterij excellentiam et claritatẽ magis ac magis conspicuam reddunt miracula/ que ibidem frequentius per beati Antonij intercessionem dominus operatus est/iugiterq; operatur. Unde in ecclesiastico officio canitur/Hec apparent per effectum hoc in loco clarius/vbi mira per eundem sanctum fiunt sepius/ꝛ extingui sacrum ignem cõstat mirabilius. O quot ad eius infirmi confluunt ecclesiam/implorãtes per eundem diuinam clementiam/ et recipiunt ibidem sanitatis gratiam. Id autem etiam antiquissimis Romanorũ pontificum/aliorumq; ecclesiasticorum prelatorum necnon et principum literis/ haud dubie cernitur multipliciter esse testatum.

Nono: Excellẽter hoc ipsum monasteriũ nobilitat ꝙ vnicũ est clarissimi ordinis caput/primariaq; spectatissime religionis Antoniane sedes/ cuius ditio et autoritas per oẽs Christianas prouincias longe lateq; diffunditur.

Decimo: Maxime memorabile est/ꝙ nullu; in toto orbe apud omnes p eque gentes nominis et fame claritate illustrius est monasteriũ: eius nanq; fama ꝛ claritas per vniuersas religiones et prouincias vsq; adeo nominatissima est atq; cognitissima/ vt ij quoq; qui terraru; orbem chartis aut tabulis hactenus depinxerunt/seu designarunt/ locum ipsum veluti singulari annotatione dignum/inter cetera illustria orbis loca/notulis vel characteribus aut figuris semper censuerint describendum seu designandum.

Undecimo: Singularem predicto monasterio claritatem afferre dignoscitur sublimitas personaru;/que voti ꝛ deuotionis gratia illud visitasse leguntur/ꝙꝙ scriptorum incuria factum sit/vt illustrium clarissimorumq; virorum ad ipsum monasterium accessus/maxima ex parte lateant. Multis etenim argumẽtis verisimilibusq; coniecturis persuasum habeo/plures Romanos põtifices/regesq;/ꝛ principes eodẽ olim affluxisse: de quibus nihil scripto traditum cõperitur. Nam Clementẽ quintum ꝛ Urbanum eius etiã nominis quintũ/indubitatarũ ferme cõiecturarũ demonstratio indicat id ipsu; olim cenobium deuotionis gratia visitasse/ꝙuis nulla id authẽtica scripta cõtestentur. Uerũ constat pia olim deuotione motos huc venisse Calixtum secundũ/ꝛ Martinũ quintum Christi vicarios/Romanosq; presules/ꝛ Petri successores/preterea et Iuliũ secundum/Leonemq; decimum in minori tunc officio constitutos. Aliq autẽ tot tantiq; sancte Romane ecclesie cardinales etiam de latere legati/patriarche/archiepiscopi ꝛ episcopi/necnon alij in ecclesiastica dignitate constituti ibidẽ affuerũt/ vt sine legentiũ tedio minime referri posse videantur. Affuit etiã ibidem inclytissime olim memorie Sigismũdus imperator. Affuerũt pariter ꝛ Frãcorũ reges plurimi. Item Hierusalem /Sicilie/Hungarie / ꝛ Nauarre reges / duces quoq;/necnon

comites

comites/marchiones/ꝑmultiqꝫ alij principes. Ad hec etiaꝫ regine alieqꝫ clariſſime femine principatus dignitatē obtinentes/preterea regum/principū /ciuitatuꝫ/atqꝫ cōmunitatum oratores frequentiſſimi/poſtremo etiam nonnulli ex Turcaruꝫ gente magnates ad viſendum hoc ſacrum monaſterium iampridem veniſſe traduntur. Quo fit vt iaꝫ dicti monaſterij celebritas ſupra cūcta religioſa loca fulgere/famaqꝫ excellere merito iudicetur.

Duodecimo: Maxime illuſtratur hoc cenobiū mirabili concurſu/incredibiliqꝫ affluentia Chriſtiani populi deuotionis ꝛ voti gratia huc quotidie aduentantis. Tanta nanqꝫ mortaliū frequētia ex oībus ferme mundi partibus huc confluit/vt copioſi propemodū exercitus ſpeciē plerūqꝫ preſe ferre videatur. Quodqꝫ memoratu digniſſimum iudico/hoc ipſum veriſſime cōprobatur/qđ olim de beato Antonio viuēte/diuꝰ ſcripſiſſe legitur Athanaſius/dū ita inquit/Gentiū vniuerſarū varietas ex lōginquo ad virtutes tanti patris cōfluebat/ꝛ bellicoſum cōtra demones virū conſpicere geſtiebat: nullus ad eū veniſſe cōqueſtus eſt: qꝛ laborē itineris emolumētū ſancti viatici cōpēſabat. Id plane cōſtat etiā ex vltimis Ethiopie finibꝰ/ad ipm monaſteriū viſitādū pleroſqꝫ ſeſe contuliſſe.

Decimo tertio: Ad indubitatā aſſiſtētis ibidē diuini numinis cōteſtationē/certiſſimūqꝫ diuine ꝑſentie argumentū premiſſis accedit/ꝙ ex lōginquo aduētantibꝰ/vbi diui Antonij templū fuerint ingreſſi/interiuſqꝫ ꝓceſſerint/ꝗtuncūqꝫ prius indeuoto fuerint animo /ſtatim quedam mentis ſubit immutatio: ab illiſqꝫ mira ſentitur et agnoſcitur animi corporiſqꝫ commotio: quod tamen Plato ꝛ alijs in locis fieri ſcripto prodidit.

Decimo quarto: Magnificentia necnon elegantia ſtructurarū operūqꝫ tum publicorū tum etiā priuatorū/non mediocre decus eidē cenobio cōferūt: nā primariū ipſum templū auguſtiſſimū eſt atqꝫ elegantiſſimū. Et precipue ſpectare licet in eodē pleraqꝫ admiratione necnon eſtimatione digniſſima: qualia maxime ſunt tēpli ipſius fores ſeu exterior facies/qđ portale dicūt. Tectū etiā atqꝫ pauimentū/penſileqꝫ ſacellū ſeu ſuggeſtum/inſuper ornatiſſima alia ſacella/deinde aurea necnon argentea vaſa/tabuleqꝫ ꝛ celature magno eſtimate/ad hec ſacerdotalia ꝛ alia eccleſiaſtica ornamenta/regaliſqꝫ minificentie donaria/organa inſuper modulatiſſima atqꝫ ſumptuoſiſſima.

¶ Item pro foribus eiuſdē templi murus maximus/ingenti operis mole ſectis lapidibus extructus. Preterea elegantiſſima eſt minor eccleſia/tota perlucidis apertionibus ſeu feneſtris mira arte fabricata. Spectatu quoqꝫ digniſſimū eſt refectorij communis edificiū/egregie profecto ſtructure opus. Sunt et alia permulta ibidem ſingulari commendatione digna: que cum intuentibus ſatis per ſeipſa pateant/ſuperfluum iudico in illis deſcribendis ſeu enumerandis diutius immorari.

Hec ſunt: que mihi viſa fuerūt/ex his quibꝰ ſacrū iſtud monaſteriū illuſtratur relatu digniſſima. Potuiſſeꝫ certe ingētē religioſorū virorū numerū/preclarūqꝫ cetū ibidem exiſtentē/rerū et miniſteriorū ordineꝫ/pleraqꝫ inſuper alia in mediū afferre: verū ne dicēdo fiā vltra modū prolixꝰ. ꝛ/poſtulata humiliter venia/gratiarūqꝫ actionibus ſummo deo perſolutis/finē cenſui faciendū.

¶ Abſolutum eſt hoc opus preclariſſimum Compendij Antoniane hiſtorie
Lugduni/typis fideliſſimi calcographi Theobaldi Payen/
Anno a partu virginis. M.D.xxxiiij.

Errata hic subiicimus/non quidem omnia/sed pauca/ et ea presertim que aut lectorem fallerent/aut remorarentur:que aut recognitore absente/aut nimia festinatione contigerunt.

Folio.lxxviii.facie.i.versu.xx.lege ducentos.
folio eodem fa.ii.ver.liiii.lege cellerariis.
folio.xxxiiii.fa.ii.ver.xv.lege Ioannis.
folio eodē fa.ii.ver.xx.lege Qua re ad votū expedita/Philipp⁹ ipse in abbatiali.&c.
folio eodem.fa.ii.ver.xxxix.lege Delphino.
folio eodem fa.ii.ver.xliiii.lege Borboniensis.
folio.cxiii.fa.i.ver.xxxii.lege stetisset.

¶ Reliqua lectori paulo humaniori remoram non iniicient.

Errata.

Errata huius operis diligentius q̄ antea recognita, atq; adnotata.

¶ Sed ne fallaris lector in numero linearum, huiusmodi numero interualla alba proportionaliter adnumerauimus.

¶ Primus numerus, folium: secundus, faciem: tertius, lineam indicat.

Folio.	Facie.	Linea.	
2.	2.	33.	Sammonius. Lege. Ammonius.
2.	2.	38.	litrarum pro literarum.
4.	2.	33.	vnusq́sq; suo sensu. Dicitur mihi. sic lege, Unusquisq; suo sensu ducitur. Mihi &c.
5.	1.	3.	vite libere magistro. lege. magister.
Ibidem.		27.	propterea. lege. preterea.
Ibidem.		31.	monarchica. lege. monachica.
Ibidem.	2.	34.	nisi supra humana se erexerit virtus. Lege. nisi supra humana se erexerit. Uirtus &c.
Ibidem.		36.	plerunq;. lege. plenumq;.
7.	1.	33.	prefecto Egyptiace. lege. a prefecto.
Ibidem.	2.	4.	hilaritatem pre se ferente q;. lege. hilaritatemq; pre se ferente.
8.	1.	17.	procedat. lege. procedit.
Ibidem.			compensans supplicij iure &c. sic lege. compensat supplicij. Iure &c.
Ibidem.	2.	17.	folus occasus. lege. Solis occasus.
9.	1.	11.	mutare compellit. Hucusq; sunt Augustini verba: reliqua sunt autoris.
Ibidem.		43.	ab illa remotioribus. lege. a villa.
Ibidem.	2.	30.	nec quisq̄ preter hostium erat aditus. lege. nec quidq̄ preter hostium erat additum.
10.	1.	23.	distractionis. lege. districtionis.
11.	2.	penult.	auxili &. lege. auxilium.
12.	1.	20.	Quum varijs. lege. Quumq; varijs.
Ibidem.		24.	parum admodum absfuit. lege. parum absfuit.
13.	1.	15.	Hyden. lege. Lhyden.
Ibidem.		43.	obsceſſus. lege. obseſſus.
Ibidem.			laſſeceret. lege. laceſſeret.
14.	1.	4.	depasce sunt. lege. depaste sunt.
Ibidem.		43.	alter fumus. lege. ater.
Ibidem.	1.	44.	sub specie monache. lege. monachi.
18.	1.	vlti.	proscripsit. lege. prescripsit.
20.	1.	4.	tantus sum. lege. tantum sum.
31.	1.		numerus foliorum falsus est: pro. j. lege. xxxj.
eod.	2.	10.	nouo per reuelationem exorta. lege. exortu.
33.	1.	32.	fabricate. lege. fabricata.
36.	1.		numerum foliorum. pro. vj. signa. xxxvj.

Errata.

Folio.	Facie.	Linea.	
Ibidem.		antepen.	dominio.lege.dominis.
37.	2.	20.	Leo huius nominis octauus.lege.tertius.
39.	1.	33.	Quum enim omnes vnius corporis.lege.Omnes eñ vnius corporis &c.
41.	1.	1.	tanq̃.lege tamq;.
42.	2.	32.	Quod illustri.lege.Quo illustri.
Ibidem.		42.	assissente.lege.assistente.
44.	2.	23.	authentita.lege.authentica.
45.	1.	27.	cucurrentibus.lege concurrentibus.
46.	1.		numero foliorum loco.xliiij.ponatur.xlvj.
Ibidem.		2.	sacroq;igneo.lege.igne.
Ibidem.			oneris.lege.oneri.
Ibidem.		39.	VOL AUTEM.lege.VEL AUTEM.
Ibidem.	2.	penult.	propterea.lege.preterea.
47.	1.	1.	facta.lege.iacta.
48.	1.		numero foliorum pro.xlv.pone.xlviij.
51.	2.	42.	confringant.lege.confingant.
55.	1.	18.	calescere.lege.coalescere.
59.	1.		numero foliorum pro.lv.ponatur.lix.
Ibidem.		25.	diffidentes.lege.dissidentes.
Ibidem.	2.	19.	preceptorem.lege.precentorem.
61.	1.	24.	regimine.lege.regimini.
Ibidem.	2.	5.	numerus capituli notatur.xxv.lege.xv.
Ibidem.		33.	diuinis.lege.diuinus.
Ibidem.		42.	Ternacensis.lege.Tornacensis.
66.	1.	8.	celebretur.lege.coleretur.
72.	1.	35.	retineretur asseruandus.lege.remitteretur.
Ibidem.	2.	4.	annum adiecerunt.lege.animum.
Ibidem.		19.	in eadem censuris.lege.in easdem censuras.
78.	1.	15.	magistri seu domni.lege.magistriq; seu.

Folio.lxxx.&.lxxxi.fit mentio de Ioanne.xxij.pontifice.qua in re sciendum est plerosq; scriptores in adnumeratione dissentire:nõnulli siquidem subducta Ioanna, quam papissam vocant,numerum minorem cõtexunt:verũ in publicis diplomatibus is numerus obseruatur.

81.	2.	6.	apud Aymonem.lege.Auenionem.
83.	1.	5.	Castrinorũ.lege.Castri noui.
Ibidem.	2.	19.	Qua re ad votum expedita in abbatiali.lege.Qua re ad votũ expedita Philippus ipse in abbatiali.
87.	2.	13.	Eo etiam tempore &c.debuit hoc literis maiusculis ad caput linee sequentis poni.
Ibidem.		25.	in humili casu.lege.in humili casa.
89.	1.	40.	Uiennensi.lege.Uenetensi.
Ibidem.	2.	26.	citatusq; Alexander.lege.creatus.
Ibidem.		penult.	Ioannes ipse.xxij.lege.xxiij.
90.	1.	21.	qui fuit millesimus ducentesimus.lege pro ducente-

Errata.

Folio.	Facie.	Linea.	
			simus, quatercentesimus.
98.	2.	vlt.	duodecimus.lege.vndecimus.
104.	1.	39.	Vosinus.lege.Ursinus.
Ibidem.	2.	13.	Valensis.lege.Valentinensis.
Ibidem.		37.	tantusq; quandoq; cernitur.lege.tantus quandoq;.
106.	1.	33.	legentes nominarunt.lege.regentes.
107.	1.	vlt.	in liberarum scientiarum.lege.liberalium.
Ibidem.	2.	8.	Joannes Scohanus.lege.Joannes Schramus vel Schram.
108.	1.	25.	priorum operum.lege.piorum operum.
109.	1.	8.	Viennensi.lege.Viennensis.
Ibidem.		11.	curam adhibendam.lege.curaui adhibendam.
Ibidem.	2.	vlt.	millesimo nonagesimosecundo.lege. millesimo ducentesimo nonagesimosecundo.
110.	1.	8.	preciosiarum.lege.preciosarum.
Ibidem.	1.	35.	tempores.lege.tempore.
Ibidem.	2.	2.	futisse.lege.fuisse.
111.	2.	38.	VILESIMO NON: PARVM.lege.VILESIMO, NON PARVM.
112.	2.	31.	conuentu.lege.conuentui.
Ibidem.		38.	introdicitur.lege.introducitur.
115.	2.	27.	religiones.lege regiones.
116.	1.	30.	minificentie.lege.munificentie.

Finis.

Petrus Capotius S. R. E. Card. Priorum R. R.
tume, fundavit ut ait Sabellicus in Gregorio IX. historia
circa annum 1191. vide fol. 57.